
ANGELI

POLITIANI OPERVM TOMVS PRI-
mus: Epistolarum lib. XII. & Miscellaneorum
Centuriam unam complectens.



SEBASTIANVS GRYPHIVS GERMA-
NVS EXCVDEBAT LVGDVNI,
ANNO M. D. XXVIII.

SEBASTIANVS GRYPHIVS
Lectori S.

QVVM VERA emendate loquendi facultas non melius aliunde, nec citius perfectiusue paretur (ut D. ERASMVS nostræ ætatis unicus Apollo, testatur) quàm cum ex castigate loquentiũ colloquio, cõuictuq;, tum ex eloquẽtium autorum aßidua lectione: Rursum Barbaries è scabrosis illis, spinosis, ac cõclamatis authoribus cõtrahatur: Fit, ut inueniãtur qui perpetuũ quinquennium in Ciceronis elucubrationibus lectitãdis cõtriuerint: uti eius uiuos, mellitos, latẽtesq; eloquẽtiæ aculeos assequi possent: nec id infeliciter admodũ ceßit. Eò & nos hũc Barbariei strenuũ oppugnatorẽ, in enchiridij formã contractũ, his formulis minutioribus excudimus: ut & ab his quibus res est angusta domi, minoris cõparari, & ab oĩbus nocturna uersari manu, uersari diurna cõmodius poßit. ANGELVS hic est, politißimus ille Politianus, quẽ Medica familia & fouit benigne, & religiose coluit, Hermolaus Barbarus, Picus Mirandula, alijq; cõplures doctißimi uiri tot, tantisq; celebrarunt encomijs. Eum non mutilũ, mendosum, deprauatúmue: sed integrum, emaculatũ, emendatumq; damus. Adiecta Græcorum interpretatione: Iacobo Tußano, uiro in utraq; lingua doctißimo, autore: simulac Indice & adnotatiunculis, uocabula & res insigniores breuibus indicãtibus. Tuæ nunc erunt partes, Lector amice, Politianũ tuum obuijs amplecti ulnis, è quo non parũ tum eloquẽtiæ tum eruditionis, si aßiduo legas, assequeris. Cuius laudes data opera prætereo: quum id à doctißimis plærisq; sit factitatum. Id solum admonuisse contentus, Si doctis aliquando adscribi desideras, hunc tibi legendum. Vale.

VOCABVLORVM AC RERVM INSIGNIVM, primi huius Tomi Index.

A.

Cerialia

+528; 614-15
620; 642

Erugo

Eiusdem

M.

Ouis

Praepositus

Scortari

T.

Talentum

V.

Vergilij

CATALOGVS EO-
rum, qui in hoc opere scri
bunt epistolas.

In Primo epistolarum libro,
Angelus Politianus.
Ioannes Picus Mirandula.
Hermolaus Barbarus
Pomponius Laetus.
Baptista Guarinus.

In Secundo libro,
Angelus Politianus.
Philippus Beroaldus.
Nicolaus Leonicenus
Hieronymus Donatus.

In Tertio libro,
Angelus Politianus.
Callimachus.
Lodouicus Odaxius.
M. Antonius Sabellicus.
Lucius Phosphorus, Pontifex
Signinus
Iacobus Antiquarius.

In Quarto libro,
Iacobus Antiquarius.
Angelus Politianus.
Caesar Carmentus.

In Quinto libro,
Angelus Politianus.
Bartholomaeus Scala.
Antonius Codrus Vrceus.

In Sexto libro,
Angelus Politianus.
Philippus Beroaldus.
Franciscus Puccius.
Augustinus Maphaeus.
Ioannes Franciscus Benedictus.
Iacobus Antiquarius.
Marsilius Ficinus.

In Septimo

FINIS.

ANGELI POLITIANI EPISTOLARUM

Liber Primus.

ANGELUS POLITIANUS Petro Medici suo, S. D.



EGISTI mecum sæpenumero magnanime Petre Medices, ut colligerem meas epistolas, & in volumen redactas publicarem. Collegi, ne non in omnibus obsequerer tibi, quo sunt in uno spes oēs opesq; meæ sitæ. Neq; collegi tamen universas: id enim laboriosius, quàm Sibyllæ folia. Non scripseram videlicet ad hoc ut in unum corpus redigerentur: sed ad usum præsentem dumtaxat, oblatis argumentis, non quæsitis. Ita nec exemplaria retinebam, nisi quorundam, paucorum admodum scilicet, quæ diu iam cum blattis & tineis rixabantur. Verumtamen, ut aliquod volumen efficerem, nonnullas etiam missas ad me, sed à doctis dumtaxat, inserui, quæ interdum, quasi stimulum lectori excitarent. Est autem omnino stilus epistolarum variatus, ipse sibi dispar. Quo nomine multum quoq; scio reprehendar. Nam nec eadem nobis semper voluntas, nec idem cuiq; vel personæ, vel materiæ congruebat. Non deerunt ergo qui dicant, ubi tam varias epistolas legerint (si qui modo legerint) nomen me Miscellanea, non epi-

stolas composuisse. Sed inter diversas opiniones, & praecipientium de epistolis, & epistolas scribentium, sperat sibi fore profecto, ne cui mihi patrocinium desit. Occurret aliquis fortasse, qui Ciceronianas esse neget; huic ego dicam (nec sine authore tamen) in epistolari stilo similiorem prorsus esse de Cicerone. Rursus alius hoc ipsum culpabit, quod imitor Ciceronem: sed respondebo, nihil mihi esse magis in votis, quam ut vel umbram Ciceronis assequar. Optarit alius, ut oratorem Plinium sequerer, quod hunc & maturitas, & disciplina laudatur. Ego contra totum illud aspernari me dicam Plinij seculare. Sed & si Plinium quamquam imitabor, tuebor ita me, quod Sidonius Apollinaris, non omnino pessimus author, palmam Plinio tribuit in epistolis. Symmachum si cui referre videbor, non pudebit, ut cuius & brevitas celebratur, & rotunditas. Abesse rursus a Symmacho si cui credar, negabo mihi siccitatem placere. Longiores quandam dicentur epistolae, tales Plato scripsit, Aristoteles, Thucydides, Cicero. Dicentur aliae contra nimis breves, obijciam tunc ego Dionem, Brutum, Apollonium, Marcum, Philostratum, Alciphronem, Iulianum, Lysiam, Symmachum, sed & Lucianum, quem falso Phalarim vulgo putant. Damnabit alius me, quod argumenta non sint hic epistolae: damnari me patiar, sed cum Seneca. Nolet aliquis in epistolis sententias: provocabo rursus ad Senecam. Poscet alius rursum sententias, huic ergo pro me Dionysius resistet, ac pertinere sententias ad epistolam negabit. Stilus esse Asianus dicetur apertius; hunc tamen laudat Philostratus. Dicetur obscurior: at est ad Atticum talis M. Tullij. Negligens erit: at epistolis negligentia est ipsa pro cultu. Rursus erit idem exiguus: convenit maxime, quoniam pro munere mittuntur

epistolae

epistolae, si continuatio ei adsit, asseretur à Dionysio: si desit, ab Artemone. Tum quoniam Romani quoque sunt atticissimi quidam, si non erit attica, dicetur hoc ipsum, non quo alio dānatur Herodes, quam quod atticus homo nimis atticisset? Sin contra nimis attica, Theophrastus hoc praestitit, in hoc notatus ab anicula, dictus homo non atticus. Non erit festiva, nec vero scurrilitas delectat. Non erit scurra, sed ego deliciis capior. Figuras habebit, hoc ergo ipsum quasi gestus animi epistolae formans propter. Carebit figuris, at hoc ipsum carere figuris, figurat epistolam. Promet indolem scribentis, id quoque praecipitur. Non promet, non scilicet quaesitam, ut quae carere ambitione debet. Circulo claudetur, hoc et graeci fecerūt. Aberit circulus, nec hoc Philostratus improbat. Soluta erit, et incomposita, non displicet Aquilae. Pedes habebit, et lucubrata, non displicet Quintiliano. Non aget, non est enim dialogus. Aget, est affinis dialogo. Communiter dicis, inquit alius, quae communia, nouas, quae nouae ex tuo stilo rei gliscit congruit. Immo alii communiter noua dicis, noue communia. Nempe quoniam memor sum praecepti ueteris τὰ μὲν κοινὰ καινῶς, τὰ δὲ καινὰ κοινῶς. Ad hunc igitur modum, posse usquequaque spero argumentari. Sed tamē ipsi uiderint. Tibi uero uel Petre summopere, certo satisfaciam uel in epistolis, si bonae fuerint, uel in obsequio, si non bonae. Vale.

Cōia quidē noue, noua uero cōmuniter.

ANGELVS POLITIANVS
Petro Medici suo, S. D.

CVm saepe ex nobis audisses Florentiam, quae tu in urbe principem locum, sicuti dicunt maiores tui merito tenes, alias prorsus habuisse originem, quam quae ab histo-

De ciuitatis Florentinae origine.

rie nostrae scriptoribus produntur, rogasti humanissime, quod semper soles, ut quicquid ex ea re compertum haberem, literis mandarem. Fore enim aiebas, ut mihi civitas omnis tantum deberet, quod parentes ei suos demonstrassem, praesertim qui tales extitissent, ut si sumendi ex quacunque historia possent, praestantiores omnino deligi non potuerint. Ego igitur mi Petre, cum ut civitati gratiam faciam, quae me benigne semper humaneque tractavit, tum ut tibi honesta postulanti, quo nihil mihi gratius in terris nisi, obtemperem: breviter hac epistola complectar, quid in literarum monimentis, de urbis huius autoribus invenerim, tum de nomine ipso pauca subnectam. Quoniamque satis constat, etiam Faesulanos in partem civitatis fuisse acceptos, unde appellatas quoque crediderim Faesulas, exponam. Deduxerunt igitur Florentiam Coloniam Triumviri, Caius Caesar, qui deinde Augustus, Marcus Antonius, et Marcus Lepidus, etiam pontifex maximus. Coloni autem deducti Caesariani milites, quibus assignata ducentum iugera, per cardines et decumanos. Quod

Iulius Frontinus.

ego apud Iulium Frontinum reperio celeberrimum scriptorem, qui Nervae aetate floruit, in libro de agrorum mensuris, quem in librarium domi habet Petrus Medices sanctissimum. Ita quod nulli unquam contigit, a tribus imperatoribus, quorum unus omnium summus, alter etiam pontifex maximus, condita est Florentia. Cives autem primi Florentini viri illi fuerunt, quorum invictis nulla nec arma, nec munimenta, nec

Florentia unde dicta.

robora restiterunt. Explorata origine causam quoque nominis indagemus. Triplex Romae urbi fuisse nomen proditur: unum hoc quod ducimus pervulgatum: alterum quod arcanum fuit, unde Amaryllida sua, quae amorem proprie significat, in Bucolicon carmen poeta detorsit: tertium sacrifi-

cii debi-

ex debitum, de quo nos dudum Floralibus impositum, quod Anthusam graece Philadelphus interpretatur homo doctus, à quo hec accepimus. Hoc ne latuit, vel florentem urbem, vel quasi florem fuisse, aut Florentiam. Scimus autem populi Romani Colonias quasi effigies paruas esse, & simulachra fuisse. Constat etiam Florentiam conditam ad Romae imaginem, quod (ut alia praeteream) nomen quoque adhuc Capitolii, & regionum quarundam testificantur. Idem autem fuisse Anthusae vocabulum Constantinopoli positum quae noua Roma diceretur, tam Philadelphus idem, quam etiam doctissimus Hesychius tradiderunt. Inde igitur productum nomen, unde urbs quoque ipsa producta. Nam apud Plinium vel corrupta voce, Fluentinos, legi pro Florentinis: Fluentini. vel in veteres olim populos, qui proxime Arni ripas incolerent, appellatos crediderim, qui tamen deinde in Florentinos condita urbe, deductaque Colonia commigrauerint, ut edictum quoque Desiderii Longobardorum regis Fluentinos appellans, ad eiusmodi vestigia causam facile possit. Ptolemaeus certe (ut quidam vetustissimi feruntur codices) Florentiam dixit. Idemque libro historiae naturalis quartodecimo Plinius, quamquam vulgatis codicibus mendosissime omnino sit locus. Meminit & Paulinus Ambrosii discipulus Florentiae, qui nostrae urbis praesuli Zenobio locupletissimum sanctitatis testimonium perhibet. Indicat & Procopius, quam enim cum valida hec urbs, & praepotens fuerit, quae tamen saepius à Gothis expugnari non potuit. Visitur antiquitatis in ea vestigium pulcherrimum extat adhuc, templum hoc magnifice structura olim Martis, nunc Praecursoris nostri nomen gerens. Etenim Martem Romani originis authorem, Martem Caesariani potissimum colebant milites orbis terrarum

[illegible], Martem praecipuum nostrae urbis conditor Augustus, ut cui Romae quoque medio foro cognomento Ultori posuit templum. Quo minus mirandum Florentinam iuuentutem, quamuis patrio more abstineat armis, ludicris tamen adhuc certaminibus, etiam inter milites exercitatissimos excellere. Nam de te Petre, nihil hoc loco mihi dicendum, qui tot palmas nuper paucis diebus totiens uictor abstuleris; ne forte nostra haec epistola, tui laudandi captasse occasionem cuiquam uideatur. Faesulae restant, quas ab Atlante illo caelifero conditas, et uetus fama fert, et homo in illis temporibus doctissimus Ioannes Boccatius confirmat: quae ut dandas tamen uacillet authoritas, Hesiodum citare possum antiquissimum poetam, qui Faesulam fuisse unam, sed et primam Nympharum declarat, à quibus Hyadum, seu latine Sucularum sidus exprimitur, quarum scilicet positum lunā repraesentat, quod adhuc insigne Faesulanis est: nisi potius ob id lunam gestat, quod ultima erraticarū uerticem ipsum Atlantis caelum fulcientis potissimum premit. Sed audi iam uersus Hesiodios, quos ex libro ipsius, cui titulus Astrea, partim grauis autor Theon, partim Zezes ille grammaticus reperit in epistolarum suarum commentarijs, incomparabilis memoriae uir atque infinitae pene lectionis.

Faesulae à quo conditae.

Νύμφαι χαρίτεσσιν ὁμοῖαι
Φαισύλη ἠδὲ Κορωνὶς ἐϋστέφανός τε Κλέεια.
Φαιώ θ' ἱμερόεσσα καὶ Εὐδώρη τανύπεπλος.
Νύμφαι ἃς ὑάδας καλέουσι φῦλ' ἀνθρώπων.
Nymphae Gratijs similes.
Faesulaeque Coronis benecoronataque Cleia.
Phaeoque formosa & Eudora habens longum peplum.
Nymphae quas Hyadas uocant genera hominum.

Vides ut Faesulam nominat Hesiodus inter Hyadas potissi-

mum

nem, quod apud Callimachum quoque reperias, quamuis in emendatis codicibus Faesula sit. Sed & Ammonius grammaticus Faesulae meminit, ut nutricis Bacchi. Hyadas autem fuisse Atlantis filias, & easdem Bacchi nutrices, nullus credo paulo humanior ignoret. In ea uero ciuitate fulmineum clarum interpretem ueterem Etruscam disciplinam fuisse, docet ita Silius: Affuit & sacris interpres fulminis alis Faesula. Cui quoniam semper ego nescio quo pacto plus caeteris faueo, tacere illud non possum, totius etiam Italiae salutem referri acceptam Faesulanis oportere, scilicet in quorum iugo Radagasius olim Gothorum rex immanissimus, cum ducentis hominum millibus orbem terrarum uastaturus diuinitus conclusus, exceptus, trucidatusque fuerit. Haec sunt mi Petre, quae de Florentia, & Faesulis mecum nostris annalibus, apud reconditos quidem, sed idoneos tamen authores inueneram: quae, nisi fallor, ciuibus nostris, tibique gratissima esse debent. Ego certe nihil hoc maius homo studijs deditus literarum, praestare uobis potui, qui uos in mancipium asciuerim, quam ut labore, industriaque mea, parentes aliquando nostros, tam multis adhuc seculis ignoratos, celebres, illustresque iam agnosceretis. Vale. Radagasius Gothorum rex.

IOANNES PICVS MIRANdula Angelo Politiano, S. D.

CVm Musas teneras meas, quibus olim per aetatem licuit de amoribus meis iocatus sum, in libellos quinque digesserim, mitto ad te illorum primum, cohortaturus & alios, si in hoc uno amicum experiar te, non assentatorem: caeterum lege ad te ueniunt, ut castigentur, ut expoliantur, ut erratorum poenas, & ungue, & obelisco luant. Adhibe igitur te illis aequum iudicem, uel iniquum, hoc est seuerum, non indulgen- Musae Pici Mirandulae.

tem. Namque maior indignitas, quam amicum fallere de re sibi contra promissum? Non eo usque ingenio delicato sum, ut amici hominis literas fastidiam. Quam fortè nec tu, nec quisquam crederet, quam haec tua mihi non satisfaciant, quam in his etiam, quae magis placent, tardius tamen ne sint, at in quae ille. Sustineo. Quare operam tuam quaeso ut re honesta & liberali, amicissimo homini ne deneges. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Ioanni Pico Mirand. S. D.

NAe tu homo es lepidus, qui me cum tuis amoribus cõmittere tentes, quasi adeo ferreum, & tetricum me hominem haud sane rugosae frontis, tam bellos accipi pueros posidere. Verum (aiunt) Amor Pandarum palaestrae praeceptorem supplantauit. Tamen concertare cum toto Veneris grege, qui potui possem? sed tamen hoc tu exigis: tu mi amice Pice, cui denegari quicquam sit plane nefas. Quare aliquot carmina ex ipsis, ne se à nobis neglectos putent, patiemur. Neque

Momus.

ego iudicio (ut tu me semper amas) sed Momi personam indui, quem ferunt sandalium Veneris tandem culpasse, cum Venerem non posset. Confodi igitur versiculos aliquot, non quod eos improbarem, sed quod tamquam equestris ordinis, eadem re reliquis, nihil senatoribus videbantur, atque Patriciis, plebeium nihil offendi, sed & in his non tam iudicio tuo, quam nonnunquam desiluisse etiam suo, quando & Nasoni tuo, dum tenerior [illegible] videbatur, in qua nemo esset. Remitto ad te eos, atque addo Stoicum carmen, quem [illegible] tam [illegible] ipsi, ac non plane habeat [illegible]. Vtrumque enim habet sententia hic supercilioso sic, ubi patientiam suam exercerat. Namque [illegible] quod aiunt, [illegible] Non [illegible] & Bacchus [illegible] cõposui. Reliquos,

Chrysippus [illegible]

quos

quos petis, negant fore [illegible]. Tu [illegible], id quod [illegible] facies. Vale.

IOANNES PICVS ANGELO Politiano, S. D.

Nec ardentius unquam, nec hilarius acceptos se amores tuos praedicant, quam his proximis diebus apud te, et quod amice quidem confessi sunt, cum sibi gratulantur maxime, tum tibi plurimum debent. Quis enim [illegible] ab ipso [illegible]? Dolent tamen indulgentius id factum esse, quam oportebat, atque in eo [illegible], ut dubitent amore ipso in amore te occasionem factam [illegible], ac ita demum dubitant, ut iudicio tuo, alioqui gravissimo, in sua causa non satis cōfidant. Confidunt tamen, et iam sese [illegible] asserunt, domi esse [illegible], liberum, et publicum [illegible] postulant. Sed quid de Epistolis tuis festivitate dicam? O rem [illegible], et risu dignam Cassiano, [illegible] erat in [illegible], cū [illegible], an [illegible] quae [illegible], an sagittae, si nescis graece. [illegible] quoniam [illegible] fuerit, [illegible] referre. Quis cachinnus [illegible] esset, cum [illegible]? [illegible] profecto [illegible], et quod intermissum erat repositum [illegible] sese [illegible], et quod [illegible], ut [illegible] nō ad [illegible]. Quis igitur [illegible], [illegible] receptarum, qui ut [illegible] apud nos consedit, [illegible] coepit de numeris, et id quidem latine, non tam ob id, quod apud latinos erat, [illegible] et erat in eo consessu, qui graeca [illegible], [illegible] quod latine ipse beneficio tuo [illegible] saperet. Sed nec operam perdidit, quando [illegible] non prius loqui desiit, quam nos ex peripateticis [illegible] fecerit, et [illegible] illā omnes [illegible] paulo ante dicti [illegible] homines, iam [illegible] [illegible] qui [illegible]

Risus Cassianus [illegible]

Apostolus [illegible]

ri quadã possumus ab alijs, lædi à nobis tantum: qui fato re-
luctemur nunquam, & quæ nostra non sunt, sic fieri demũ
uelimus, ut fiũt nobis, & nos nec culpemus nunquam, nec ac-
cusemus, nihil doleamus, nihil expostulemus, seruire, sinere
nesciamus. Re, non oratione philosophemur. Ut qui nouicij
simus, nos ipsos, ut aduersarios obseruemus, abiiciamus de no-
bis opinionem, atq; ad genus id alia, quæ externa sunt, negli-
gamus potius, quam reijciamus. Ad hæc caueamus, ut hospi-
tium maiores: habeamus ea denique, non habeamur. Silentium
amemus, neque quicquam nisi [illegible] non concessum, & nobis alij
raro, & nec alijs unquam risum paremus, & ut uno Epi-
cteti tandem uerbo complectar, & sustinere aduersa, &
abstinere uoluptatibus absolute didicerimus. Vide quam fugi-
tatim ad Epictetum nunc effluxerimus [illegible] nostri amor, unde
quam & cito, ne hac quoq; parte stoici nõ essemus, qui nos
admonitos uolunt, [illegible] hominem, quatenus non
proficit. Id, quod quamquam in cæteris admiratus sum, tu
nec tamẽ uero, uel maxime, qui cũ semper in Lyceo, uel Aca-
demia, nunquam in porticu sis uersatus, ita uelim sane ora-
tione sensi, ut in eius sententiam, non pedibus modo, sed ma-
nibus quoq;, & toto corpore discesserim. Vale.

ANGELUS POLITIANUS
Ioan. Pico Miran. S. D.

Tanti mihi sunt literæ tuæ mi Pice, ut nullo pacto cre-
dam posse me illis rescribendo satisfacere. Tanta nam-
que tua est humanitas, ut de bene consulturũ, quicquid à no-
bis profectum sit, [illegible]. Si uerba supperent animo, lau-
dare pro merito ingeniũ, literas, eloquentiam tuã conarer.
Sed uereor ne laudes cogar terere, ut Flaccus inquit, culpa
Timanthes. deterere ingenij. Quare imitabor Timanthẽ, qui dũ, expri-
mere

mere periculo non possum, alio convertã, quod si mihi hortandus est, qui ipse omnibus exemplo sit, ita ego nunc Picũ, ut ille Mycenaeus Teucrum hortabatur βάλλ' οὕτως. Tibi uerõ debere me multũ nomine intelligo, quae singula enumerare non est consilium, sed accepisse nuper illa ergo me tuã Manutii nostri uiri docti elegante epistola, Hermolao illo, unde scribere cũ legit, melle, atque omni nectare dulcior. Nam nos plane Glaucum reddidistis, χρύσεα χαλκείων cõmutantes, quid enim defuit, quam illi ἑκατόμβοι' ἐννεαβοίων argueremur etiam mutare? Sed tamen hoc ipso, uelimus etiam cõsilio tuemur, quod in latio nati sumus. Sicut latine cũ scribimus perperã, hoc nos tuemur, quod graeci esse fore putamur, atque ut aestimatores, cũ neque uere plane, neque alios sumus, utrosque tamen nos probare intelligimus. Vale.

Amica uerba. — Verecundia Graeca auctore.

ANGELVS POLITIANVS
Io. Pico Mirandulano, S. D.

Audio te versiculos amatorios, quos olim scripseras combussisse nuper, fortasse, ne uel tuo iam nomini, uel aliorum moribus officerent. Nos enim puto, quantum male nasceretur inde apte, sicuti Plato suos dicitur. Nã quantũ repeto memoria, nihil illis uersibus, dulcius, ornatius. Quos quia uocabas amores tuos, placuit mihi nuper, uelut in amores ipsos abs te crematos ita ludere graecis uersibus.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

[illegible]

[illegible]

Saepe [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Ad [illegible] Musarum [illegible]

IOANNES PICVS MIRANDVLA
Angelo Politiano, S. D.

QVod prooemiis literis tuis me tantopere laudaris, debeo tibi tantum, quantum ab eo absum ut merito lauder. Id enim debetur cuique, quod gratis dat, non quod persolvit. Quare et ipse id totum tibi debeo, quod de me scribis, cum in me tale sit nihil, cum id mihi ipse nullo pacto deberes, id tamen tuae fuit humanitatis, et singularis in me benevolentiae. De caetero si me examinaveris, nihil invenies, nisi tenue, humile, angustum. Novitii sumus atque tyrunculi, qui ex infectis tenebris paulo modo emersimus, profitemurque fere nihil. Benigne nobiscum agitur, si inter studiosorum ordines referamur. Habet doctissimi nomen quiddam aliud, quod sit tibi, et tui similibus peculiare: mihi tam grandia non conveniunt, cum eorum quae in hoc genere studijs sunt praecipua, nihil nõ solum exploratum habeam, sed nec adhuc etiam vel per trãsennam viderim. Conabor quidem, id quod nunc ago, talis esse aliquando, qualem nunc me praedicas, et esse aut indicas, aut certe velles. Interea laudabor te Angele, qui te graecum excusas, quod sis latinus: latinum, quod graecissas. Simul et ego utar perfugio, ut poetis rhetoribusque me approbem, propterea quod philosophari dicar, philosophis quod rhetorissem et Musas colam. Quanquam mihi longe aliter accidit,

di, atque tibi. Quippe ego dum gravitatis studio (ut absit) sordere nolo, atque exolidior, fiamq; demum (ut dicere possis) ad nos poeta nec rhetor sim, neq; philosophus. Tu ita utrumque impleas, ut mirari magis, hinc satis constet: qui et graecam et nostram Mercurium in pulchre amplecteris, quasi Cinnax utrasque linguae, ut quae insititia sit, quae genuina, non facile discerni possit. Nam ut de Latinis taceam (de his enim me primo loco dixeram) quis credat, ut de Hadriano ille, Romanum hominem tam graece loqui? Dicebat Theodorus noster, dum viveret, non esse tam atticas Athenas ipsas. Is es mi Angele (sine assentatione) cui ex nostris unus, aut alter, ut dicam vero, conferendus sit. Quod si plures essent tales, non haberent haec studia cur invidarent antiquitati. Incumbe quaeso, et literas quantum potes a situ recipe, ne assertor ille Romanae linguae iniuria temporum penitus obsolescat. Excude semper aliquid novum, quod rem latinam adiuvet, et illustret. Et quae domi habes, fac tandem exeant in communem studiosorum utilitatem. Vale.

HERMOLAVS BARBARVS
Angelo Politiano suo, S. D.

Post discessum tuum Venetiis, ad te scripsi nunquam, de te saepenumero scripsi, modo saepe, sed etiam loquutus sum de te, quoties incidebat. Incidebat autem cum volebam, volebam semper. Omnino mihi multus in ore Politianus est, eritq; dum vivero. Nam quantum ipse de te comperperim, ex quo primum te cognovi, quantum porro de doctrina tua literae sibi sperent et spondeant, facilius cogitare possum animo, quam dicere. Postulo autem a te quasi uno hoc dico. Primum ut amare duis studeas, non mihi, sed et tibi sane, dum literis primum, et bonis artibus, quibus Herculea succurrendum est,

nam si

ruinosis et nutantibus, brevique casuris, nisi per solertissimos homines, ope summa prospiciatur. Alterum aut aut tu me socium in haec adhibeas, aut a me adhibitus, aequo animo patiare. Sin gravaris, in stimulatorem ero tibi, cum lassesces. Vltro monendo, profitebor invocatus, et monitor sollicitabo. Ardeo cupiditate iuvandi recta studia. Nullus est tam magnus labor, nullum munus in literis tam sordidum, quod defugiam: quandoquidem omnis fere functio, quae pertinet ad literas, non potest esse nō honesta, nō splendida, nō magnifica. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Hermolao Barbaro suo, S. D.

TV vero Hermolae ita mihi omnia, vel praesenti prius, vel deinde absenti praestitisti, ut (si officia pensentur, non autem animus atque voluntas metiatur) ingratus proculdubio sim moriturus. Et quidem ea causa est, cur tibi nec agam gratias, nec egerim hactenus, quod intelligo non me aliquo tamen modo nostro, sed plane facultatem omnem imparem esse tuis erga me meritis. Nam quod mihi in tua epistola nomen tribuis, quamvis ego nec agnosco, nec fateor, ut ob id certe mihi gratum est, quod arguit, quam nimis sentiens, magis fortasse me diligas. Verba porro quibus ceu me milites bonus imperator hortaris, ut rectis studiis, utroque quasi cornu laborantibus succurram, eo me magis moverant, quod sane quam paucos tui similes video, quos ducem sequar. Vt enim non dubitat Agamemnon, quin sit brevi Troiam capturus, si decem dentur συμφράδμονες Nestori similes: ita si Hermolai mihi dentur decem, sub quibus merear, facile sperem literas, tam graecas, quam latinas, e barbaria media receptum iri. Te vero et laudo, et admiror, qui adeo accessibus atque affectu spem tibi aliquam feceris

Consiliarii.

adhuc

[illegible] religiam. Quapropter nobis etiam, vel ob id [illegible], extrema capitis est cura sequi. Vale.

ANGELVS POLITIANVS

Hermolao Barbaro suo. S. D.

QVod ad te rarius scribo Hermolae doctor literarũ, non tam meae culpae, quam tuis occupationibus ascribas. Occupationes autem non alias quasdam studia ipsa literarũ, & sapientiae, quibus usquequaque mirabilis, quam illos accipio districtus obeundae legationis, & rei gerendae publicae. Quid igitur vel torpedine, vel verecundia, quam aut Musarum sacris operanti obstrepere, aut agenti rẽ seriam tricas atque intempestivas obiicere? Neque vero causa fuit cur timerem, ne quod est apud Aristotelem, nostrã quoque amicitiam silentium dissolveret. Non enim sic in amore animo longinquo, ut fama inter nos mutua retinẽda. Sed nec silentium cuiquam interpretetur, ubi nunquam cessat honorifice de altero & loqui, & scribere. Cum enim pater Hermolae, nõ dico invenias, sed ne possis ullum praeterire, in quo non ego de ingenio, de literis, de prudentia, de cõsilio, de humanitate, de candore, de studiis denique tuis, prope declamem. Testis Medices Laurentius meus, testis hic item Mirandula Picus, heroes arbitror duo, non viri, quos aut auditores habeo laudum tuarum attentissimos, aut benevolentissimos praedicatores. Iam apud eruditam multitudinem, & studiosorum cohortem, tantum de te loquendo proficio, ut te usque habeant, non solum doctissimum, sed & humanissimum & prudentissimum. Porro autem et epistolas, et orationes conscripsi, in quis de te semper a nobis illustris mentio facta, sed haec ipsa, quae mox edentur, Miscellanea nostra, non quidem (ut Horatius inquit) digna admodum vo-

Laurẽtius Medices, Picus Mirandula.

Miscellanea Politiani.

bis

das incidissent, te scilicet una cum Laurentio Picoq; iudices sibi contra vadem inscitiam nuncupauerant. Neque vero in quoque otiosis, aut occasionibus captatis ut me semper colam, plura fortasse quam pro te enarrando, extollendoq;, sic ut tamen pulcherrime, ob hoc epistolarum silentio, crebris de me sermonibus vindicaris. Non igitur amicitiam nostram blandimentis istis & assentationibus indecoris & turpis, atque optimo cuiq; maxime suspectis, addo etiam vulgaribus, firmemus. Non tamen illo loco, ut studio desinamus alter alteri vel officio. Speciosa ista, & popularis beneuolentiae ostentamenta, quaestus, fucis, & praestigiis, atque ut arbitror despiciamus, & ego abominer. Vitae alunt ... suspensa bedona nil opus. Et nos ergo faciam, simpliciterq; omnia (sic doctor docet) affirmamus, atque amicitiae (quod dicitur) per fontem desteriobamus. Caeterum ut eo tandem deueniam, quae Franciscus Gaddius. gratia tibi hanc epistolam scribere instituerant, cum Franciscus Gaddius Florentinus, qui proxime legatus istic agebat, vir utriq; nostrum coniunctissimus, forte (ut fit) in sermone apud Laurentium Medicem, nuper incidisset, desyderare te volumen, si quod hic emendatum Dioscoridis haberemus, statim nobis Laurentius (ut est bonis tui studiosissimus) pro more authoritateq; mandauit, ut castigatiorem quam primum, quam diligentissime curaremus. En tibi igitur librũ mi Barbare, satis emendatum (ni fallor) certo veterem. Tu cum fueris usus, ad me remittes, non tam (quae tua est diligẽtia) incolumem, quam doctissima ista manu tua, quo precium nobis aliquid ex te, atque authoritas accedat. V.

HERMOLAVS BARBARVS
Angelo Politiano suo, S. D.

SI sordes etiã beatisq; rebus amicitiae & iustitiae sint,

non

[illegible] quam à coelo constant, quo & affectus [illegible] [illegible], & quae Graeci [illegible] vocant, [illegible] [illegible] quid ni [illegible] hanc sibi & homo [illegible] quamquam [illegible], [illegible] stolida illa & [illegible] semper inter se [illegible] [illegible], aut concordant [illegible]. Sed Hercu-[illegible] hominibus plerumque mores & iudicia consiliaque, nec ma-[illegible] Platonis, quam ista [illegible] firmamentum. [illegible] est amor, qui [illegible] tenerentur. & Her-[illegible]. Nihil mirum, si nec spatio temporis [illegible], nec locorum intercapedine [illegible], nec officiorum silentio [illegible], nec alia quauis negligentia [illegible]. Certa opinione [illegible] & doctrinae tuae [illegible] opinione [illegible], alitur, augetur, [illegible] permanet. [illegible] Hercule [illegible] non [illegible] [illegible] sed quantum amore cogar. Et [illegible] ingenij & eruditi-[illegible] fulgore obstruantur oculi. [illegible] amore [illegible] [illegible] latinam [illegible]. Sed de hoc satis. [illegible] accepi, gratias & tibi, & Gaddio nostro [illegible] ago, [illegible] Laurentio [illegible] clarissimo, humanissimo, doctissimo, [illegible] habeam quas [illegible] ago. [illegible] quandoque possim referre. [illegible] & studijs [illegible], & officijs [illegible]. Ego contra diu noctuque [illegible], ac recogito, non quem [illegible] possit hoc, nisi alter Hercules, aut certe alter Laurentius) sed quem [illegible] plane intelligat, me apud eum eo loco esse cupere, quo ipsi magnitudinem [illegible] & professione [illegible] & [illegible] fidei compensatione [illegible]. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Hermolao Barbaro suo, S. D.

b Explicare

Hermolao Barbaro patriarchae Aquileiensi.

EXplicare non possum tibi satis Hermolae, quanta nobi laetitiam praebuerit nuper factum Laurentius Medices te Patriarcham factum esse Aquileiensem nunciaverit. Ego vero tanto sum ex ea re gaudio, tantaque voluptate perfusus, ut in ipsa quoque dissimulatione (quid enim manifesta negemus?) gestierim, exultarim, laetum, felicemque nuncium, aut ipse me caperem proclamaverim. Et nunc gratulor tibi, gratulor doctis omnibus, gratulor studio Hermolae. Tibi, quod hoc etiam tacitum, praemium divinae testimonium, publice acceperis. Nam quamuis antea quoque studiis, magnificisque, fuerat ornamentis affectus, etiam hoc unum procul excedit atque exuberat: non modo quia maius, aut quia genere diversum, sed quod per eum quasi gradum altius patuit aditus adscensus. Doctis vero quod ii sibi ad maximas prouehi viri dignitates, cui semper hoc hominum genus, atque haec secta uitae plurimum placuit. Etenim summo loco natus, amplis opibus instructus, egregiis honoribus perfunctus, et fastigium disciplinarum prope cumulatum tenet, et professores ac studiosos omnium bonarum (quamvis humili fortuna plerumque sint) ita complectitur et amat, ut atque caritate sua quasi maiestati favet, ac nullo submittat se. Studio autem, quod insigne aliquid habet, quo iam satis audacter adversus et invidiam possit et posteritatem: scilicet quia urbani recepisse nunc audes caeca prius fortuna videri potest, dum cumulare honoribus eum gestit, in quo uirtutem pene omnium quasi quidem consensus exaudivit. Tu igitur et si virtute ipsa clarior es, atque (ut puto) laetior, quam dignitatis praemio, debes tamen hanc et temporibus et literis diligentiam, ut fortunae desis, nec tota nostra destituar, sed excitabis ut ingenii quantum potes: non quidem

dem aliorum infensi, qui philosophare dicuntur, sed his potius credidi, quae te [illegible] bonis, admiratione propè attoniti reddiderunt. Equidem, quod ad me attinet, quando aliter suffragari non licet, illud utcunque praestabo, ut quam occasionem, nulla reddere mihi contigit, ad conciliandam tibi, colligendamque beneuolentiam praetermittam. Vale.

HERMOLAVS BARBARVS
Angelo Politiano suo, S. D.

QVod ex secundis rebus meis laetitiam incredibilem cō cepisti, neque nouum mihi fuisse, nec mihi non praesagum, imaginationique praesumptum. Nam quanta propensione, atque adeo inclinatione animi, prouinciam diu iam et ampliter absolute susceperis ornandi et tollendi nominis mei, quam constans, pertinax, et addictus in eo fueris, quem vero hanc videris agere, tum vero me agis. Itaque nihil sum miratus, quod ut iam eadem tuis consiliis patuerit uenturis est promissum. Habeo tibi, et semper habebo gratias, nō solū ut amico et beneuolo, sed ut Politiano, id est, ut homini doctissimo. Plus enim est à Politiano, quàm ab amico laudari: Testimonium et iudiciū amici fallitur, Politiani etiam amā tis non fallitur. Laurētio uero Medici principi tuo quàm mihi, in his plura et maiora debeo. Testis est ipse. In magno me so periculo, ne in tanto munerum eius erga me cumulo, et ingratus, et barbarus esse uidear. Vale.

POMPONIVS LAETVS
Angelo Politiano suo, S. D.

SErius quàm optabatis ab amicissimo fieri, dilatū ad te mittere, quod saepenumero legere optabas. Causa fuit nescio quis, qui se intra paucos dies daturū Quintilianū et Sextū mihi pollicitus est. Atque is longius opinione mea tra-

xit. Ipse tandē, ut crederem, qui vel praecipue cupis, satisface-re, quae apud me erāt, diligentissime exscripsi. A Verasio epistolae illius sunt marmoreae in tabula: obscuro loco ubi late-bant fragmenta alterius tabulae, ubi annus integer erat, coniungi neglexerunt, quod multū doleo: illius translata Arretium, summa cura, quae superest tabula servatur. Multa & quaedam ornamenta rerum, eodem in loco reperta, & plurima ibi (ut existimo) amatori vetustatis. Romae forē tibi, sed multo ante, verum fuit certi; si habere cupis, re-scribe: quanquam quid hoc literarum cum facile intelligam te plurimum id quaerere; sed videbatur operae pretium, si proposue-ris solus omnia quae apud me sunt, tua esse. Duo a te sunt pe-titum, alterum studio, alterum auctoritate conficere. Illud est apud Valerium Flaccum in quarto libro, cum loquitur de Chalybibus populis, apud quos ferrum repertū est: quid sibi velit, indigena. Quod sequitur corruptum est: & sic-cis duo carmina quae sequuntur, fabulam habent mihi inco-gnitam. Forte Apollonius aliquid de ea re scribit. Totum humanissimus iudicium expecto, quod mea sententia, qui-cunque profitentur literas, ... necesse est. Sed de in-genio tuo quod scripseras satis. Illud alterum erat, ut ta-cis literarum fautoribus Laurentio ac filio me commendares. Ab Laurentio tua opera, obsecro, impetres literas commenda-titias, sive ad Ioannem Tornabonum, sive ad oratorē Flo-rentinum, ut commendationem Fabritii cōntubernalis mei, qui ut praedicat, notissimus est Laurentio, aliisque Floren-tiae negotiis Regalis Faventiae egit. In praesentia cum sit ex-peditio quaedam honestissima in curia Romana, auctorita-tem Laurentii (quae plurima est) iudicavimus accedere ex-pedire. Est hic homo nō modo literatissimus quam inter ger-rimos,

rint, ut uero simillimum [illegible]. Roma, decimo sexto Calend. Aprilis. M.cccclxxxviii.

ANGELVS POLITIANVS
Pomponio Laeto, S. D.

QVas a te nuper accepi literas, eas gratas habui non tantum, ut me ab iis putem immortalitate donatum, sed et iucundas. Calendarium uero fuit gratius quam ali tabulas belli Marsico [illegible], quod si eadem est, quae Romae [illegible], uerior ut satis ex fide sit exscriptum. Siquidem Annalem cum Annalibus erat in saxo. Quater eandem apophthegmata etiam super ipsa Pantheo [illegible] [illegible]. Quod uero etiam si dijs placet, de obscuris poetarum me consulis, homo omnis literaturae consultissimus: atque id mihi ex auro et tribuis, quod tibi ex aere debetur: ut nescio quidnam tibi debeam, quod mihi facias, quantum oneris [illegible]. Dicam tamen quod sentio, tibique si non rem ipsam, studium certe meum, uoluntatemque probabo. Versiculi ipsi, quos tu mendosos putas, hi sunt, ni fallor:

Indigenas Ditem superat Iouis, hinc ubi Martis
Dant uirides post terga lacus, ubi deside mitra
Foeta ligat, partuque uirum fouet ipsa soluto.
Hos equidem ita legendos arbitror:
Inde Genetaei rupem Iouis, hinc Tibarenum
Dant uirides post terga lacus, ubi deside mitra
Foeta ligat, partuque uirum fouet ipsa soluto.

Locus Valerii Flacci, lib. quinto.

Vt sit sensus: post Chalybas promontorium Genetaei Iouis, dant post terga, hoc est, praeternauigant. Tum uirides lacus Tibarenorum: uirides, scilicet, quoniam pecore abundant, atque ob id pascuis, quibus scilicet Tibarenis mos est, ut a partu uxorum, dum ipsi etiam partus labores una accumbunt,

Tibarenorum mos.

virilem lecto mariti collocantur, & ipsi adeo puerperarũ fasciantur curenturq́; : quod et Apollonio mira breuitate tradatum, cuius in libro secundo sunt hi uersus.

Τοὺς δὲ μέτ' αὐτίκ' ἔπειτα γενηταίου Διὸς ἄκρην
γνάμψαντες, σώοντο παρὲξ Τιβαρηνίδα γαῖαν.
Ἔνθ' ἐπεὶ ἄρ κε τέκωνται ὑπ' ἀνδράσι τέκνα γυναῖκες,
Αὐτοὶ μὲν στενάχουσιν ἐνὶ λεχέεσσι πεσόντες,
κράατα δησάμενοι. ταὶ δ' εὖ κομέουσιν ἐδωδῇ
ἀνέρας, ἠδὲ λοετρὰ λεχώϊα τοῖσι πένονται.

Post hos autem quum promontorium Iouis Genetaei flexissent,
Euadebant illaesi iuxta Tibarenidem terram.
Vbi postquam utique pepererint uiris filios mulieres,
Ipsi quidem ingemiscunt lectis decumbentes,
Capita uincientes: illae uero cibo uiros curant,
Atque lauacra parant puerperalia.

Genetaeum promontorium.

Addunt interpretes Apollonii, scriptum id etiam à Nymphodoro in Asiaticis, esse Genetaeum promontorium à Genete flumine uocatum, in quo templum sit hospitalis Iouis, quem Xenium appellant. Idem eodem libro sic scribit Apollonius.

Ἄγχι δὲ ναιετάουσι πολύρρηνες Τιβαρηνοί
Ζηνὸς Ἐϋξείνοιο Γενηταίην ὑπὲρ ἄκρην.

Prope uero habitant affluentes ouibus Tibareni,
Iouis hospitalis Genetaeam super arcem.

Quo loco πολύρρηνες, ab agnorum copia dicti. Vnde laetos Tibarenos dixit Valerius, ob pascua, ut arbitror. De Tibarenis etiam Orpheus in Argonauticis post Chalybas meminit statim: & eosdem Strabo libro duodecimo Tibarenos appellat. Quod autem de Eribote quaesieras, is fuit filius Teleontis, de quo sic idem scribit Apollonius libro primo.

Tibareni Strabonis Tibareni.

Ἤλυθε δ' Εὐρυτίων τε καὶ ἐσθλὸς Ἐρυβώτης,
υἷες ὁ μὲν Τελέοντος, ὁ δ' Ἴρου Ἀκτορίδαο.

[illegible]

[illegible]

Literas contubernali suo commendatitias ad Oratorē Florentinum, paulo ergastio impetrabimus a Laurentio Medice: qui si multi quasi ani e mansionibus literatis, nihil non indulgebit: cur quo gaudent illi literarū principi deuergat? Vale, & si quid te dignū ex antiquitate habes, participa quaeso nobis, sui cupidissimus. Ex Vasticio dic salutem meis uerbis. Florentiae. IIII. Calen. Mart. M. cccclxxxviij.

POMPONIVS LAETVS
Angelo Politiano, S. D.

IAm tempus apperit eruditissime & candidissime [illegible], ut Lucretij libros remittar, ut sit integer, fides soluat. Dabis ferendos ad urbem Vetrio homini fidei summae, qui celebritatē tui nominis cū caeteris nostri ordinis amat, colit, ac ueneratur. Nā quisquis est, qui de se bene senserit, gratulari plurimum debet saeculo nostro, cum tales habeat uiros, quales maiores nostri in summa gloria habuisse dixissent. Tuā opera Florentiam se contulit, ut te saepius uisat, & ut totus ex ista tua praedicatione riuo & [illegible]. Cū de altitudine tui ingenij cogito, non possum non admirari, cur nostri graeculatim & [illegible] (ut ita loquar) ad te nō adolent. Legi opus tuū, in quo aperte ostendit doctrina quadā singulari ueteres ab inferis reuocasse uideris. Sed per hoc in praesentia, praedicatione mea nō indiges, satis enim tuo labore clarus es. Verum quoties de aliquo sublimi interpretatio Graeculati & Romani.

b 4 nē.

est, amat Politianus oncorrit. Ego quid de perspicacissimo ingenio tuo sentiam, una epistola et longa quidem explicem, quamquam in ea re quid longum esse potest? Credo dimidiati carminis Lucretii remittere, propter nimiam disciplinarum occupationem. Obsecro, atque obtestor, effice ut ad suos Quirites redeant. Habeo quaedam vetustissima monimenta, quae cum videro epistolis fore, admirabere, quod nuper effossa fuerant, et notata in illa tua observatione reperiuntur. Quae de re dimidiatum quandam in te esse intelligo, ut mente animus tuus sit de caelo sumptus ignis. Dii te servent. Commenda me Medicibus, patri, et liberis, literarum patronis. Deinde plurimam salutem Demetrio meo impartiar. Vale. Romae, mense, v. Calendas Iunii.

ANGELUS POLITIANUS
Pomponio suo, S. D.

LVcretium Petreio dedi, quem tibi iam redderet. Vale tam sero inquis, fateor, sed non plus negligentia mea, quam tuae humanitatis fiducia: deinde aliae ex aliis, in quibus opera ponatur, occurrunt. Additur huc et quadrimestris iam liber est, qui vel triduo poterat absolvi. Caeterum ego Pomponium meum moneo, qui quando ne sit offensus, a Politiano praestari temporis tali audacter officio commodius. Petreio nostro dum sit salutatus, ut optabam, probo et antiquis moribus homini. Iam tu perge aberrare, cum ille Florentiam, studiisque peregrinationem rusticatio excepit. Spero tamen diem paucorum, ut in urbem revertaris, neque (quod aiunt) scopulo haereat. Quas in me laudes confers, quamquam agnoscere sola fronte non ausim, tamen ob id gratissimas habeo, quoniam cum me multo majoris merito, nec adulatio cadat, nec inesse est laudatio haec, aut ex amore in me nimio, aut

ex uno proficiscatur. Quorū cū sit [illegible] mihi glorio-
sum, [illegible] in nostris, alterum etiā supra nos est. [illegible]
[illegible] antiquitatis, [illegible] cōplexi,
[illegible] si quid habes quod ex
[illegible] Demetrius autem [illegible]
[illegible] Vale. In
[illegible] Augusti. M.cccc[illegible]

BAPTISTA GVARINVS
Ioanni Pico Mirandulae, S. D.

NOndum concedo [illegible] oportere, nā [illegible] [illegible]
Si tibi praeceptor sum, cur mihi non obsequeris? Si nō sum,
cur me praeceptorem appellas? Neque ideo nomen hoc recu-
so, quod te discipulum spernā, quem mihi praeceptorē asse-
ro, sed quod tuā doctrinam [illegible], & praedico, in qua
[illegible] transuersi calami signo,
neq; [illegible] obelisco [illegible], aut asterisco,
[illegible] Sed [illegible] quaedam
[illegible]
[illegible] quae ego colere coner. Quae [illegible]
[illegible] habere
Ego [illegible] in hac pagina tibi herbam porrigam,
nisi prius bona cum gratia [illegible] quando ali-
[illegible] praeceptor pari
der, & discipulus [illegible] seria agamus,
& [illegible] tibi [illegible] placere potes, cum
omnia doctorum hominum [illegible] ut me in
[illegible] appareat. Idem in [illegible]
quae scripsisti [illegible] etiā Usus in
accessit, qui solet in scribendo magister haberi optimus. scribendo magister.

Quod ad me attinet, gaudeo uehementer laudato abs te, & abs parentibus, atq; laudãdo Laurẽtio me in ore esse, addito praesertim Politiani calculo: cuius ego copiosam & exactam multiplicis disciplinae lectionem ita cõplector, ut admirer, ita admirer, ut commendare non desinam. Quo fit, ut extra doctrinae aleam me ab illo poni, triumphi instar existimem. Quod librorũ meorũ indicẽ petis, id mihi & laboriosum est, & inutile. Satis erit si pro tẽpore postulatis meis inseruiri. Nunc Martianum Capellam, & Senecae quaestiones naturales opto, si modo emendati sint codices. Nam qui apud nos sunt, opera Sibyllae indigent. Eos si impressos emere possim, gratius mihi erit. Sin minus, nõ lõgo postliminio tui ad te redibũt. Vale specimẽ bonarũ disciplinarũ, meq; amare perge. Ferrariae. Non. Decẽb. M. cccclxxxx.

ANGELVS POLITIANVS
Baptistae Guarino suo, S. D.

Ostendit epistolam mihi nuper ad se tuam Ioannes Picus Mirandula, princeps omni laude cumulatissimus: in qua cum tu mihi mediocres tribueres ex recenti Miscellaneorum summa, nimirum seorsum in scheda syllabas notasti aliquas, in quibus me aut non nihil diligentiam requirebat. Sed hoc posterius tamen ita cunctanter, ita suspiciose fecisti, quasi denique metuisses, ne me laedi & animo putarem, si modo abs te non doctissimo solum uiro, sed optimo quoque redarguerer. Ego igitur quanquam dissimulare nõ possem, laudationem mihi tuam fuisse pro eo ac debuit certamo gratissimam, tamen ut esse quoq; plus sibilus existimarem, causa fuit in primis, quod deinde sideris blanditijs illis tuis comes addita libertas, ut etiam me castigatio sentiebat. Etenim non ego audiui reficiam, quin resilii me patior, & opinionum

falsa-

Musicis quasi morbu animi praecipuis, multo etiam libentius ipse carmen, quam caetera audierim. Tuum uero mihi consilium, quasi pro lapide Lydio iudicium debet esse. Nam ut illo purum dignoscitur aurum ab adulterino, sic apud me de tua facile sententia uerum uideor posse falsumque discerni. Nec est in quo tam bene de proprijs mihi studijs sperem, quam quod ita disputare soleo de ambiguis, ut plus inuento uero gaudeam, quam uictoria. Quanquam autem abs te tantae humanitatis homine prouocatio non est, tamen pro tua singulari humanitate quaeso benigne audias quid ad ista respondeam. Neque probare te, quod [illegible] primam breuem, quod [illegible] prioribus correptis syllabis cancellauerim. Ego uero tametsi [illegible] in primis, non adeo tamen obtusissimi pectoris, in uersibus maxime faciendis, ut [illegible], moramque non sentiam. Verum cum mihi de [illegible] pene ad uerbum fuerint antiquissima interpretanda carmina, fateor affectasse quidem, ut in uerbis [illegible], sic in uersura ipsa, et numero gratiam quandam, ut fieri [illegible] moderatam. Nec autem putabam fore, ut cum Vergilius, acerrimi uir iudicij, uersus disponens Homeri [illegible] exemplo, eandem [illegible], non etiam mihi esse quippiam praeferentem gratiae [illegible] concederetur. Quocirca uersiculos sed de industria, [illegible] quasi [illegible], qui [illegible] pedibus quae [illegible] superantem ceperint, ex argumento [illegible] appellatos. Qualis apud Homerum pars sit ille: [illegible]. Sed quoniam quod ego studio nouitatis [illegible] syllabarum scilicet ignoratione plerique tribuebant [illegible] quibus [illegible] poteris, ad quos [illegible] modo exemplaria peruenissent, ac uersiculos eos uelut in quadra [illegible], ad hoc

Lapis Lydius.

[illegible]

[illegible]

exemplar

exemplaria. Laetor sani, nam hoc superis gratissimum duxi. Te- stimonio patre, mederis uti hoc haec mora, praesentiam. Cuius enim studiis: uel cuius potius reprehensionis fuisset, agere dactios, etiam bonum filii, quam continuo populus exsibi- laret. Itaque magnopere à te peto, cures mihi primo quoq; tempore nō a lisce doctore nos, sed scholastici alicuius manu, scriptos sic utrumque, in omnibus quotquot istic erunt exem- plaribus emendandum. Nam ut tibi possibus uenalem quo- que fiat, ipsi cōtinuo per literas confirmo. Iam uero, quod liquentibus primam corruptā docuit perperam, equidem in eo Vergilium sequebar, cuius illa certe sunt notissima. Princi- pio caelum, ac terras, camposq; liquentes, &, Igneumq; horribilemq; feram, fluuiosq; liquentes. Nec me fallunt autem, liquentia mella, sic apud eundem posita, ut quantum scilicet in tempore, tantum sit in intellectu discriminis. Sed & et scholasticum breui secunda dictionem reprehendis, quae ta- men syllaba diphthongo notatur. Ad haec illo ipse quē non secum interpretabor, ait hic [illegible] dixerat Callima- chus uatis mihi non quidem prae ceteris sequendus, quan- quam alias quoque grauissimus author. Nam quod Statius aliter usurpat aure suo, uidelicet una diphthongum litera defraudat, quod & in plurium uocabulo non reformidat.

Boeotia. Boetia. Postremo quaeris idem, ut cur & Boeotia scribam; sed enim quaerere ego quoque abs te iam poterā, cur tu Boetia potius, nullo scilicet in hoc uocabulo graecorum transitu, quē modo uel praecepta tradiderint, uel rationes persuaserint, uel au- thoritas comprobauerit: nisi forte uulgus imperitum respi- cimus, nullo prorsus habendū numero apud eruditos, quo- rum te principem semper existimauimus. Adde quod haec nostra uocalis illius scriptura, sicut è graeco primum de-

migrauit,

migrauit, sinceritatem seruant exemplaria quaecunque ab-
his, hoc est ipso tractu statim indole censentur. Hoc igitur habeo
tecum quidem, quae pro mea causa dicerem. Verum quando
at omnes communis aetatis nostrae professorum celeberrimos
aliter sentire, nihil iam credo mihi, sed ad Pyrrhoneos planè
deficio: nec esse prorsus aut affirmo posthac, aut nego quic-
quam, sicuti mihi uel à sensibus ipsis, uel ab animo denique
repraesentatur. Cupio tamen & de caeteris quid sentias au-
dire, tanto maiorem tibi habiturus cottidie gratiam, quan-
to ab erroribus me, uel sapius, uel liberius, uel postremo
etiam seuerius abduxeris. Vale.

Pyrrhonij quidam apud Aul. Gel. lib. xi. ca. 5.

BAPTISTA GVARINVS
Angelo Politiano suo, S. D.

GAudeo mehercule interprete Pico nostro, Palladis ma-
gis quam Martis, datam esse nobis occasiunculam,
ut de communibus studiis aliquid per literas colloquamur.
Sic enim fore spero, ut amor in doctrinam tuam noster, am-
icitia etiam tecum consistet. Quod autem in candidum & me-
liusculè ad Picum epistolam accuratam de aureolo Miscellaneo-
rum tuorum libro scripsi, id omnino mirari debes, ita sunt
hac tam tempestate mores, ut siquis liberius quid proferat,
bellissimè commisisse iudicatur. Immo Angele mi suauissime, ut
nullus est lolligenis succus, ita est candida, & sine labe sim-
Rogasti me saepius, ut tibi nomina colligerem ueterum iuris conditorum, non qui citantur ab aliis, sed quorum sunt ipsorum uerba pro legibus in Iustiniani principis digestis, quas et Pandectas appellamus. Ego uero quoniam te longius distuli, quam forsitan singularis amor erga me tuus merebatur, ut sine stomacho iam aequo feras, etiam titulos, numerumque librorum tibi perscribam, de quibus quinquaginta digestorum uolumina consarcinantur. Volo enim tibi hoc quoque apponere quasi condimentum studiorum tuorum. In quibus te uehementer ponere operam, multumque proficere, quod mihi saepe tui praeceptores narrant, unice gaudeo. Nam cum te nostris laribus a puero fuisse innutritum, probauerimque semper ingenium, mores, animum, fidelitatemque tuam, nihil abs te mihi paene seiunctum puto, laudesque tuas perinde amplector, ut meas. Sed ut ad rem redeam, septem et triginta fuere conditores iuris, quorum de uerbis digestorum leges, ueluti centones quidam consarcinantur. Et quorundam ex his mentio est in titulo de origine iuris, quem tibi non denuo describam, propterea quod est in aere tuo. Vetustissimus autem omnium, sicuti mihi uidetur, Q. Mutius Scaeuola est, P. F. Pontifex maximus, Cuius apud Ciceronem quoque plurima mentio. Huius hoc accersitur unus tantum liber definitionum. Gallus deinde Aquilius, qui Ciceronem oratorem habuit auditorem, et quem familiarem suum Cicero idem in Topicis appellat. Huius tantum responsum unum in digestis. Labeonis uero eodem ascribuntur libri octo pithanon, id est credibilium, seu uerisimilium, et duo posteriorum decem. Fuit autem Labeo, quem notat Horatius insa-

Conditores iuris quot.

Q. Mutius Scaeuola.

Gallus Aquilius.

Labeo.

tum, de cuius ingenio, natura, studijs, ac doctrina multa scribit Gellius in Atti. noct. Saluij quoque Iuliani digestorū nonaginta libri, de ambiguitatibus unus, ad Minutium sex, ad Vrseium quatuor. Floruit hic Adriani temporibus, & Hadriano fuit in consilio, magnae uir authoritatis, proauus hic etiam Didij Iuliani, deinde principis. Adnectitur & Neratij Prisci regularū quindecim, membranarum septem, responsionum tres. Hunc sibi pridem Traianus omnium consensu successorem destinasse, sic ut ei dixerit aliquando: Cōmendo tibi prouincias, si quid mihi fatale contigerit. Eundemq; mox Hadrianus imperator habuit in consilio. Volusius quoque Maecianus consiliarius est habitus celeber, quo magistro est usus Hadrianus idem. Qui & docuit M. Antoninum principem, cognomento Philosophum. Veniunt hinc igitur illius quoque libri fideicommissorum sedecim, publicorum quatuordecim. Sed Maeciani nomen in Marcianum deprauatur à librarijs. Fuit enim Marcianus ipse quoque legis author, à Diuo Iuliano principe iussus occidi. Cuius libros hos contulit, institutionum sedecim, regularum quinq;, de appellationibus duos, publicorum duos. Item singulares, quos Graeci monobiblia, hi sunt, de delatoribus, hypothecaria, ad S.C. Turpillianum. Iulius quoque Celsus Hadriano fuit in consilio, qui Digestorum libros undequadraginta composuit. Sed & Valens, qui fideicommissorum scripsit. Marcellus quoque, qui digestorum scripsit unum & triginta, responsorum unum, sex ad leges. Item Iabolenus, cuius accepti hi libri sunt. Ex Cassio quindecim, epistolarum quatuordecim, ad Plautium quinq;. Claruit his temporibus etiam Seruidius Scaeuola, cui M. Antoninus philosophus operam dedit, ac deinde filius imperator, magistro illo est usus.

Saluius Iulianus.

Neratius Priscus.

Volusius Maecianus.

Marcianus.

Iulius Celsus.

Valens.

Marcellus.

Iabolenus.

Seruidius Scaeuola.

Hic & Seuerum docuit illum, qui sibi post Pertinacem ma-
gna uirtute imperium parauit. Docuit & Papinianum, de
quo mox dicemus. Sed Scæuolæ huius libri deducuntur in Iu-
stinianei Pandectas, Digestorum quadraginta, quæstionum uigin-
ti, responsorum sex, regularum quatuor, de quæstione familiæ
unus, quæstionum publice tractatarum unus. Huius auditor (ut
Papinia-nus. diximus) Papinianus libros ad Pandectas edidit, Quæstio-
num triginta septem, responsorum undeuiginti, definitionum
duos, de adulterijs unum, edilitium unum. Hic habitus omnium
est acutissimus, eumque uocant historiæ iuris asylum, doctrinæ
legalis thesaurum, sic ut ab illo studiosi legum, qui profecis-
Papinia-nistæ. sent, appellati Papinianistæ quandoque fuerint, amicus &
Seuero principi, sed a consiliis epulatis, neque non affinis per
secundam uxorem. Successit eidem quoque in administratio-
ne fisci. Denique moriens Seuerus, filios suos non alij magis
quam Papiniano commendauit. Erat autem præfectus urbi Pa-
pinianus, ac plus potest in aula quam uolebat. Itaque sæpe de-
ponere uocatur eam potentiam frustra conatus, tandem ab Anto-
nio Caracalla Seueri filio, militis gladio obiectus, & securi
percussus est, quod excusare parricidium noluisset. Huius as-
Iul. Pau-lus, Domitius Vlpianus. sessores in præfectura Iulius Paulus, & Domitius Vlpianus,
quos quidam ex nostris græco uocabulo Coryphæos appel-
lant, quoniam quasi seruitorum legumque discipuli ex Papinia-
no tenuerunt. Feruntur & Vlpiani libri ad edictum tres &
octoginta, ad Sabinum uero unus & quinquaginta, ad leges
uiginti, pro tribunali decem, de officio proconsulis decem, regu-
larum septem, fideicommissorum sex, opinionum sex, de adulte-
rijs quinque, de appellationibus quatuor, de officio consulis
tres, institutionum duo, de censibus sex, responsorum duo. Tam
singulares lii. Regularum unus sic, de sponsalibus, de officio
præfecti

praefecti urbi, de officio praefecti uigilum, de officio curatoris reipublicae, de officio praetoris tutelaris, de officio quaestoris. Sunt quidam libri quos scripsit Vlpianus, nam Paulus aliquanto est (ut graece dicam) polygraphoteros. cui enim numerantur hi libri, Ad edictum octoginta, quaestionum uiginti sex, responsorum uiginti tres, breuium uiginti tres, ad Plautium duodeuiginti, ad Sabinum sedecim, ad leges decem, regularum septem, sententiarum uel factorum sex, sententiarum libri quinque, ad Vitellium quattuor, ad Neratium quattuor, fideicommissorum tres, decretorum tres, de adulteriis tres, manualium tres, institutionum duo, de officio proconsulis duo, ad legem Iuliam, uel et aliter lege, ad legem Aeliam, deinde ad legem Aeliam Sentiam tres, de iure fisci duo. Monobiblia autem, Regularum rursus, regularum tertio, de poenis paganorum, de poenis militum, de poenis omnium legum, de assis, de gradibus et adfinibus, de iure codicillorum, de excusationibus tutelarum. Ad regulam Catonianam, ad S.C. Orphitianum, ad S.C. Tertyllianum, ad S.C. Syllanianum, ad S.C. Velleianum, ad S.C. Libonianum, seu Claudianum. De officio praefecti uigilum, de officio praefecti urbi, de officio praetoris tutelaris, de extraordinariis criminibus, Hypothecaria, Ad municipalem, de publicis iudiciis, de inofficioso testamento, de septemuiralibus iudiciis, de iure singulari, de secundis tabulis. Ad orationem diui Seueri, ad orationem diui Marci, ad legem Velleam, ad legem Cinciam, ad legem Falcidiam, De tacito fideicommisso, de portionibus quae liberis damnatorum conceduntur, de iuris et facti ignorantia, de adulteriis, de instructo et instrumento, de appellationibus, de iure libellorum, de testamentis, de iure patronatus, de iure patronatus quod ex lege Iulia et Papia uenit, de actionibus, de concurrentibus actionibus, de intercessionibus

Fermiariis, de donationibus inter virũ & uxorẽ, de legibus, de legitimis hæreditatibus, de libertatibus libris, de ſenatuſ cōſultis. Fuere aũt Paulus & Vlpianus præfecti ambo. Sed quidã factos ab Alexãdro dicũt, quidã vero ab Heliogabalo, qui tamẽ Vlpianũ remouit ut virũ bonũ. Cæterũ Alexander utrũq; magno in honore habuit, maxime aũt Vlpianũ, qui cōſiliarius ei quoq; fuit, & ſcrinij magiſter. Nec unquã ad eũ ſolus admiſſus quiſquã eſt, niſi præfectus atq; Vlpia-

Sabinus. nus. Tum ſi quãdo alter adhibitus, ſemper tamen Vlpianus rogari iubebatur. Sabinus aũt ille ad quem libros Vlpianus ſcripſit, puto etiã ad quẽ Paulus & Põponius, vir fuit inſignis & cōſularis, ab Heliogabalo iuſſus occidi, cuius filius

Fab. Sabinus. etiam Fabius Sabinus Alexãdro fuit gratiſſimus, & Cato ſui tēporis dictus eſt. Neſcio autem an hic filius idẽ ſit Sabinus, qui cōſularis ex præfectus urbis per tumultũ fuſti percuſſus in populo, & occiſus, atq; in publico derelictus fuerit. De illo quoq; ambigitur utrũ ne de iure ſcripſerit, filius an pater. Scripſit vero iuris ciuilis tres, ex procul ſingula-

Pōponius. rem, ſed & epiſtolarũ libros octo. Pomponij quoq; collati ſunt eodẽ libri, ſcilicet ad Quintũ Mutium, lectionũ undequadraginta, ad Sabinũ quinq; & triginta, epiſtolarũ viginti, variarũ lectionũ quindecim, ad Plautiũ ſeptẽ, fideicōmiſſorũ quinq;, ſenatuſcōſultorum quinq;, regularũ unus,

Caius. enchiridij duo. Caium vero citat & Boethius in Ciceronis Topicõ cōmentarijs. Huius hic adhibiti ſunt ad edictũ prouinciale libri duo & triginta, ad leges quindecim, ad edictũ publicũ quindecim, quæ ſola iã reperta ſuerit. Aureorũ ſeptẽ. Dodecadelti, hoc eſt duodecim tabularũ ſex, inſtitutionum tres, de manumiſſionibus tres, fideicōmiſſorũ duo, de caſibus unus, regularũ unus, dotaliciorum unus, hypothecariæ unus.

[illegible], qui Tribonianum [illegible]. Ex Venu-
leii quoque stipulationum libris undeviginti, actionum decem, de
officio proconsulis quattuor, de poenis paganorum uno, publi-
corum tribus, de interdictis sex. Item ex Mauriciani ad leges
sex, ex Terentii Clementis ad leges viginti, ex Africani quae-
stionum novem, ex Florentini institutionum duodecim, ex Tertul-
liani de castrensi peculio uno, ex Iusti constitutionum viginti, ex
Tryphonini disputationum libris uno et viginti, ex Calli-
strati de cognitionibus sex, edicti monitorii sex, de iu-
re fisci quattuor, institutionum tribus, quaestionum tribus, ex
Menandri militarium quattuor, ex Modestini responsorum unde-
viginti, Pandectae duodecim, regularum decem, differentiarum
novem, excusationum sex, de poenis quattuor. Item ex eiusdem Mo-
destini, de praescriptionibus, de inofficioso testamento, de
manumissionibus, de legatis et fideicommissis, de testamentis,
de heurematicis, de enucleatis casibus, de differentia dotis, de
ritu nuptiarum. Ex Tarrunteni Paterni militarium quattuor,
ex Macri militarium duobus, publicorum duobus, de offi-
cio praesidis duobus, [illegible] duobus,
de appellationibus duobus. Ex Arcadii de testibus uno, ex
Rufini regularum duodecim, ex Anthi, sive Publii Furii An-
thiani partis edicti quinque libris, ex Maximi ad legem Falci-
diam, ex Hermogeniani epitomarum sex libris. Haec est denique
tantorum conditorum, qui symbola dederunt, quaeve librorum
quoque et titulorum, quibus [illegible] Pandectae [illegible], exactior
nomenclatura. Nam cetera non [illegible], sed tamen et ali-
quid paene in codicibus depravatum, quibus omnino [illegible],
[illegible] adnumerantur. Tituli praeterea nonnulli,
sicut de excusationibus, paene integri graece sunt editi, quos
indoctus aliquis (ut apparet) in Latinum transtulit. Sed et haec

k 5 [illegible]

Venuleius. Mauricianus. Terentius Clemens. Africanus. Florentinus. Tertullianus. Iustus. Tryphoninus. Callistratus. Menander. Modestinus. Tarrunteius Paternus. Macer. Arcadius. Rufinus. Anthus. Publius Furius. Maximus. Hermogenianus.

(ut opinor) & alia pleraque nostra aliquando singulas desyderarunt, quas hactenus non (modo intra se) reperimus, ac modo pendebunt quid otij contingat: verum quam diutiter tribuemus, sed prius tamen philosophiae satisfaciendum, cui nunc totos (ut scis) penitusque nos tradidimus. Erit opus omnino Bartholomaei Socini Senensis doctoris excellentis, immo vero plane singularis, opera nobis & consilio. Quem equidem Papinianum alterum uideor audacter posse appellare seculo nostro. Vale.

Epistolarum libri Quinti finis.

ANGELI POLITIANI EPISTOLARUM LIBER SEXTUS.

ANGELUS POLITIANUS Philippo Beroaldo suo. S. D.



Certiorem me per literas quidam mei fecerunt, venisse istuc ad vos quaedam, quae nostra admonitione niterentur in Statij syluas, eaque se iactent ex nostris autographis descripsisse. Puto esse alia non quae me praelegente, studiosi exceperunt, sed quae ego adolescens admodum adhuc Domitio, marginibus domestici codicis adscripseram: vnde etiam offensus eo tum, quod multa ille parum perfecte prodidisset, quae fere omnes tunc quasi ex literis demissa mendicabat. Quare visum est admonitiones istas, qualescunque sunt, his ad te literis, quasi quibusdam characteribus insignire, ne vel aliena forte mihi tribuantur, vel propria subripiantur. Scribere autem ad te potissimum libuit, ut maior in ipsis foret authoritas: praesertim quoniam vulgarit te

sti, saepe primum Danaum capta sunt, quae tamen nimium late atque principi locum inter nostros ordines profitetur. Ergo in epistola prima negamus a Vergilio Cadmi pastori a siccis montem, quod Donatus credidit. Nec probamus quod ille de hymnis Homericis dubitat. In epigrammate, Dacū coronatū, & iterū castrat Catonē, feras atque illi accipimus. Vellicatque etiam legimus, nō Appellas, quod & Lysippo tribuimus. Noctem designari dicimus per tēpus, quo superis inverna placet. Nec male apud nos Tonans, immo Tonat, quo Neptuni filius censetur, cuius apud Nonnū Laelius, cuius (ut omittā & ceteros) etiā Plinius meminit. Latus quoque hic, nō latius, ut ipsi legimus. At in Violentilla, Arcadis umbra nisi speculum illum nobis imperitum videtur, de quo in problematis Plutarchus. Sed & quae dulci imago persistit, ad speculū potius pertinet. Nec illud, Tam Thybridis, sed magis, iam Thybridis amnes admittimus. Ut & justitiae hanc primus, nō aliis illustr. Nā Pinea corona, quae sit alia quam Arcadum? Tū nec apud Sannā Chorū) quoque hoc totū aliunde legitur) pater Thetidis est accipiendus. In Thybertina quoque valle, pulchior de Leone dictum illud asperxit, quod torvus leonis frōs, torvi oculi, nec talis hyemis testis, Epiphemus. Nec ubi de Chalcidos fluctibus mētio fit, res ista ante in cōparationem, sed fretorum angustiis vocatur. Reprehendimus & illud ut admodum frigidum, quod de amne ridente, dum nymphis ... nec probamus Amnem in fonte, sed anim & fonte. Proque Tiberino Tiberinū recipimus, ex ipsius loci genio. Tum quod ille sibi aliquid ... ipsi publicū dis probamus. Comparemus & quod apud ... pro Lacaena dicitur, Lacaena fuit, nullo ... sensu, contra exemplarium fidem, reclamantibus

Bartholomeo Politianus ad se Scalae ...

tibus

iubat & syllabis ducebat, sed nec maiorem syn contrahi per eam patitur ad Vergilium. Dissentimus & Gallici sote- rijs, ut in illo dicit: Lethea satis. Limen ab ille: Hinc alij gau dent. Nec vero Galliciae syllabam et formidamus, Phoebum tamen affirmamus legas, non Aesculapium. Sed in libro sic habito, primum illud in legimus: Tu quoque nunc, frater, su- per Tegeae sonora, quo Mercurius, infelixque monstra- tur. Nec amentis, pro coniuge, sed aduersitate uoluerat, & qui ibidem maxime deprauatum, nec id corrigimus: Vix locus Eurytea metris cum regula longo, Sinuata distinctis uariat. Hic illud etiam potuerit, non lumina cessant, quo erecto oculos colorum auricomibus ostenditur. Nec pro uasis labra, sed pro fauentis accipimus; aut maiorum partibus, aut sylla- barum. In Calendis Decembribus, Sterne paleam pastor, prae magnitudine ipsa dactylorum. Deridemus & Herculem, & Spallationem, quod tamen & Merula refellit. In glauca, leuissime pluribus locis improbamus, ut atque ipse reuo- cabat ad oscula postes, & turba caussae, sed & illud, at le gisse ianuae. Denique per abolem quoque sic cibi papauerit, non a Vergilio tantum, sed ab Homero usque repetimus. In Pom- peij uilla, miramur plane tantum de praetorio esse silentium. Sed & per Epexegesin legimus illud: Aspicit & Phoebi su- turum iubar. In arbore Atedij, ordinatus est Cacozelon, ut aspiraret ad fulmen redigatur. In Psittaco querule iam sponte fores uidentur, quoniam quidem querulae antea quo- que, sed non sponte, quia bractearum uocem etiam intimare querele dicuntur. Nec uero agnoscimus illam de Vlyssi pue- ri oblata consolationem. Sed & in Leone mansueto, nouum pudo- rem, non ut Domitius interpretatur, immo aliud nec omnino stetisse Caesarem suspicamur. In Lucani genethliaco, dicit

at inflexilis corruptos lego arcus: Et si qua patet, aut di-
cerpsit. Sertis mollibus expletur umbra. Nec alium praeter
Argo amaleuer puppe tenere crimen Minervae. De Nerone
quoque, de Gryphe, de urbis incendio, de Pollae laudibus diver-
sa sentimus ab ipso. Nec penetrabili legimus in epistola ad
Pollam, sed penetrali. Porro in Herculis Surrentino falso lau-
di additum pro pythiis accipientur. Falsum item illud in Par-
thenope videatis, Parva sub somnolenta corona. Verbum quo-
que degeneravit, in suum locum restituemus, in quem scalpere
illud subierat, designatur. Item in Propemptico, pro The-
baide posuit Domitius Achilleida. Sed et in Etrusci la-
chrymis vide illud, Atriaque ultro ferrentem tenderet.
Et vide illud, Praecipuos sed enim merito surrexit in artus. In
Earini coma, Puer Sangarius nobis, haud dubie Ganyme-
des est. Nec cocuissem adimere corpori, ipsi legimus, immo
corpus, sicut et illis apud nos, qui est apud illum sensus. In
Ecloga ad uxorem, leviuscula mutatio haec. Et mens tua pro illo
est mens tua, totum pene poetae confundit intellectum. Non
approbo Lecthias, neque enim syllabae ferant, immo Domi-
tiana, nec item verbum populares. Versiculum quoque illum, Sed
gratus ago studiis, atque tanti est, sic equidem in exemplaribus
inveni, Sed grates ago, servimusque tanti est. Damno et il-
lud, in Lyrico ad Septimium. Nec qui Lybiam docent, sed
qui decuit, defendo. In Epithalamio, nec hoc spatium, quod
ille, in spatio. Nec, ipsa sibi misera pede, quod ille pedum.
Nam illud, Aut alter locus, ipso refellitur syllabarum ratio.
Sed et Turani alumnum confirmat ipse sibi, pro Tirrheni. Re-
cusat et in Soteria ille ad Gryppum, Cereos armatur, linde
castellatis ramis. Versiculus quoque ille sic denuo nostro. Nil
mirae, sed isti mihi responde. In genitrix Sapientia, in Abasca-

dio,

tio, nō Domitii fuit emēdatio, sed publica omniū distinctio. Quod tamen attulit ipse, Late lacerat, & quae sequuntur: quodq; Meropen vocauit eam, quae sit Aerope, proprium fuit ipsius. Sicuti humeri rabula, pro fortibus, nō qđ verum, pro parentibus. Illud quoque sic ipse restituit: Quod capit ipse iubeo, De capitolinis, & caetera. In protreptico ad Crispinū, Respiceo Nemeam, respiceo Nisitynas illos cōmendicios clypeos, cum tyrannicis, & quo loco tribus ibi sunt, ego Thoracatum repono. Multa in epicedio quoq; patris, dictet apud nos, ut natum, & malidat fouentem, ut Phrygiam silicem, quae nobis Niobem significat, nō Hecubam, ut qđ vere sit vocabulū putat ipse, nos participiū. Legit ibidem, qualis & ille dies: at ego, quam tuus ille dies. Nec audiendum phylacida, Protesilaū, sed Alcestim credere malo. Certe in carmine ad somnū, nō ab Arethusa, sed ab Oeta scribendo oritur. Multa in Epicedio quoq; patris, vel notaui, vel emēdaui. Vt et illud, Quis ... quae lumine ... nostro ..., ecce lucentis. Et illud. Nimirū cū vestra domus, & quae multa parant cohaerēter lateris sua supplet, & ipsum simq; vocabulū, quod ibi mussitā. Praeterea, militi, ... Sed nec in luuenale Statiū tutari, quasi circulatorē crediderim. Verū alia sunt huiuscemodi quae nonnulli addiscere, libri nostri margine, quibus ipse nos domo ... familiariter circūdabit. Sed his tamē (ut arbitror) longe sunt & plura, & meliora, quae quartodecimo fere abhinc anno nobis e aliis publice syluulas enarrātibus excerpta sunt. In quae se dicit in casu incidisse, uir abundantē literatus Tydeus Acciarinus, qui Consentiae tēpore profitebatur, eleganti nobis epistola significauit. Nactus autē fuerat, ut mihi postea renunciatū est, quae Franciscus Puccius Florentinus collegisset, auditor ille quidē noster olim,

aliam, alio anno in eadem schola etiam professor, qui Neapoli nunc agit, magna cum laude, doctus utraque lingua homo, nec absurdo ingenio, siue ea prosa cōdere, siue carmina tulerit. Itaque nihil iustior iste uidet, qui magnum circumspicit, ut nouū. Sed addo, ut notans locos, nō explicans. Sane quoniā cōmentarios nō scribebam, sed epistolā, quae mea quasi pecori notas imprimeret, mox (ut spero) commentarios quoque in easdem Syluas publicaturus breuissimos illos quidem, sed tamē prorsus (ut Plautinum uerbum pene amissum renouetur) amussitatos. Tu interim (quae tua erga me beneuolentia est) ubi res tulerit, imponas (quaeso) plagiarijs pudorem. Vale. Florentiae, Calend. April. M. cccclxxxxiij.

PHILIPPVS BEROALDVS

Angelo Politiano suo, S. D.

Videram Politiane in studijs nostris politissime, quaedam tua, et quidem nouissime facta. Quae quia ex officina ista tua lucubratoria depromuntur, id omne probatum, recoctum, ac emaculatum esse habeo persuasissimum. Immo (quae tua est in literis curiositas, et excellentia) si quid tibi adhuc adolescenti parum elimatum per incuriam elapsum foret, id tamen apud me et reliquos qui bene sentiunt, fore perfectissimum, uel ob id ipsum, quod a Politiano prodierit. Tanta enim tua iampridem claritudo, et aestimatio, ut possis uel obsoletis uerbis dare, fastidiis gratiā, nouis autoritatem. Et ut semel finiā, tuo apud me nominū studiorumque reuerentia est, hunc tibi honorē deferre soleo, quē diuus Augustinus scriptoribus canonicis annotat sese tribuisse, ut ne nuspiam errori cōsitū esse credere ausim. Nō ex amore iudiciū hoc est, sed ex iudicio amor. Testes sunt scholastici frequentes, cuius est pulpitum illud, ex quo cottidie profitemur,

me idēti

me sententiam esse praeconi, & buccinatorem tuae singula-
ris eruditionis. Quid multa? publice, privatim, domi, foris,
in gymnasio literario, extra gymnasium, ubique locorum,
ubique gentium, ubique temporum Politianus à Beroaldo extol-
litur, celebraturque amplissimo praeconio. Tibi me seruu-
lum feci amicum. Perlegi libenter, quae ad me peramanter
& officiose scripsisti. Perlegi libentius quae in Merulā elo-
quenter, & cordate recensuisti. Qui [illegible] Zoili [illegible] sibi co-
gnomentum Homeromastigis adoptaverat: qui in cunctos se-
culi nostri literatos, nō dentes, cum edentulus foret, acue-
bat, sed linguam exacuebat virulentam: qui pari atque anti-
quos poterat [illegible] in [illegible] [illegible]. Qui ad
maledicendum [illegible] formatus [illegible], omnes (ut
veteres loquar) [illegible] solem à plerisque, cum
[illegible] adorari quam occidentem. Mors hominis
doluit nemini, quoniam gravis foret omnibus. Videtur enim Me-
rula ex gaudio esse procreatus. [illegible] mortales ex illius
obitu gaudent. Quod ad me attinet, nollem [illegible], nollem
[illegible], quae in me [illegible]
[illegible], ut [illegible] & [illegible] foret
conspicabilis. [illegible] bestiam
[illegible], & [illegible], & quod nostro se-
quitur de [illegible] sanguis. Nāque nobis neque machaera hebes
est, neque stylus retusus. Quod si mortui in suis semper pabu-
labuntur, cogemur adversus mortuum suscipere certamen,
& [illegible] quanquam nō me fugit, quàm
parum plausibilis futura sit ista [illegible], & quod cū mor-
tuis non nisi larvae luctantur. Gratias tibi ago, & ha-
beo pro [illegible] illa [illegible], qua [illegible]
[illegible] epistolae in Merulam graphice, lucidenterque

[illegible] Quae enim mihi [illegible] & [illegible] potest, quam laudari a laudatissimo nostri temporis, [illegible]. Quod scribis [illegible] perinde ac [illegible] stilo [illegible] potius sub nomine tuo [illegible] in Sylvulas Statii [illegible] quae [illegible] haud [illegible] est [illegible] apud nos [illegible], qui aliquid [illegible], aut nomini tuo [illegible] eruditioni derogaverint. [illegible] illic tua [illegible] & [illegible], quae ad me [illegible], quibus [illegible] Sylvula[illegible] Domitii [illegible], at Sylvu[illegible] [illegible]. [illegible] & ipse in [illegible] non [illegible] assensu [illegible]. Nihil [illegible] esse [illegible], nihil [illegible]. Vale decus litterarum, & me (quod facis) [illegible]. [illegible] ad te scribo, causa est [illegible], quibus [illegible]. [illegible] & non [illegible]. Vale. Ex Bono[illegible], pridie Idus Apriles. M. cccclxxxxiii.

ANGELVS POLITIANVS
Philippo Beroaldo suo S. D.

ADeo testimonio non indiget amor erga me tuus, & [illegible] similitudine conciliatus, & multis roboratus officiis, ut qui [illegible] Florentiam [illegible], statim quasi [illegible], quae mihi [illegible] magis approbes, in tua [illegible]. Vellem tamen ut laudare me tam vere posses, quam [illegible] soles: quamquam hoc ipsum laudari abs te, laus est (ut mihi quidem videtur) non [illegible] modo, sed & vera. Laetor autem placuisse tibi, quae ad Meralam scripseram, qui [illegible] [illegible] ad [illegible] quicquid ille [illegible] mandaverat. At potes (quid

l cum

cum modestia dictū sit; perierat Merula, nisi periisset. Nūc ceteris & esse persequi nō libet, ne si liceat quidē. Nec est quod ille ex commentariis illius scriptis quasi posthumis. Contes dedisset blandius. Nā nec Crassi ... quā, nec Platonis quæstionem composuit. Ita lepidus homo posteris exposuit. Dignus omnino erat, quem professorem non commemoremus, nisi professores ipse omnes contempsisset. Quod porrò ad me attinet, quas mihi necessitas quædam pene remunerantibus extorsit, satis mecum præclare agitur, si puer etiam sapere, non etiam puerilis inire uidebantur. Vale. Florētiæ, iii. Calend. Maias. M.cccclxxxxiiij.

FRANCISCVS PVCCIVS
Angelo Politiano suo, S. D.

ME uero ipsum recens ista Miscellaneorū editio, ut delectauit sanè plurimū ob eximias laudes, atque adeo numeros, quam tibi pulcherrimo hoc opere partas candide sum pro amicitia nostra gratulatus. Sic certe in eo cōmouit, atq; pupugit non parū, quod arcana illa, & uere dicam mysteria literarum, quæ diu nos ac singulatim ab ceu tuo oraculo exceperamus, ut his quasi pro dote nostro plaudere nobis, & gloriari possemus, peruulgata nūc hisce libris, nō magis nostra iā esse sectatorū tuorū, quam populi, atq; adeo scholasticorū communia erūt. Et de Aristotele quidem præceptore suo conquestum esse per epistolā Alexandrū regem Gellius scribit, quod is scriptis, ac publicatis philosophiæ secretioribus operibus, primas ē illas disciplinæ professiones auditoribus suis ademisse uideretur. Ille enī cum legendos dedit libros illos Aristoteles, ut ab his tantū intelligi possent, qui eū prælegentē audiuissent. Rescribit enī regi asse- Libros & edita & nō edita.
uerat τοὺς λόγους ἐκδεδομένους καὶ μὴ ἐκδεδομένους, ut iā

nostra

nostra tandem aequius expostulatio uideri debeat, quod Miscellanea tua sic abunde ac difficile conscripta sunt, ut hos libros qui legant, ut intelligant, et ut sciant, [illegible] quousque non multum, aut certe nihil desyderent. Hos tu igitur thesauros, has margaritas, non porcis quidem, ut dicitur, sed populo, aut quod si etiam indignum, grammaticorum turbae exposuisti. Nam per deos immortales, quod ego uerbum in hoc opere adnotarem reconditum, sententia ne locum, et quasi sanctum illud et intimum literarum, unde nihil ostendi per [illegible] monetam, nihil publici iuris afferetur? At doctissimorum maiorum, et illius [illegible] deinceps studiorum, et undequaque fulgentissimum uestitur. An uero testium quos citas, et authorum dignitatem, simul ac numerum quorum sunt plerique, hi quoque qui sibi docti uidentur, ne de nomine quidem ipso noscunt ante habebant. Nam de ornatu illo, ac lepore [illegible] orationis quid dicam? quae uersu quodam, et prope articulo [illegible] lasciuit, omnique uerborum flosculos carptim, candore tamen ubique lucentibus, et quasi pudicitiam praefert, ut illa ipsa purpura, et [illegible] mundo quam [illegible] honestissimas indefessumque lectorem uno prope decursu, a principio ad extremum illum [illegible] traducat. Habemus in manus quotidie ego et Vgolinus noster hunc librum, legimus, discimus, cognoscimus, ac nulla iam pagella est quam non decies reuolu[illegible] uerimus: nec tamen adhuc caput ullum sic attente aut diligenter perlegere potuimus, quin resumentibus illud iterum in manus et uidere magis uobis, atque et ut Aphrica illa afferre noui subinde aliquid uideatur. Ac tum illo recognoscere iuuat, quae pridem, cum istic eramus, te praelegente didicimus: tum uero plura que alia de libro dicere tuo addita, quasi auctarium quoddam addita, ac [illegible] ut iam [illegible] alijs auditoribus nostris [illegible] hoc ipso corollario non multi re-

Vlcinum uocem.

Cyclicus doctrina.

pendeamus. Iam uero quales quales quicquid ipsi sumus, si quid sane sumus, id totum tuo beneficio sumus: qualiscumque ingenio tuo applaudere, & gratulari ne putas, ubi aliquid de penu tuo proferre uidemus, quod nos quoque ipsi inter nostra nostro quaesita Marte haberemus. Etenim licet sane perspicuum quam humaniter aequalis ac mediocris intersit, tamen uerum credis, & consentire rationes nostras cum tuis, id uero ipsum placere, me memet ipsum mihi uideri nunc demum aliquid facit. Contentus illa quaedam, Enceladus ille gigantis apud Iuuenalem & terrae filius apud M. Tullium, quam erudite abs te, & apposite enarrata est. In eundem uero sensum expositum esse a nobis abhinc ferme biennio in publico, frequentique auditorio lectissimis auctoribus, & utriusque nostrum amicissimus Nicolaus Valorius, qui tum forte aderat, nouit. Amicitiae quoque causa in epistolis Ciceronis non admodum diuersa nostra lectio fuit, qui nullam quidem emendationem codicem nullius (est enim bonorum librorum in his locis mira penuria) sed tantum coniectura persecuti, uerum ac certa tua sententia concurrere pariter sumus. Sed & illud Iuuenalis cacoethes appellari existimare iudicii tui censura contemplando, quod mihi quidem pro delubro et oraculo esse non reticuero. Nam cum
Cacoëthes *legerim apud Cornelium Celsum cacoethes speciem quandam carcinomatis esse, eam quidem molestissimam admodum & diuturniorem, inde per metaphoram quandam a satyro affectum molestissimum nouum scribendorum carminum, hoc significari nomine credideram. Idque cum ob illa insanabile, & aegro in corde, & uerbum ipsum sonuisse, quod apte cadit in ulcus nedum sanari. Tum uero etiam ut ille ait Angelus carcinomata fistuli prope ratione sit dicta, quasi digito indicare uidetur. Hunc tamen frequentius inter quibus (ut uide*

quidem

quidem alibi undiquaque in hunc locum quadrant, non potui adduci ullo alio modo, quam cum dicis te quoque doctissimo, atque hoc compari absolutissimo comprobatum iri accepto. Nec vero illud accedo, ut forte me existimes ex ipso re hoc velle tecum conferri. Praestat enim tam summe intelligere tam quam Ulysses ab Aiace Thersiten, et forsan nova facilitate iam, quae in laude tua participarem, cum omnis bonitatem praesertim tui studiosi, et amatorem non gravate admitti. Sed redeo ad Miscellanea. In quae, ut Menalca Propertianum illud iam decantare possumus: Cedite Romani scriptores, cedite Graii. Etenim si quid mihi de literis iudicij est, non minores modo omnes longo post te intervallo reliquisti, sed antiquitatum scriptorum laudem in hoc quidem genere haud dubie adaequasti. Nam de copia quidem certe, quod nonnulli in te timidi arguebant, sentiant alij quod velint, mihi certe tota incerta, ut ille, nec redundare floribus, sed palaris e conducto videtur. Sunt enim varia magna, et plana (ut ipse scripsisti) crassior inter se, quam inter Pyrrhamum et Thisben paries erat. Atque ad istas ij quidem ipsos operis aliter vitiatum exemplar insinuare habeo, haud parum invidere me fateor Michelotio, Ugolino, alijsque complanibus aequalibus, et familiaribus nostris, quod tam cito in hoc libro profiteor eum cognosci ut a posteris, simulque pariter tecum aeterni, et illustres. Quod si ad eum mihi accessisset inventum, vel gratia, vel precibus, aut precio etiam. Atque omni ambitus genere contendissem, ut nos quoque honestissime ibi ornaverit ad scribere et quoniam ab te faciendo libros sub eorum nomine scripsisse pollicitus, tam cum honorem istum quicunque, tantum verenter pacificor. De meo autem erga te singulari studio et amore, et si de eo te non dubitare certo scio,

tum quia ita licet expectare videbatur, scripsissem iam pridem aliquid, ut certius esses, ne tam longa ac verbosa epistola stomachum tibi, & prope nauseam faceret. Cum praesertim nihil debeam [illegible], quasi coronidem quandam adiicerem, quoniam Dominici nomine scriptis per ociosam istinc, admonitus patriae domesticis laribus, cuius tamen non minus quam Homericus ille Vlysses ἱέμενος καὶ καπνὸν ἀποθρώσκοντα νοῆσαι & simul ut tua opera utriusque amici, & tibi praecipue curae & praeceptori meo pristinam observantiam, & amorem testarer, si non tu cum vacabit, diligentius pellegeris. Et si videbitur istorum hominum nasum non reformidare, ostendes cum commodum, tum etiam si quae opportunitas affuerit, Laurentio Medici, viro primario, & docto, & de omni civitate nostra bene meritissimo. Vale. Neapol. pridie Calend. Ianuar.

Cupio & famil. conspectum patriae.

ANGELVS POLITIANVS
Francisco Puccio suo, S. D.

INcredibili me voluptate tuae literae affecerunt. Non tam credo quod nostra Miscellanea laudas (quanquam id etiam) quam quod apud me, qui tibi olim praeceptor obtigerim, singularem quandam vel eruditionem, vel eloquentiam tuam profitentur. Vt enim agricola arbore inserta exultat, ubi generosos fructus ex arbore ipsa legit, quam suis quondam manibus conseverat, ac diu multa cura produxerat: ita nos magnopere delectamur illa epistola tua scilicet, quae magnificos istius ingenii nostra opera culti nobis fructus exhibuerit. Audieram quidem saepe antea quoque, nec sine ingenti vero quidem gaudio, te Neapoli docere summa cum magna celebritate, magna gloria. Sed haec tua nunc tamen epistola plane declaravit, non abesse a Neapolitanis, quibus tu places, iudicium illud anti-

quum

quam studiorum, quae sibi olim soli apud ipsos propriam, quasique certam domicilium delegissent. Est enim stylus tuus qualis esse iam, quod ego in primis exigere soleo, Latinus & castus, tam vero elegans & quidam prae se indolem ferens, elaboratus, inlaboratusque similis: hoc est ita limatus, ita dissimulatur cultus, ut in eo se forma, non cultus ostentet. Facilis etiam, pressus, numerosus, non anxie, non molestae diligentiae, magisque simulatae negligentiae, sed ita tamen ut plus eo quoque paulo Veneris habeat, quam Apellis est color in tabulis. Quid igitur mirum, si mihi quoque, sicuti Latonae natorum pietate, gaudio perfectae, tales prodiisse discipulos e nostro umbraculo video, quales ego fortasse ne meos magistros asseverer. Non enim propterea quod tibi ego nunc magister, ideo nunc quoque te doctior. Nam & qui me docuerunt, ipsi deinde aliquoties in nostra schola cum caeteris discipulis desederunt. Vices tamen verae sunt, & quidem pulcherrimae: nec mihi quicquam gratius quam discipulos maturere me quoque ipso doctiores, praeferrique si grati, si memores, si non in praeceptorem quoque ipsum, sicut in parentes, aequales recensuerint. Sed & de versiculis mi Petre, nae quid dicam: quam nova tibi multa, quam tamen antiqua, quod filum, qui color, quae calliditas quae illecebrae, quae mollities, quae quasi inconcinnitas, quam ibi multa figurae, quam tenuis Laconiaeque graeci Callimachi, ne scio equidem an dare operam sed expressisti. Nam quod in his me quoque laudas, & triplici eloquio succingis, ac me livori quodam esse in eo nullo dicis, fac ita tu credas. Sive magnum potius fingas, omnino tamen ago gratias, quod hoc ipsum contigisse mihi sit a docto homine, qui laus falso laudis, ingenti profecto laus est, atque ob id vera. Sed illud opinor, tu quidem dicens, quod quasi magnum quiddam expostulas inve-

ideam, quia quae primum in schola docui, nunc & in Miscellaneis peruulgaui. Quid autē hoc tua? Numquid ad hoc sodalitiis indiges, qui per te numeros implere omnes, ac tempore scribere caeteris poetis? Quin imitare tu quoq; lucanum canibus, quibus cum satis dentes angustiq; creuerint, aspernati matris ubera, praedam sibiipsi procul in syluis captant. Sed uersaris cum Baccio Vgolino ut dicis, atq; librum nostrum uoluptati fuisse. Cum Baccio tu igitur meo uersaris? Papae? Cum Baccio iocos agitas, & sextas pene dies (quod uobis) inuideo. Sed quae non tibi eius hominis narrem consuetudinem, quo nemo blandior, humanior, suauior? Dudum equidem nihil me illo uidisse candidius, nihil etiam amantius amantius. Itaq; constituunt mihi, quod nemo ferè unquam uidetur, ut sit omnibus charus, omnibus iucundus. Amatur à principibus, sed sine aduersum obtrectatione. Celebratur à doctis, sed sine aemulorum offensione. Cum caeteris ita uiuit, ut omnium ex aequo beneuolentiam colligat, ordinem tamen discrimenq; nō confundat. Quanta autem illi prudentia? quanta fides, quanta rerum memoria: ad haec ille candor animi aliquando, quae uis, quae facundia, quae acrimonia? quid iam de inde amoris, officij, solicitudinis, diligentiae, quae porrò in conuictu comitas, facilitas, simplicitas? quàm ubique candidus, facetus, ingeniosus, quam etiam eruditus ac literatus? quid postremo carminibus illis, siue quae ad citharam canit ex tempore, siue quae per otium cōponit, dulcius, mundius, limatius, uenustius? Sed quid ego longius euagor? Fruere tu quantum potes, meum tuumq; amicum, Baccio meo: fruere Baccio, meis sirijs, tuisq; delitijs. Atque adeo uos tantum amate, quam omnium potius, quicum par sidere modo habere aliquem. Date uero operam (quo desyderium nostri leuius sit tui)

Baccij laus.

primum vestibuli ac mox nos de me sermonibus (opinor) etiam mihi (quod dici solet) aures circumsonent. De Psalmodo gigantis quid mirum, si tu eadem prodidisti semel abhinc biennium, quae nos abhinc semel quadriennium? Nonne etiam canes saepe duo leporis eiusdem calle deprehendunt, si forte easdem utrique vestigiis institerunt? Cacoethes autem non uno modo, sed et huic quoddam febricosum, in definitionibus apud Galenum, quod et nos alibi retulimus in litteras. Vtroque tamen apud Iuuenalem consuetudo mala significatur. Caeterum, quid hoc est quod tu tam timide, et differenter, tam leuiter, tam suspitiose, tam caute, tam quasi pedetentim nos adis? An ueritus ne me istis offendas? quasi uero nõ laudari etiam volumus, sicut tu te nostrae: quasi ignores me ueterem familiarium laudibus plus aliquanto fauere, quam par esse sit. Ergo te profecto in consortium laudum mearum (si modo meae sunt aliquae laudes) adeo non grauatim admiserim, ut hanc potius mihi laudem ex eo pariter laudum societate merear, quod eas tu non aspernaris. De copia cornu, Miscellaneisque nostris (quamquam amore labi tu quoque poteris ut te neuam ut uerum fatear) non magnopere dissentio. Verumtamen illud uidetur mirandum, Simiam quoque ipsam, quae turpissima bestia uocatur ab Ennio, credere natum suos catulos esse omnium formosissimos. Vale. Cacoethes

AVGVSTINVS MAFFEVS
Angelo Politiano, S. D.

CVm esset Romae apud nos aestate superiore uir doctissimus, ac non multis ego antea diebus accepissem, te non minore ingenio et doctrina, quam cura, Herodiani authoris clarissimi historias e graeco in nostrum sermonem uertisse, ad communem uidelicet studiosorum omnium gra-

tiam & uetustatem: tanta sum equidem eiusce uoluptate affectus, ut nihil profecto auribus meis aut antiquius, aut opulentius afferri eo tempore potuisse existimarem. Hinc enim factum esse arbitror, ut ego recenti quodam desyderio eius legendi operis commotus, atque euectus, paulo curiosius exemplar abs te petere non dubitauerim. Quod mihi pro singulari tua erga omnes facilitate, non modo nō negasti, sed & uerbis amplioribus spopondisti, id te quamprimum Florentia usque ad nos transmissurum, ut diutius scilicet tam floride, tamq; amoenae lectionis fructu, ac uoluptate careremus. Quem librum cum auide per dies multos expectassem, neq; tamen ingens illud desyderiū diutius sustinere possem (quippe iam dubia & incerta spe quadam uelut detinere animū uidebatur) omni studio, ac solicitudine, industriaq; elaboraui id efficere, quo minus ille opus esset mihi diutius desyderandum. Itaque inueni apud nescio quem, dubiae satis fidei exemplari quodam, quamprimum ipse uolumen ipsum, ut erat, exscribi atq; curaui. Quod equidem arbitror partim scriptoris incuria, partim exemplaris uitio, esse pluribus in locis corruptum, ac deprauatū, nec plane suis omnibus integris membris constare. Quam rem adnotasse haud improbe uideor, dum proxime luculentam ipsam historiam non incuriose, ac conniuentibus oculis perlustrauerim: quae adeo meas aures impleuit, ut in ea lectione meum omne studium atque otium per hos continuos dies collocauerim. In qua praeter elegantiam, concinnitatemq; Romani sermonis, ac sententiarum uarietatem, illud in primis non solum praecipua laude, sed esse singulari admiratione dignissimum conspicatus sum, quod concionibus adeo crebris, adeo sublimibus abundat, ut in ea parte insignis ipse histo-

ricum

riarum scriptor Herodianus, Cornelio Tacito nostro, ne primo quidem loco cessisse uideatur. In quo non minor profecto laus tua, & felicitas esse debet, cum in condendo opere illud plane fueris assecutus, ut seruata ubiq; uere historiae maiestate, nihil quod ad candorem, ad suauitatem, ad decus Romani sermonis, aut ad sententiarum grauitatem, uel totius operis ipsius concinnitatem pertineat, aut requiri desit, aut desyderari posse ullo modo uideatur. Qua ex re illud procul dubio futurum sit, hac tua prouincia fortiter administra-tur, ut magnos sibi et atque uberes fructus, nec minores uoluptates sit cunctis literarum professoribus sacrificiis pariturae compositi. Quae licet hactenus non nisi ad paucorum manus peruenerit, authori tamen suo aeternitatem memoriam, & clarum nominis perpetuitatem spondere affatim, ac polliceri uidetur. Nam mihi uere persuadeo Graecum istum Herodianum, quem ipse nuper cultu Romana donasti, si in mille uoluminas diligenter impressus, transcriptusq; ad omnes literarum insignium hominum, simul restrari certissime peruenerit, de eo singulorum iudicio, expectationiq; satisfacturum, ut in eo libello nihil nisi candidum, nisi sublime, nisi lucubratum, atque omni ex parte perfectissimum contineri omnes ingenue fateantur. Quamobrem mihi est ut liberalissime, quod singularem hanc gloriam, uel tu popularem quandam auram, uel contemnas, uel in postrema parte felicitatis tuae collocaris. Quae quidem cum ex ingenij tui artibus orta sit, ac solo uirtutis suffragio, tanquam ex quodam legitimo certamine constet, in memoria perpetuo, ac recordatione sempiterna continuare uerebitur cuiquam libet. Hanc ego uendicabis futuram ob te famam, hanc lucubrationum tuarum aeternitatem,

tanquam

tanquam ex altissima quadam specula intueri contemplarique uideor: nisi tamen (quod minime uereor) singularis meus erga te amor, & antiquae ipsius historiae maiestas & uenustas, quam graecis iampridem commendatam, uel potius occupatam literis, postliminio tandem in patriam redire uisuri, me in hac parte caeco, & obscuro esse iudicio facit. Non possum tamen non molestissimo & iniquo animo ferre, quod cum graecum (ut dixi) ex depravato illo archetypo exemplar & emendatum non inuenerim, non sordidis aut, non illotis (ut aiunt) manibus, retractauerim, quaedam in eo adeo corrupta, adeo uaria, & praepostera offenderim, ut nullo pacto sententiis uerba congruere, aut satis competere uideantur. Quibusdam tamen in locis tentaui depravatas libelli partes, si qua possem bona, uel ingenii ratione castigare. Quod cum omnino assecutum me fuisse intelligam, cupiamque nostro hoc uolumini suum ius, suamque integritatem restitui, operaepretium me hercle arbitratus sum illud ad te qualecunque transmittere, quod bene in primis abs te perlustratum, atque omni ex parte diligenter repurgatum, ad suam quae primam dominam, sereno fronte, & cute candidula reuertatur. Quam curam si non molesto animo pro amico susceperis, habebis me profecto laudum in primis tuarum uocalissimum praeconem, eique omni tempore memoriae tuae clarissimae non ingratum, aut sane frigidum debitorem. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Angelino Maffeo suo, S. D.

QVanto tu erga me liberalior & humanior, tanto me abs te maiori affici iniuria puto: uidelicet quod inhumanior habeor, cum tecum confero. Accepisti me Romae superiori aestate domi tuae, mihique perbenigne libros ac

liter,

[illegible], aliisq; [illegible], quibus tu abundas, ipse deficior, [illegible]. Nec tibi ego tamen pusillum, fictumq; regnum non tribuo. Quis me ferat omnes te docti colunt, hominem doctissimum, lectissimumq; fuerint: solum ego si non contempsi, certe neglexisse tamen visus, quasi contempserim. Quid ergo? culpam ne meam, in aliis occupationem? sed quae tantae potuerunt occupationes esse, ut eodem tantum, quem domi habebam [illegible] ne me dicam? Sed oblivisci nec potui, nec debui, qui tu tantopere a nobis homo summa dignatus, certe authoritatis et gratiae, tam bene de nobis meritus fuisses. Si [illegible] negligentiam dixero, erit haec ipsa negligentia mihi culpabilis. Quid igitur? Neque id quod verum est, [illegible] commodum et [illegible], et id tamen videre adhuc non potui. Denique sic cogitabam: Scire Angelum eo plus esse apud me fiduciae, quo sit maius officij. Nec amari potuisse [illegible], quam offensum debet. Ergo quo plus cessabimus, plus ille nos amabit. Nec vero ratiocinatio fefellit. Tantum enim abest, ut te offenderimus, ut honoris etiam nostri causa desudes protinus egregiis carminis, et paginis Herodianum me auctum, epistolamque composueris ornatissimam, nostris refertam laudibus. Ac ne quid abesset, etiam grammaticum [illegible], nec adhuc pervulgatum, quem commodari tantum volebam, dono dedisti. Sic ergo tecum consilium, si non sapiens fuit, at certe felix. Sed cur non et sapiens, cum bene [illegible], prorsusq; [illegible]? Quod Herodianum laudas, gratum; nec enim pluris apud me manent illa pontificis quam suffragium hoc tuum. Licet igitur hunc ego librum prius ex tempore latinum fecerim, tamen quoniam tu negligentiae subscribis, ego quoque iam posthac in illo sudabo, ut si nihil industriae defuerit. Exemplum enim quod misisti, libens custodiabo, tuam epistolam

seruabo

seruabo tam diligenter, ut ex occasione contra obtrectatores proferatur. In qua cũ sint omnia laudãda, nisi quod nõnihil me laudat, quẽ tamẽ dũ praue laudi nõ inuenio. Fortasse uero laus eius nulla prior, quàm quod animum & spiritum, citra lectoris operam, per se ipsa penè uidetur loqui. Vale.

IOANNES FRANCISCVS BENEdictus Angelo Politiano, S. D.

Miraberis fortasse eruditissime Politiane, quod ad te ignotus scripserim, & praesertim tanti nominis uirum. Verum si ad huius calcem perueneris, inuenies profecto, si ignotum, saltem tui amantissimum, & acerrimum tuarum laudum propagatorem ad te scripsisse. Si uero tuarum propagator is esse potest, qui nominum Venetis fautor est officio. Agens enim hic Venetiis secretarius Miscellanea tua, opus sane multiiugum, ac eruditum perlegere decreui. Arbitrabar enim, id quod ita te consilium fuisse conspexeram, ut non minus eorum doctissima lectione, quàm multiplici eruditione delectarer ita. Verum me Hercule superant (ut ille ait) praesentia famam. Inueni si quidem non scholasticum, ac tritam in eis doctrinam, sed quales Marci Catonis, illius ut antiquissimi fuisse memorant. Quo factum est, ut si prius tuus fuerim amicus, nunc deditissimus sim, publiceq; praedicabam te Politianum nostra aetate eruditissimum esse. Et ne fortassis me haec ad adulationem dixisse putes, Bernardus Ricius Florentinus secretarius, uir literatissimus, huiusce rei erit testis. Essent & alii, & praecipue Georgius Merula, si nunc adhuc uiueret; cum quo tui causa pugnando, res eo ferè ad Triarios deuenerat, qui te ferè, ut Celsiani praecepti immemorem appellabat, insultabatq; acrius (prout mos est ingenuus) amplis-

Georgius Merula.

simam

ssimum subtilitatem literarum sumam de tempore, ac statim post compositam in se inuectiuam ostendit, qua conatur te manifesti furti deprehendere. Ego autem virum admonere non cessi etiam, hortans, & etiam rogans, ut ab huiusmodi maledicendi desisteret instituto. Affirmabam enim se non tantum Politianum veterem amicum, sed Picum etiam, quem tu literarum Phoenicem appellas, in se concitaturum, omnemque doctissimorum hominum academiam: qui cum bonarum literarum studiosi sint, Politiani partes acriter defendent. Verum irrita & vana nostra fuit omnis admonitio. Nam et transcriptam ut inuectiuam, quam primum in lucem dabit. Sed parturient montes, nascetur ridiculus mus. Fateor certe Georgium Merulam virum doctum esse, verum Politiano doctiorem esse nunquam negabo. Et ne cogitares me in eum hoc odio dixisse, scias [illegible] fuisse praeceptorem, cui (ut fatetur inquit) tanquam alteri debeo parenti. Verum amicus Plato, amicus Socrates, sed magis amica veritas. Et de his satis. Tuam in Aristotelis libros praelectionem, his proximis diebus audii, quam adeo admiratus sum, ut stupore quodam alter dici potuerim fieri Niobe. Proh Iupiter, sapit ne haec vulgatam aliorum hominum? sapit ne paedagogorum triuialem enarrationem? Quicquid in uniuersa dialectica [illegible] machina continetur, in quatuor, quinque schedas strictim a te repositum video. Faciant igitur alii [illegible], nam quemadmodum de Pico scribente dici posset, solum in literis esse phoenicem, sic quoque de te iam fatendum erit. Reliquum est, ut scias Ioannis Francisci operam [illegible] te habere. Tuque [illegible] sacrarum literarum academiarum [illegible] obsecro, ut non magis me, & rebus meis [illegible], quam propriis. Nec te pigeat Pico optimo viro, optimumque literarum principi me commendare. Vale.

Ange

ANGELVS POLITIANVS
Ioanni Francisco Bentiuolo, S. D.

NOn minus gratae mihi tuae literae, quam si tradas nouas. Idem quippe in amicis quod in pecunia, [illegible] multo par aestimes, quam habeantur. De Misericordia [illegible] credo equidem ita tibi uideri, ut scribis, fortasse aliter audiebas, cum in animis locum [illegible] subierit. Hoc & Mirandula fortasse usitauerit. Olim nos cum primis amabat, nunc (ut aii) accusationem quoque parturit, nō liuore credo, sed iudicio. Cuius quamquam [illegible] clamet, iam Lucina fer opem. Ac si opus fuerit, ego me quoque obstetricem accersam. Praelectionē uero, qua disciplinas omnes aut diuidebam, aut partiebar, admirari tam desines, cum te ad Ficinum contuleris, cuius uno in pectore sese disciplinae illae omnes, [illegible] multipliciter explicarunt. Nam quod utrosque amicos conciliem, causa non est, utpote iam nunc utrique charissimi, utraque fruimur. Non enim aliter amicos, quam in commune paramus. Vale.

IACOBVS ANTIQVARIVS
Marsilio Ficino, S. D.

LIbros quos graues, & copiosos de uita nuper dedisti, accepi. Primus eorum frons, & indiciū plurimum [illegible], ut capita decurrerem. Immorari in eorum lectione diutius non licuit, quoniam hi sunt redditi inter [illegible] ad usus, [illegible] in uenationis principio. Cras uero Ticini me esse oportet, in qua urbe (ut spero) [illegible] dies. Inde regrediens ad Ficinum, id est ad uitam [illegible], regressum me esse arbitror [illegible] studio [illegible] magistratus haec oblectant, qui uero a tanta [illegible]. Nec absurde puto [illegible] Athenas [illegible] uideo, ut

latinas

Latinae habeamus. Id fieri nemo negarit, autore Laurentio Medice, viro ex omni aevo tu comparabili, qui signum quoddam omnibus bonis artibus, & disciplinis, ad bene sperandum sustulisse videtur: sed plura aliquando de illo, nec pauca de libris tuis, quibus Plato plane fit noster. Interea nec gratias tibi ago, quando maximas debiturus sum. Nec magis contendo ut me ames, qui te parentis loco esse volo. Vale, & ornatos nostri seculi Pico & Politiano me commenda. Vale, Mediolani.

ANGELVS POLITIANVS
Iacobo Antiquario suo, S. D.

IN calce epistolae cuiusdam, quam tu ad Marsilium nostrum Ficinum scribis, mei, Picique mentionem facies, ornamenta nos huius seculi appellas. Gavisus fateor equidem sum, delectatus testimonio, propè etiam clarus laudatore Antiquario, praesertim apud Ficinum illum, nostri pene Platonis Aesculapium. Sed ut in me descendi, nihil omnino reperi, quod istis laudibus responderet. Converti ergo ad Picum, partemque illam totam laudationis huc transcripsi. Nam ut Solem unum mundus, ita unum habet haec aetas oculum, non duos. Vale.

MARSILIVS FICINVS AN-
gelo Politiano suo, S. D.

ACceperam calamum Angele, ut Homericam Musam tuam meritis cumularem laudibus, quoad possem extollerem. Repente autem sic interpellavit me Cupido, Quid agis Marsili? semper ne in laudibus Musae versaberis? Me lauda philosophe, si vis absque adulatione sufficienter laudare. Si Musam celebras Politiani, Angelum solum celebras: si Cupidinem, Angelum una atque Marsilium. Ego enim

communis nostrum amor suum, utrumque colere, ab utroque coli. Hoc Angele deus ille mihi. Sed ego illi inquam, nunc est Musa Politiana, numquid mihi iam me compulit? At tu pergere amor, me cogis amari quotidie. Ita bene doctas Politiani Musas amabam, ut tunc eas in posterum vehementius amare non posse. Sic hodie rursus amo, ut tunc me heri eas non satis amasse fatear, simul affirmem, non posse cras ardentius amare quam hodie. Cras istud quotidie similiter me deludit, semper adultus est meus amor, quasi crescat? semper et adolescens. Adolescat utcunque placet, modo non senescat. Sed quando Cupido, non Venus, amoris huius mater est, sed Calliope, bonae bene Musae sedulo, crescit assidue, crescat hoc fomento augetur, et perpetuus fit. Non est hoc animi in amore. Sic igitur Angele communem amorem nostrum, Musamque tuam colere amo et debeo, et volo. Tu Musam ipsam colere, amoris et gloriae matrem. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Marsilio Ficino, Philosopho
Platonico suo, S.

QVid obsecro indignatur amor ille semper in nostrae Musae laudibus te versari? quasi vero alius eum magis quam amor laudaverit, qui quoniam caecutit, ut Plato inquit, nunc, adeo nec fidem facit. Itaque iure nostro caeli ne postulare quale caeco licet; sed quoniam laudari iam se quoque vult, a quo tandem laudabitur? An a Musa? quando nec in Phaedro sine Musis laudatur. Sed Musis non creditur, utpote dicentibus falsa (si credis Hesiodo) similia tamen veris. Dicunt et vera quidem (sic enim est apud eundem) cum volunt; volunt opinor apud Minervam, cui noctua famulatur, quae vel in occulto cernit. Minervae porro tamen famulare tibi, sicuti

stiti Musarum nobis. Vere igitur apud nos amor noster laudabitur, dum ipse minus vere Musam laudauerit. Solet autem (quod idem tuus amor Plato affirmat) etiam Iouis permissu periurare amor. Vale.

MARSILIVS FICINVS
Angelo Politiano suo, S. D.

SI nunc Politiane diutius me literarum tuarum acumen et eloquentiam non mediocriter admirari, aliquis forte me nimis admirationi deditum existimabit. Quippe cum ignorantia rerum caeteris admirationem parere soleat, ego uero etiam quae mihi in Politiano iamdiu notissima sunt, uidear admirari. Sed re uera non antiquum nunc in te, sed nouum demiror. Adeo enim feliciter Politianus meus breuissimo quodam tempore adoleuit, ut eandem formam, alias mihi iam nonnihil apparet. Ergo qui mihi puer non parum, qui multum placuit adolescens, idem plurimum perplacet adultus. Merito crescente indies forma, creuit et gratia, atque id quidem ea etiam ratione placet satis, quia saepe uaticinatus sum futurum. Perge igitur sic obsecro, ut coepisti, te diutius ut semper me facias diuinatorem. Quod autem Marsilianus tantum tuis ubique efferre laudibus, nihil miror. Quis enim in propriis laudibus canendis non uehemens fit et non accenditur? Quis adeo gustu caret, ut non sibi sua mucidine placeat? Retulit nobis Franciscus, quid cum doctis omnibus, praesertim cum Hermolao Barbaro erga nos egeris. Quid post ea ut agam? ago equidem libenter, atque bellum. Belle certe ago, atque bene, quicquid cum Bernardo Bembo meo ago. Landinus et Caualcantes tui amore te semper felicibus odorant. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Marsilio Ficino suo, S. D.

Non tu noua deprehendis in me quotidie, quae laudes, sed noua potius fingis, quibus me laudes. Suggerit hanc tibi copiam nimius amor, apud quem (sicuti Propertius ait) Maxima de nihilo nascitur historia. Dum ameris uero tu pater me finxisti, qui finxisti dum amares, sane quotidie tibi nouum te praedico. Vale.

MARSILIVS FICINVS ANgelo Politiano suo, S. D.

ALamannus Donatus noster iampridem cor illud Politiani sui (nostri) uersando, uoluendo, aliter hic et modum nostris auribus insonat: Commenda precor per humanitatem, commenda obsecro per sacrum illum amorem in me tuum, qui quidem obsecratione nulla soluatur, commenda quam primum Alamannum tuum Politiano. Cum uero tam ardentis, tamque pertinacis petitionis, siue flagitationis potius ab eo causas diligenter exquiro, ille similiter uox sit ingeminat: Commenda Ficine modo, commenda quaeso etiam. Causam autem cur cupiat commendationem adhuc explicat nullam. Ego igitur causam eius, qui nullam petitioni suae causam afferet, sine causa similiter tibi commendo. Sed caue Politiane putes praesentem commendationem ob hoc ipsum, quod certa causa indigeat, esse leuissimam. Ego enim contra ob id potissimum tibi grauissimam uideri uolo. Nam praesertim apud philosophos in quolibet rerum genere illud habetur, quod in eo ipso genere causam nullam habet, quasi non ab alio ullo, sed a seipso dependeat. Quamobrem commendatio praesens, cuius nulla praeter ipsum amorem tibi adducitur causa, summa apud te commendationum omnium censeatur. Et si Alamannus ipse, sicuti plerumque solent, qui ad quaestus concitantur efferuntur, clamant solum, eademque

clamorē

clamor me saepius iam auribus nostris ingeminat: clamoris autem sui rationem illius lingua sub rapidissimo cordis affectu festinante plane explicare non potest. Ego tamen indiciis certis adductus, opinor eum insano quodam amore Musae alicuius formosissimae accensum ardere iam totum, atque ardentissime optare, saltem gratiam Politiani Musarum sacerdotis, amicitiamque inire: quo quidem conciliatore, amatam quandoque Musam facilius potiatur. Cupit te socium studiis pro viribus amat exigat, et pulchra pictura se prole parentem. Vale. Sed antequam epistolam obsignem, teste Angelo te praedico huic Alamanno, si quando huic officio meo, minus officiosus gratus ac videbitur (quod absit) et me sic prorsus exprobraturum: Hominum ingratissime dicam, etenim satis a me tibi factum quondam ostendebas, si te nobis tam Musarum sacerdoti, quam ipsis Musis, quod multo maius est, viderer commendasse? Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Marsilio Ficino suo, S. D.

Herculem me vocas in libro tuo de vita, quod monstra domem, puto illa videlicet monstra, quae veterum libros tamen obsident, in quibus ego purgandis diu multumque laboro. Magnifica laus, praesertim a philosopho illo, qui sit princeps in sua professione. Sed ego tanti nominis pondus sustinere non queo, nisi magis quam coelum, quod ipse olim Hercules sustinuit. Iolai potius appellato me, si speciosis nominibus delectaris: qui pene oppressus ab hydrae serpentibus, velut Herculis clementia sum praesidio cum face. Tu mihi indulgeas amori, quod et parvas mihi facere solet, modo non improbaveris stilo, non quod aptissimum, sed quod pulcherrimum. Vale.

Epistolarum libri sexti finis.

ANGELI POLITIANI EPI STOLARVM LIBER SEPTIMVS.

MACARIVS MVTIVS EQVES Angelo Politiano, S. D.

PEruenit ad me nuper auspicio quodam tuo, sed ductu Guarini Camertis Centuria tua, aureo splendore, multisq; locis apparata: qua nihil sane lenius, nihil felicius memoria nostra prodijt in lucem. Fraenabat enim Centuria non Latium, sed Etruscam nostram gentem, omnis infantiae, atq; inscitiae acerrimus expugnator. M. T. Cicero tam Laelio, Scaurisq; auditis, patrocinio tuo detersis maculis grauioris censurae Argyropyli, restitutoq; ordine literarum fuerant, & Philotheron, & Sciomachiam agnoscere laetabatur. Proxime Catullus reuinctis Cercopithecis, & Caprotinis longiore itinere Carpatinas crepidas resumpserat, ac subinde commodis, atq; Hioneis Arrij fluctibus videri afferebat. Hanc Oarion, atq; Harpocrates tam nota, licet a longo ignorantiae situ facie se querebantur. Horatius Chamaeleopardali, Lucretius equo Durateo, Martialis compare multo sebebatur, circum dulcissimi modulis poeticis concentibus respondebant. Geruidus Cui dax naulia praeferebat. Martiali gracula recantabat echo. Ornabant Claudiano tempora purpureae rosae, colore Veneris colorata. Delectauit mirifice me hoc spectaculum, in quo pulcherrimum plane erat aspicere, industria, atq; opera tua, omnes fere principes linguae latinae, aliquid ornamenti ad suam pristinam dignitatem recepisse. Prae caeteris vero Iuuenalis

nullis passu Domitij umbris parte mirabat, eandē Cotytto, & Carolinæ approbabat. Fastidiebat plerosq; in primis hi sic arrepens. Inde Laconicā petere uidebatur, quo sese agnito per se denique Pitysismate suo exercerent. Praeclara deinde conuersatio usa est, dum quisq; magis sibi debere contendit. Hinc Suetonius sibi tu augurium, Asconium, Terentium, ancorarium, Nasonem Soteriados amorē, Anglium Echillas, Priapi carmen, Tiballe nuncii carmē: Inde Quintilianus ceraunium, & crocodilitas, Propertius ornatum, cū sparto, & asilo, Valerius domum nobilē, Lilius consortios indices: Alij quoq; alia sibi accepta referebāt. Postremo sere tardius Iustinianus, qui pluribus cicatricibus deformis fuerat, clara fronte, rectoq; supercilio omnibus se passim exhibebat. Tibi cūctā parabat, te uindicem, ac assertorem imperatoriæ maiestatis ingenue fatebatur. Verum extrema cælarie subtristes quidā incedebant. Dolebat siquidem A. Gellius antiquus Varronis, quod ad exercēda ingenia ancillatū reliquerat. Et Ausonius legē pacto sphingis aenigmata, scirpos quos hactenus insolubiles habiti sunt, te omnibus explicuisse. Longe uero ab his Domitius, nubila fronte, ac demissis ad terrā oculis, praeterea cādidior & cōpiosior uidebatur, ubi pro crine doctrinæ fucatus, ac rursus quoq; pigmētis ornatus, cōspectu sibi apparuit. Pondissimus tunc mittebat cōfert a tua relictus historijs, quæ de se quis ac hominis natura esset, facile iudicabat. Tamq; Antegius, in quibus hesitauerat, quibus celeberrimi illæ Medicæ familiæ ædes malebat, ubi per Polygiosis cōmentis firmisse locū tuentur. Cūisstinc quæ corrupit, uenisse, uis suppositis olim Laurentio, ac Iuliano Medicibus, persuadere conatus est, deprehēsa a Politiano, ui ruscla atq; explosa persistiterit. Verum dum hæc, ad illa miratur spe-

stanteis, non potui sub primum aspectum singula colligere, quae mediam Centuriam vario decore pulcherrime aspergebant. Effinxeras siquidem Plautini Poppysmi ad Fulgentium: Leo quoq; Nemeus à Luna desiliens, & canis Herculeus, qui purpurarios siue labris tyro delectabat. Multaq; praeterea quae superatum ingenium operosam industriam, reconditam atq; multiplicem doctrinam, purum, cultum, elegans, perpetuumq; sibi constans dicendi genus apprime commendarent: & quae doctissimus quisq;, & sincerae ueritatis studiosus, qui uel ipsos antiquarū codices archetypos copiat sine controuersia, cum laude, ac fauore cumulabit. Equidem si citra inuidiam, & reprehensionem, uel infimum mihi in eo numero locum uindicem, non infimas tamen, aut uulgares tibi laudes debere sum uisus, nec officio deesse uolui. At ubi me collegi, Quid ego inquam quid lucis, aut splendoris à me accipiet, qui clarissimas quoq; Romanae linguae lucernas quotidie suscitat, & accendit? Abunde quidem & nitidus, & splendidus uideri debet, qui alios illustrat. Nō mediocri profecto quid sentiat aut alterius approbatione, ad consummatā laudem tuam possit accedere, cum oratores, poetae, atque historici, eorumq; interpretes, studium tuum, ac doctrinā singularem necessario testentur. Hoc Cicero, hoc Quintilianus, Catullus, Propertius, Plinius, Liuius, ac caeteri denique qui Centuriam implent uel inuiti prae se ferunt. Nemo sane leget illorum monumenta, qui ubi eos locos attigerit, quos tu aut correxeris, aut restitueris, aut fidelius fueris interpretatus, nomen tui possit obliuisci. Viuis igitur cum illis, & perpetuo uiues, ut par est, quorum scripta ab iniuria aulicis infestae, & ignauae posteritati uindicasti. Nā qui apud latinos aliquando docti sunt habiti, diu multū ma-

rant cognita, nisi ex istis illa temere transferunt, apprehendere sane nisi. Inde frequentes mendosi e clarissimis autoribus ma- stas conturnis, quos modo Politianus si polit, si abstergit, si emendat, & ad propriam reducit dignitatem, merito sane cum illis immortalitatem assequatur. Prodeat ergo alia Cen turia, & tota acie cū barbarie decernatur. Nam si una ver tit in fugā, tota classis, aut legio facile triumphabit. Mussi tabit, vel liberius nunc queretur. Haec mea sunt, ego prior in- ueni, inscripsi, haec abstulit, haec surripuit, sibi illa supposuit Politianus, vage & rapiat. Ego sane ut de me loquar, an- tequam Vetustas annumerarem, Harpocrationem Varrone & Ouidio satis notam esse, In aspirationem Arrij numquā du- bitaui. Octauā apud Propertium ex lectione Plinij iampri- dem emendaueram. Antiquas Varronis plurimas syllabas, & ne quae dicam omnia subeam, pleraq; alia noui & docui. Cur autem non scripsisti non edidi? Mea est culpa, tua est laus, tua est gloria, contendi tecum. Cur non ante? Commenti litera actam esse haec sane consentanea, putent occupantibus. Ve- rum illis tantum adscribitur, qui operam suam tam sua prius euulgarunt. Gaudeat alij umbra, vel intra limen se contineat, ibi signum semper expectent, ibi obstrepant, ibi contendant. Tu vero cum laude per stadium curras, tu coronatus incede dat, qui in certamen, aut negligens non borruisti, nec lau de cumulare alienas solere. Triumphe igitur per hac victoria, & praedam centuriam, in quo nec laboribus, nec periculis cessa sti. Confessione doctorum nomen tuo ad aeternitatē prae mia reponet. Tu quoq; felix Centuria quantum praestantissimo duci debes, qui ad amussim omni disciplina te instruxit. Alumnitrix, tanta est tibi congressio, nihil obstabat. Nā (ut uerbis Papinij te alloquar, quibus ille Thebaidem est affa-

tua) iam, sicut benignum sit auspicatum iter, coeptisq; nomine nostro strare fateris. Iam te magnanimus Augustus noster Caesar (Quo etenim Caesare Laurentius tuus unicum literarum praesidium habetur inferior?) nullo iam studio desit, honore atq; iuuentur. Nec tantum honoribus eorum expectanda, sed auro et ulteriori dotat, atq; sentient literarum studiosi iam merito imperadium. Haec ad te scripsi tumultuario stilo, ac incon-niore epistola. Excusabis itaque occupationes meas, quibus nimium distringor, et primam ingenij tarditatem, quam celeritas auxiliare non potuit. Malui tamen haec quaecunq; essent, ad te mittere, quam diutius a me officium desiderari. Omnia enim tibi debere sum uisus, ex quo te semel Venetijs sum allocutus. Cepisti enim me numeris aureis eloquentiae tuae bonis, et tenacissimis filis implicuisti, quibus nec uolui, nec potui unquam explicari. Vtinam mihi par esset ingenium laudibus tuis, uel saltem, quod olim fuit, ut cogitationi meae satisfacerent: sic fuit ingenium Macario. Nunc autem reliquiae sunt sensusque apoplexiae, quae me non multo postquam a me discessisti, cum publice Horatium profiterer, repente corripuit. Non est passus, inuenit nec hoc fidem (ut praeteream biennium, quo amonitus sinistra quoq; corporis parte pene syderatus per omnem difficultatem uitam traxi) me aliquando uel nullas literas tenuisse. Cognoscebam libros, literas ignorabam, qua parte nihil senior, nihil crudelius expertus sum. Tandem ad me redij, ac paulatim diuino auxilio, industria medicorum, et benignitate patriae consilio liberatus sum. Nondum tamen Macarium agnosco, reliquias adeo cantum, quas uarie doctis, et tibi in primis dedicaui. Neq; quod morbus ille teterrimus reliquit, aliud tui Angeli Politiano eo eripuit. Vale. Camerini.

Angelus

ANGELVS POLITIANVS MACA-
rio Mutio equiti Camerti, S. D.

ACcepi superioribus diebus elegantē abs te epistolā, doctā, expolitam, gravē, summo etiā artificio cōstructā, summoq; ingenio, quae Centuriā nostrā, velut in Circensi pōpa variorū quadā ornatu, variisq; insignibus ostendebat. Ea vero mihi nō magis ornatē sanandū, quàm poterā dic- tatē valeris exhibuisse, quae sic excellenter pulcherrimeq;, atq; admirabiliter ut spōnt nō modo animo cōcperit, sed & ocu- lis repraesentaveris. Video imagines in tuis verbis, & spe- ctem. Vegetae sunt, alacresq;, nō otiosae, nō lentae, nō asper- ter, hilaria scilicet ipsa mediocritate expressisti. Sic ubique personarum occurrit varietas. Nec tā profectio apud me, quàm apud te culta Miscellanea mea sunt, ac plus ferme se id tibi, quàm autori, parentiq; debet. Agnosco Macariam prorsus illā, qua nostrā Venetijs olim cū profecti, quoddā pene facūdiae suae torrente me rapuit, agnosco, nec ei quicquā morbus ille pestifer detraxerat, quod nō etiam magno cū foenore bona valetudo restituerit. O si mihi cōcederes usuram paulisper eloquētiae tuae, quàm peramus in tuis epistolae me laudes ipse marē. Quae mihi pro clypeo, & muro cōtra livoris impeta- tui, imò quae nō epistola mihi, sed quaedā propè immortalita- tas. At enim quoniā id rerū natura non patitur, ut cōstet am- ierit, donec eam, si cogere tam per omniū aures, videlicet ut enim laudetur semper ab omnibus, nec tamē unquā pote- rit laudari satis. Vale. Varinus civis tuus, auditor meus, ad summū linguae utriusq; fastigiū, pleno gradu contendit, sic ut inter doctos iam cōspicuus digito monstretur.

TYDEVS ACCIARINVS
Angelo Politiano, S. D.

Inciderūt

IN eclogam in manus nostras uelut cumulata tandem quaedam interpretationes tuae in Persij Satyras, quibus aut tenebras à Donato explicat, aut explicata ab eo meliora reddis, Angele uir eruditissime. Haec ego diligentissime perspexi, non potui non uehementer probare, summumq; consilium et ingenium tuum suspicere, et doctrinam singularem tuam miris laudibus persequi. Tametsi sua luce clarissimam uiri aliena ignauidi animus indigeant. Igitur et si nondum de te benemeritus, nulla pro meritis in te officia mea, prodiuri tamen humanitate tua, qua caeteris omnibus te praestare uideo, et constanti omnium uoce audio, rogo, atque obsecro, et obtestor, ut tuis mihi literis significes an aliud, sed in eandem sententiam, uel in alios Latinos autores edideris, quod à caeteris discrepet interpretibus. Ariolari enim licet multa et praeclara, et cognitione digna abs te acris ingenij uiro collecta. Quibus si me impertire uolueris, non paruum me tibi debere profitebor. Nec sunt uel sciam tibi non deesse librarios, pecuniam ego ad te per codicibus numerabo. Age igitur, et amicitiae nostrae auspicium uoluntate te cohortor, ut apud me amicis incentiua autoritas nominis tua. Tu uero si quid à me exigis, impera, polliceor impetraturum. Sum ego ex agro Piceno oriundus. Sed satis uolentibus, et uiuacite fortuna in Brutijs Consentiae profiteor. Et qui hactenus principem familiaritate summa fui, nunc syderibus aduersis tibus ludum aperui. Bene uale, et me ama, cum te amem, et obseruem. Consentiae, xiij. Nonas Ianuar.

ANGELVS POLITIANVS
Tydeo Acciarino, S. D.

NOn tam auersos equos nostra sol iungit ab urbe, ut hic quoque tui nominis fama non penetret. Ille te uni

dicat

dicat à fortunæ iniuria, nec patitur Constantiæ debitum ferre.
Quæ tamen in calamitate si laudem aperuisset, scribentes adhuc
Iamblic, Siculus continet profecto, non etiam Constantius ille
sortitus fuisset. De interpretationibus nostris, quas ais in Papi-
nij sylvas casu quodam peruenisse ad te, sic habeto, neq; di-
ctatas passe à nobis, neq; compositas. Studiosus forsitan eas
aliquis, etiam ante uel qualicunque oratiunculas cursim calamo
subscriptas excepit. Nec autem quicquam habemus quod
in hoc genere tibi nunc mittamus. Spargere enim talia sole-
mus in populum, nec inde nobis quicquam retinemus. Tibi
tamen habemus gratiam, vel quod nostra scripta tanti facias,
vel quod eruditum tam diligenter expectas aliquos hoc ipso
nomine, qui iam non in ueteribus modo nostris, sed & in
magnis amicis numeremus. Vale.

BACCIVS VGOLINVS
Roberto Saluiato, S. D.

MErito te Roberte docti diligunt, quos miro quodam
ardore coluisti semper, & studiosi omnes amant:
quos non modo opera, sed & impensa iuuas, ut commodius
proficiant. Ego vero & si nec doctis, nec studiosis quidem
annumerandus, plurimum tamen tibi debere me fateor, quod
per te nobis, ut et omnibus copia facta sit diuini admodum
operis, editi nuper à Pico Mirandula, viro sane præ omni-
bus qui sint, quiq; fuerint, admirando: quem recte non iam
Picum, sed saluatorem Phœnicem, in sacra Medicum lauro
nidificantem Politianus noster, alias amicus noster, uocauit.
Illum ita librum de septiformi sex dierum Geneseos enar-
ratione, uere philosophiæ, & Christianæ religionis argu-
mentum, magno Laurentio Medici, patrono suo dicatum,
cum diligentissime imprimendum, tum ad loca diuersa ac
distantia

distantia transmittendum, & plurimis eius lectionis percupidis aut gratis habendum curasti. Quod mire & mihi contigit, per Valerium Calderinum tuum, hominem multi ioci, multaq; suauitate aspersum, & saltem, optauo hoc munere potiri. Hoc tuum in uiros claros studium, hanc in omnes bonarum artium amatores officiosam liberalitatem, qui non laudet, & gratiore affectu prosequatur, is ab omni humanitate discors, & a literatorum consuetudine alienus procul dubio est habendus. Non enim publicae utilitati consuli a te amantius, restius, celerius ne potest. Quare hoc argumentum tibi esse exploratum uolo, haud temere me crede sumpsisse te huiusmodi prouinciam, cum inde & bonorum gratiam, & nõ mediocrẽ gloriam sis consecutus. Vale. Neapoli.

ANGELVS POLITIANVS
Baccio Vgolino, S. D.

LEgi epistolam mihi nuper tuam Robertus noster Salutatus, in qua cum gratias ageres, quod eruditissimo te libro Pici nostri Mirandulae donassem, mentionẽ quoq; obiter nostri facis. Nec autem me dubitas, ut amori nimium indulgens, appellare alterum nostrae aetatis miraculum. Negare non possum Bacci, quin tua mihi grata uoluntas omnino fuerit, gratus animus, minimeq; uerum addere possem, gratum testimonium. Sed nimis magna ista laus, nec nostrae me discretionis est, qua non efferor, sed obruor. Quis enim uel illud saltem patiatur, me cum Pico Mirandula cõferri, qui tam multis unus bonis abundat, ut unus omnium laudes exhauriat? Quare te rogo, ne me illum posthac, sed meo modulo metiaris: contentus in me uulgatis istis laudatiunculis, quae secundae notae hominibus competunt. Sed heus tu, ...

bella

bellae professio tua mihi illa epistola est visa. Nec enim puto laudatio imposuit, quam non agnoscat. Latine scribis (ita me deus amet) et elegánter: nec quasi aduenticius in hoc studio, sed quasi indigena sis. Vale.

ALDVS MANVTIVS RO-
manus Angelo Politiano, S. D.

ANnum abhinc tertium, quo Veneti Ferrarienses oppugnabant, me ad deu (ut aiunt) nedum hominũ bellum fugientem, ex urbe Ferraria Mirandulam contuli ad Ioannem Picum, principem aetatis nostrae doctissimũ, quod et amaret literatos viros, et faveret ingeniis. Ibi Emanuel Adramyttenus, familiarissimus meus, tuam mihi graecam, quam ad se dederas ostendit epistolam, ornate quidem et docte, atque copiose scriptam: quae non à Romano viro, sed à vero Attico, qui Athenis semper fuisset, edita videbatur. Quamobrem coepi mi Angele, amare te vehementer, doctrinam tuam, atque ingenium non mediocriter admirari. Deinde Emanuel suo cum principe Ticinum profectus est, ubi paucis ante mensibus, quam ad te scriberem, excessit è vita. Cuius interitu ita quidem moereo, ut multis annis gravius nihil et molestius tulerim. Erat enim bonus et moribus apprime ornatus, et graecis literis sane quam doctus, meiq; amantissimus. Non possum igitur non moerere, tali amico orbatus, quanquam meo magis ipsius incommodo, quam illius. Nam illi ad superos facillimum fuisse cursum, quoniam et bene, et beate semper vixit, nõ sum nescius. Quapropter mali si quod accidit, meũ est. Abit inquam ille Ticinũ, ego vero Mirandula Carpum petii: quo cum aliquot post mensibus venisset et Picus

& Picus noster, & Bassianus mihi ostendit tuam, quae tibi Angelo mirifice auxit amorem erga te meum. Ibi enim per se iam facile potest, quantum abundes ingenio, quanti homo sis studij, quanta tibi bonarum literarum sit copia. Nec vereor nisi me adulari dicas, ἐξ ὀνύχων γινώσκεις. Scis enim quam ipse scripseris me esse imperitum plura. Tamen autem & quae de te mihi dixit is ipse Picus, & dicit qualis et tui studiosus sermonem: tantus et enim dignum praeconem laudis tuarum & quae retulit mihi Alexander Sartius Bononiensis, homo verax, ac integer vitae, scelerisque purus, nec non quantum ex ipsius sermone colligere potui, tui studiosissimus. Quod plura? Hisce tuis impulsus laudibus, nō potui ad te non aliquid literarum dare, ut scires te certiorē me ita esse tuum, ut posses omnia de me tibi confidentissime polliceri. Incredibilis enim erga doctissimum quemque meus est amor qui me etiam coēgit, ut ad te scriberē, peteremque, ut me pro tua erga studiosos viros humanitate, inter tuos mi Angele connumerares: quod ut facias, te quantum possum rogare, rogo. Quod profecto feceris, si me interdum literis tuis impertiveris, nec his quotiens assueverint, nō secus insereris, ac omnia ex deme scit tibi. Sic enim tua virtus postulat, sic meque, ut sum tuus, quod ad vivam. Vale. Carpi. V. Calend. Novembr.

Ex unguibus cognoscis.

ANGELVS POLITIANVS
Aldo Manutio Romano suo, S. D.

Redditae mihi fuerunt literae tuae, quae perspicue declarant, non modo quam sis homo doctus, sed etiam quam etiam studiosus. Est enim scribendi genus illud tuum minime triviale, castum quadratum, subausterumque, tum exercitationem multam, stilumque, denique frugem bonae lectionis aevum. Tam epistolam sic laudas nostram, graece scriptam,

quip pe

quippe ad graecum hominem, magis rationem commendationis habuisse in consilio, quam iudicium. Sed tamen utcunque sit, equidem tibi vel ob id placuisse eam letor, quod quanto ego tibi sum doctior, tanto minus fecisse pœnitebit amicitiam te nostrã tam cupide, tam vehementer expetisse. Facit autem, ut in ea mihi epistola plurimũ, nonnihil Emanuel ipse Adramyttenus, qui respondens ita prorsus ultra modum laudavit, ut omnibus vel suis graecis, quicunque aliquid aut scribunt scripserunt, hominem citra mare natum, non dubitaverit anteferre. Iurare illum solitum quoque Picus meus literis significat, dum legeret hanc epistolam, ne ipsas quidem tam esse Athenas Atticas. Quare placeret profecto mihi graeci hominis testimonio, nisi Cretensis fuisset Emanuel. Etenim hoc genus ut mendaces notavit Epimenides: qui tamen et ipse Cretensis, ut mentiri non minus potuerit: ideoque non mendacem alii. Sic ergo verus Epimenides, atque invicem sint illi mendaces. Vides hunc dialecticorum τὸν ψευδόμενον. Mihi tamen extra iocum verior esse omnino Cretensis libet. Iam quoniã de epistola me amo, ne falsam quidem reijciam, quod ob erudito Rustici nomine non strictam etiam prorsus, animo autẽ sectus inexplicabile, si laudatori suo Poëta non crederet. Sed cupio praesenti te praesentem fieri aliquando, si quidem absens ita delectas. Accipio vero iam nunc inter amicos, et quidẽ primi ordinis. Nec enim explorandus alter a quo Picus noster praeceperit. Ille inquam Picus, cuius tamquam nec cessavit ingenium, nec erravit iudiciũ. Alexandro Sartio cottidie plus debeo, tibique esse cum familiaritatem summopere gaudeo. Vir est profecto syncerus, candidus, amoenus, idem, doctus, acer, ingeniosus, experiens. Hunc adhuc vero nomine plurima salute impertias, quando me assidue laudat, estque non inter po-

Fallacia.

ſtrenuos Pici noſtri ſimulacri. Vale.

MATTHAEVS VERONENSIS CANONICVS regularis, Roberto Saluiato, S. D.

VT caeteros ſoles qui gratia tua digni uidentur, ita me quoque, cum ſcribis amore, tum meritis et proſequeris. Quam & quae mea legiſti, probaſti nō modo tibi, acceptaq; fuere, uerum etiā illa ſpectaſti cum laude, & longe ſplendidiore, quam ea ipſa praedicari mererentur. Tum mihi ſaepe & multa illud ſuaſiſti, ut noſtra ſaluberrima quaedam in lucem proferremus, quod & Ioannes Mirandula, & dulcis Politianus noſter ſuaſere, quae tam diu erant abſtruſa ſcriniis, atq; quam ſalgorem ſcrinii noſtri, alterum optimum uirum etiam Laurentium magno, grauiq; magiſtro inſignem & lux eſt omnis Hetruriae, legerent ſaepe ſunt, & innocent partes nobiliora ſupra ſcriptorum in lucem edita ſunt: de quibus unum tranſmittimus tibi, ut noſtrum ab ipſo te munus habeas: Quod quoties leges (ſi non id antea feciſti) ſpectabis tu omniū rerum amara dulcedine, mens falſaq; laetitia, ſollicitudine duco, atque firmiſſimo animo quaeras: & certam illam, directamq; callem tu Roberte ſequare, qui te ducat ubi omnia ſunt bona, & ſimpliciter ac ſine ſpolis. Quoniam uero nullis commentariis aduerſis, quod diu uexatus ex ea ſunt ab arte parui, & nudus profiſciſcitur ad te libellus, illum tu Roberte, & ornare cultu, & munire tegumento curabis, qui es liberalis & diues. Vale.

ANGELVS POLITIANVS MATTHAEO Boſſo Veronenſi canonico regulari, S. D.

HOnorificam mentionē, quam tu feciſti de nobis in literis ad Robertum, magis tibi tuum amorem iudicem, quam meae ipſius laudes. Sed illud ex arte, quod falſo me laudauerim,

runt, à uero Pici laudibus incoepisti, uideberis, ut per illum de me illa credantur. Fortasse aliam me illum credas etiam, quale praedicas, propterea quod sic amor à Pico: sed nō obsisti me Pico, ob amorem potius amat, ob amorem neque non canat. Hoc est enim cur amat tantum [illegible] hanc amo-, quod amas [illegible]. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Ioanni Baptistae Molae, S. D.

Accumulas gratiam, quod ubique me laudas, sed uereor ne laudes ipse quibus me afficis, fidem perdas, et pro iis tibi gratias agere, quasi debeam, quaesiui: nam laudes non sunt. Nam pro uero, hoc est pro suis laudibus, nemo cuiquam debet. Quis enim pro sua debeat? At ego tibi me debere tamen dicerem, nisi nil ò nimis magnum fecisses in hac materia, quòd es amicus. Ob idem tibi non creditur, cum me laudas. Sed oro uicissim te quoque fortiter laudes. Nam si non laudaret ego merito poteris, haberis tu tamen ingeniosus: si merito, bonus. Ut autem rectius agerem, quibus nihil datur: in rebus quod curas, quam quae suis laudibus abundat laudatur. Mihi certe nō minus tuae gratae sunt laudes, hoc est aliae quam si meae laudes forent. Non enim animi prosunt. Ut ergo non minus aliquando bene pascimur alieno sumptu, quam nostro: sic non minus aliquando decoramur alienis ornatus laudibus, quam nostris. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Hieronymo Donato, S. D.

ANtonius Zenus homo cum caeteris in rebus, tum maxime in amicitia diligentissimus, multa mihi saepe de ingenio, de literis, de moribus etiam tuis, praecipue autem

de humanitate narrat, & ut ad te scriberem, vehementer hortatus est. Ego vero libenter obsequor candidissimo viro, suavissimo amico. Tibique nunc has litteras ob id scribo, quo certiorem te faciam, me quanquam adhuc os tuum non vidi, tamen esse studiosissimum. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Eidem, S. D.

MVlto aequius fuerat denegare statim, quod tam vehementer rogaveram, quam postea non perficere, quod tam liberaliter ac gratis promiseras. Non enim tunc fuisset iniuria, quia nondum debebas: at nunc est, quia iam debes. Debes, quia promisisti. Non enim credo adhuc te quoque esse ex illo hominum genere, quos promissa non alligant. Credideram idem nunc ut fiat, deinde tibi est in mora: tantum rogo, si beneficium tribuere mihi non vis, desinas tamen esse iniurius. Desines autem, si sperare diutius frustra vetueris. Denique debebo tibi multum, si quod opto praestiteris: minus autem multum, si non praestiteris. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Antonio Zeno suo, S. D.

AMorem fugitivum, quem puer adhuc e graeco in latinum converti, non sententiis modo, sed numeris etiam servatis, ac lineamentis pene omnibus, cupienti, flagitantique diu tibi mitto tandem. Causa vero cur tam sero miserim fuit, quod aliquandiu mecum deliberavi prius, an mitterem. Multa enim longo post intervallo retractanti displicuerunt, quae tunc fortasse, cum scribebam, visa sunt optima. Corrigere nimis durum, quod iam diu iam [illegible]. Mitto elegiam quoque de violis, alteram meae aetatis lusum. Nam & eam te nimis cupere significasti. Mihi certe nihil

esse

esse. Hic si videtur quod probes, praeter indolem fortasse. Rogaueras vero, ut eas magis illos ostenderem, nisi me scire puer sus frustra rogaueras. Non enim ob aliud puto nostra requiris, nisi ut quae [illegible] ostendas: quoniam (qui tuus est erga nos amor) placitura sentis, quia nostra sunt, omnino confido. Epigramma tale non mitto, quod ea simul cum graecis publicare statim cogito. Vale.

Amor fugitiuus è graeco Moschi.

Cum Venus intento natum clamore vocaret,
Si quis, ait, triuiis errantem vidit Amorem,
Hic fugitiuus, ait, meus est, pretium feret index
Basiolum Veneris: quod si ad me duxeris illum,
Non nudum dabo basiolum, plus hospes habebis.
Insignis puer est, et omnia percipe signa.
Non is candidulus, verum ignem imitatur, ocelli
Acres, flammeoli, mala mens, suauissima verba.
Quod loquitur, non sentit idem, vox mellea, sed cum
Ira inflammatur, tum mens est aspera, fallax,
Praedator, mendax, ludit crudelia puellus,
Crispulus est illi vertex, faciesque proterua.
Exiguaeque manus, procul attamen spicula torquet,
Torquet in umbriferumque Acherōta et reges silentum.
Membra quidem nudo, mentem velatur, alisque
More quasi pinnas, et nunc hos, nunc petit illos,
Saepe viri pressans praecordia, saepe puellae.
Arcum habet exiguum, sed et arcu imposita sagitta est.
Parua sagitta quidem, sed caelum fertur adusque.
Parua pharetra illi dependet, et aurea tergo.
Sunt et amari intus calami, quibus ille proteruus
Me quoque saepe ferit matrem, sunt omnia saeua.

Omnia, scis ipsum, multo quoque si ferrum emigit.
Parvula sunt illi, solum nuncupavit et ipsum
Vendere si prendas, atque minus sit aut perdidit.
Si flammam aspicias, mox ac scillamque caduco.
Sin arma desint, magis arma dabo: basia si sint
Ferre solet, fuge tu, sunt namque basia, in ipsa
Multa merentur labra, si sint tua digna: habet ut
Accipe, nempe tibi cuncta haec mea largior arma;
Ne contingat eas, fallacis munera amoris.
Omnia quippe igni sunt subiecta illius arma.

Elegia de uiolis.

Formosae o uiolae Veneris munuscula nostrae,
Dulce quibus tanti pignus amoris inest,
Quae uos, quae genuit tellus? quo nectare odoras
Sparserunt Zephyri mollis et aura comas?
Vos ne in Acidaliis aluit Venus aurea campis?
Vos ne sub Idalio pauit amor nemore?
His ego crediderim citharas ornare corollis,
Permessi in roseo margine Pieridas.
Hoc flore ambrosios incingitur hora capillos,
Hoc tegit indociles gratia blanda sinus.
Haec aurora suae nectit redimicula fronti,
Cum roseum uerno pandit ab axe diem.
Talibus Hesperidum rutilant uiolaria gemmis,
Floribus his pictum possidet aura nemus.
His distincta Cypri halant per gramina mirra,
Hos fetus uerno Chloridos herba parit.
Felices nimium uiolae, quas carpsit ut illa
Dextera, quae miseram me mihi surripuit.
Quas roseis digitis formoso admouit ori

Illis, unde et me spicula tinguit amor.
Inficiat et nobis hoc illinc gratia venit.
Tantus honos dominæ spirat ab ore meæ.
Aspice lacteolo blanditur ut illa colore,
Aspice purpureis ut rubet hæc foliis.
Hic color est dominæ, roseo cum dulce pudore
Pingit lacteolas purpura grata genas.
Quam dulcem labris, quam late spirat odorem,
En violis in vobis ille remansit odor.
O fortunatæ violæ, mea uita, meumq;
Delicium, ó animi portus, et aura mei.
A vobis saltem violis grata oscula carpam,
Vos avida tangam terq; quaterq; manu.
Vos lachrymis satiabo meis, quæ mœsta per ora,
Perq; sinum, assiduis fluminis instar, eunt.
Combibite has lachrymas, quæ lenta pabula flammæ
Semper amor nostris exprimit ex oculis.
Vivite perpetuum violæ, nec solibus æstus,
Nec vos hibernum frigore carpat hyems.
Vivite perpetuum miseri solamen amoris,
O violæ, ó nostro grata quies animo.
Vos eritis mecum semper, vos semper amabo,
Torquebor pulchra dum miser à domina;
Dumq; in perpetua carpent mea pectora flammæ,
Dum mihi non deerunt lachrymæ et gemitus.

ANGELVS POLITIANVS
Paulo Comparino suo, S. D.

Rogasti me superioribus diebus, ut quoniam fabulam Plauti Menæchmos acturi essent auditores tui, prologum saltem ex genere illo versiculorum qui sunt comœdiæ

fumi kener; simul ut obiter notarem quosdam nostrae aetatis, non quidem Plautos, sed tantum pistores, qui compendium absque versibus, nullo nec artificio, nec elegantia doctum, & ut asse premunt, sicut, tenebris ipsimet (in quo unum eos laudo) perpetuis dormiunt. Quae tamen ab imperitis aliquando non improbentur, quoniam scommata saepe ipsi quaedam commiscent antiquorum quae tamen ipsa quoque dum male collocant, inficiunt. Postremo ut & stylum Plauti laudarem, totumque hoc agendi genus ab indoctis quibusdam, sed molestis praedicatoribus defenderem, qui moribus officere dictitant, quicquid usquam sit elegans, aut eruditum, contraque studium propositumque hoc nostrum plebeculam concitent. Gessi tibi morem, nec minus libenter, quam celeriter candido amico, deinde nobis benemerito, quanquam (ut scis) otij non satis habebam, Romam tunc maxime profecturus, itinerique iam paratus, atque accinctus. Et cum quidem prologum, qualisqualis est, mitto ad te, cum gratia (si nihil aliud) ordiremus. Vale.

Prologus in Plauti *Menechmos*.

Favete bene, tacete, facite vos ego ut loquar.
Nam nostra conducta est haec lingua, vestri oculi.
Vos spectare decet, nos loqui, & fabulam agere.
Adeoque capite ipsi hanc cervicem scenicam,
Atque exporgite laudes, nunc vos sessum ibimus,
Spectabimusque nos mutui, aut ridebimus.
Aut si alibi frigebit, dormitabimus.
Comoediam Menechmos adhibituri sumus,
Lepidam & iocosam, & elegantem, ut nil supra;
Sed mendosam alicubi tamen, culpa temporum
Irrepunt in ea nonnulla, ne nobis quidem

Satis

Satis interdicta, sed hæc erant pauca admodum.
Quæ si minus placebunt, auribus expuite,
Aut devorate, cras ferentis compotia.
   Romanus est hic sermo, Romani sales,
Nihil incrustatum est, aut ineptum, aut græcissat:
Quale solent nugari molliores ceteri,
Quorum nec ullis versibus Comœdiæ,
Nec argumento constant perplexabili,
Nec quicquam habent Comœdiæ, præter titulos.
Non ipse locum congruum, nec adsit fides
Rebus agendis, ac tot personis indoles,
Tamenq; si quid fortuitum est, id eis placet,
Quippe alienis insidiantur laboribus.
   Facimus profecto maiore opere spectacula tunc
Longe adolescentes isti, siquidem insuerint
Puro sermone Romanæ urbis vernaculo,
Quam si magistris freti tractabunt
Linguas tenellas polliant sic diligere,
Siquidem ita traditum est a laudatis viris,
Latine vellent etiam si Musæ loqui,
Nullis usuras, nisi Plautinis vocibus.
   Quod si qui clament nos facere histrionicam,
Atq; id reprehendant, minime diffitebimur,
Dum nos sciant disciplinam antiquam sequi.
Etenim formandos Comœdo veteres dabant
Pueros ingenuos, actionem ut discerent.
   Sed qui nos damnant, histriones sunt merum,
Nam Carios saltant, viuunt bacchanalia,
Hi sunt præcipue quidam clamosi, leves,
Cinædi, loripedes, cincti fimbriis,

Superciliosum, incurvicervicum pecus,
Qui quod ab aliis habitu et cultu dissentiunt,
Tristesque vultu vendunt sanctimonias,
Censuram sibi quandam, et tyrannidem occupant,
Pavidamque plebem territant minaciis.
Sed iam valete spectatores, et gregi
Favete nostro, vobis quod vertat bene.

ANGELVS POLITIANVS
Caesari Carmento suo, S. D.

C*Ontemni te putas, quod non rescribo. Contemnerem, si rescriberem. Quod enim contemno, respondere soleo vel occupatus, tibi nec otiosus.* Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Iacobo Modesto suo, S. D.

D*Oles quod non rescribam, dolere desine, iam rescribo.* Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Eidem, S. D.

N*On praestas quae pollicitus. Conqueror si oblitus, magis etiam si non oblitus. Oblitum fuisse, vix amici est: non praestare cum recorderis, prorsus inimici.* Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Pico Mirandulae, S. D.

Q*Uae tu illam corrigere, ea laudas. Hoc vero facile facis, quod semper facis.* Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Amico, S. D.

I*Rasceris quod iste me Simius carpit. Non ideo me carpit, ut carpat: sed ut sibi nomen quaerat bonos maledicendo*
apud

apud quosdam, qui maledicere gaudent assentatoribus, plus quam detractoribus. Vale.

ANGELVS POLITIANVS

Avaro, S. D.

Si te ob divitias amare coepissem, desissem tibi nunc esse amicus, cum te destitutum esse video. Verum si nunc desissem, ne tum quidem cum fuisti dives, fuissem tibi amicus. Sed ita fateor: quod esse qui potuisse, ut esse liber non possit. Vale.

ANGELVS POLITIANVS

Amicis, S. D.

Multi scribunt epistolas posteris. Multis ego scribo, sed amicis. Ceterum amica meditari, quam amice dici go; quae tamen erit ut multa, quando eadem legeris. Valete.

ANGELVS POLITIANVS

Invido.

Invides omnibus omnia, praeter invidiam. Sed et hanc invides tuo compari, qui magis invidus etiam, quam tu. Sic invidiam illi non invides, quam tu illi tamen invides, [illegible] nunc ille invidiae tuae. Qui si nunc dicam, ne maiorem vos faciam, quam nunc est. Nam si nomen vestrum proferrem, iterum quoque vestri nobis invideretis, nec [illegible] utrique modo, sed et utrique sibi.

ANGELVS POLITIANVS

Maledico.

Maledicenti non remaledico, ne maledicere mihi tu desinas, hoc est me laudare ne desinas. Quis enim laudatio melior, quam cum maledicitur a malo viro? Te vero appellare malum ne vitare, tantum a maledicto abest, ut nihil dici possit verius.

Angelus

ANGELVS POLITIANVS
Laurentio Medici, S. D.

CYcno poëta similis, uterque candidus, atque cano-rus, uterque studiosus, canens, atque Phoebo gratus. Sed negatur canere cygnus, nisi cum Zephyrus spirat. Quid igitur mirum, si tuus tandiu tacet poëta, cum tan-diu non spiret nobis Zephyrus? Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Pico Mirandulae, S. D.

VIncebar diu te prius doctrina, uincebar ingenio, sed amore tamen uincebam, atque adeo uinco, quoniam te diligo: quin ob hoc ipsum diligo, quod tu uincis. At nunc & humanitate me uincis. Hoc equidem ferre nequeo, quia nimis turpe, sed iam fero. Nihil enim turpe mihi, quod ho-nestum tibi. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
amico, S. D.

DOles quod amicus in disputatione te uicerim: dolere non debes. Nam si sunt amicorum communia omnia, non magis quàm tu uictor ego: nec minus quàm tu uictus. Sed hoc tu fortasse doles, quod hac amicorum lege, nec ego plane sum uictor, qui te uici. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Amico, S. D.

REprehendebam tacitus, quod te diutius oblectares in agro, cum mihi redditus abs te calathus floribus ple-nus, & quidem roscidis adhuc madidis, ac suaue olen-tibus. Inuidere (fateor) tibi agrum uolebam, qui flores tam pulchros educaret. Sed ut epistolam tuam deinde legi, flori-bus eius multo pulchrioribus cumulatam, quàm calathus fuerat

fuerit, inciderit potius aegro corpi, qui de nūdinis mihi videtur epistolae sternuisse. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Amico, S. D.

DOleo vehementer, laetus sum vehementer, quod aegrotasti, quod et cōvaluisti. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Cuidam, S. D.

Mitto aliud, nō ut gratū facias mihi, quāquā tibi gratum: sed ut ipsi tibi, hoc est ne marcescant. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Puccio Florentino iurisconsulto, et ad
summum Pontificem legato, S. D.

NOn existimas de te sollicitum esse, quamdiu Romae fueris, ubi pestilentia laboratur. Etenim te periclitante, maior ac melior pars animae meae periclitatur. Quanquam vero tales, quibus fungeris istic honestissima patriaeque magnae functiones tuae reip. quae difficillimis temporibus carere opera tua non potest, tamen hic noster amor consolationes non accipit, immo tam nec audit. Praecipui autem poetae Homeri accipit, immo tam nec audit. Stolidi mercatoribus, ut ubi sunt quamque navigiis imponunt, videlicet ut si casus in navi fiat, salvis rebus caeteris pereat hic candidus. Caeterum Florentina civitas, quae plurimum in mercatura semper principatum, nescio quo consilio te Romae tanquam eiusmodi quasi pretiosissimam mercem, inter turbidos commisit. At quia literarum saepe sunt ibi usus, ubi maxima est periculorum. Iam vero illud quoque mihi valde cogit metum, quod ut nimium de tua rep. solicitus, ita nimium securus esse de teipso feceris. Est omnino familiare vestrae domui magna facere, magna pati pro reipub. Sic videlicet avus tuus homo

prudētis

pendens à factiosis ciuibus, cũ in exiliũ Cosmus relegatus est, dum patriæ consulit, qui cum multo deinde gloria cum eo dem illo reuocatus abiit. Sic pater in castris occidit, dum Victoriam uobis aduersus Ligurẽ procurat, nec laborẽ parcens, nec periculum fugitans, nec omnino ullam suæ sanitatis rationem ducens. Cui quidem, si nos antiquas maiorum beneficiis uirtutis, statuam sicuti Romani Seruio Sulpitio, foro medio possemus. Sed alia tamen patris tui ratio fuit, alia tua debet esse. Pater pro qua omnem etatẽ laboris longa aetate susceperat, eidem uitam quoque, reliquis liberis consecrauit. Tua uero aetas Petre, uigens & florens, ad multos usus deinceps, & ad alia reip. tempora seruari debet. Consule igitur in primis tuæ saluti, qui primus de tuæ consuleris ac tibi ante caue, qui tum bene ceteris cauere soles. Nam salutem negligere nõ potes, quin laudem quoq; tuam negligas. Non enim (mihi crede) laudaberis, si salutem tuam periculis expofueris. Quod si te ratio temporum cogit, & senatus authoritas, ut omnino istic agites, habe quæso semper de tua salute prudentes medicos in consilio. Quando etiã Marcus Varro doctissimus ille Romanorũ, se suamq; familiam, ratione certa dicitur à pestilentia uindicasse. Sed in primis tamen exposce certiũ de summi dei patris, per sacra & orationes non dubio quin salus tua certa futura sit, tum filius certe esse debeat ei, cui patriae præstat. O quãde igitur te uidebam complexus sum Petri, quando domi tecum totum (quod soleo) noctesq; etiam patrem iucundissimũ & fidelis, & sermonibus consumam! Sed interim cum fratre tuo Iannoctio perfruor, homine suauissimo, studiosissimoq; nostri, qui non unus absentis, publicũ patriæ præsidiũ, Petrus Medices tuæ diligẽtiæ, amoris, ac prudẽtiæ me-

ritæ:

rillos quem illum quoque, de te sic loquentem quacunque occasione loquitur, ut testimonium tibi reddat amplissimum perspicuae laudis. Tu me velim diligenter Alexandro afferas, Cardinali Farnesio commendes, quem colo, et veneror ob alia quoque: sed ob id in primis, quod non minus beneficiis [illegible] istius dignitatis libere, quam huius dignitas. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Pandulfo Collenucio suo S. D.

GRatissimum fecisti, qui specimen herbarum Gnaphalii, Galliciq; Nardi miseris mihi, quas nuper in Germania reperisti, nec dubitari potest, quin sint (ut Plautus inquit) ipsissimae. Nam et nardus herba ab Assyria, et Cilissa, neque specie multum, neque colore distat, et in Gnaphalio signa congruunt, albedo, mollitiaq; foliorum. Quapropter pro Tomento veteribus fuerit, quod et Attrahalorum in quarto libro de simplicium [illegible] ostendit, scribens, etiam qui sibi usus est [illegible], pro Gnaphalio habere in culcitis [illegible] folia subiecisse. Sed ut hoc alias. Diligentiam vero, solertiamq; istam tuam perinsignem, agnoscendisq; rebus obtinere, ac non potes quam complecti, atque [illegible] tuas partes, quae ad complementum scilicet [illegible] quoq; ipsa nostri temporis caligo. Miror autem persaepe, quomodo in tam multis quaeas unus, tamq; diversis muneribus par esse. Res enim principis administras, ut nec quisquam circumspectius. Causas item consilii [illegible], ut [illegible] proditur. Orationes scribis (quod Apuleius inquit) et prosam, et versum, sic eleganter, ut concedas fere nemini. Sed et disciplinas [illegible] intercidisse [illegible], ut [illegible] etiam [illegible], ut ipsius professionis [illegible] ignorationem. Postremo curam tuam sic in diversa [illegible] spargis, tamen quam si totam collegeris ad singula.

Nec

Remitto epistolas diligentia tua collectas, in quibus le-
gendis (ut libere dicam) pudet bonas horas male collo-
casse. Nam praeter omnino paucas minime dignae sunt,
quae vel a docto aliquo lectae, vel a te collectae dicantur. Quas
proinde

probem, quas rursus improbem, nõ explico. Nolo sibi quisquã vel placeat in his authore me, vel displiceat. Est in quo tamen à te dissentiam de stilo nonnihil. Non enim probare soles (ut accepi) nisi si quis lineamenta Ciceronis effingat. Mihi vero longe honestior tauri facies, aut item leonis, quàm simiæ videtur, quæ tamen homini similior est. Nec ij qui principatum tenuisse creduntur eloquentiæ, similes inter se, quod Seneca prodidit. Ridentur à Quintiliano qui se germanos Ciceronis putabant esse, quod his verbis periodum clauderent, esse videatur. Inclamat Horatius imitatores, ac nihil aliud quàm imitatores. Mihi certè, quicunq; tantum componunt ex imitatione, similes esse vel psittaco, vel picæ videntur, proferentibus quæ nec intelligunt. Carent enim quæ scribunt isti viribus & vita, carent actu, carent affectu, carent indole, iacent, dormiunt, stertunt. Nihil ibi verum, nihil solidum, nihil efficax. Nõ exprimis (inquit aliquis) Ciceronẽ. Quid tum? Non enim sum Cicero, me tamen (ut opinor) exprimo. Sunt quidam præterea mi Paule, qui stilum quasi panẽ frustillatim mendicant, nec ex die solum uiuũt, sed & in diem: atque adeo nisi liber ille præsto sit, ex quo quid excerpant, colligere tria verba non possunt, sed hæc ipsa quoq; vel indocta iunctura, vel barbaria inhonesta contaminant. Horũ semper igitur oratio tremula, vacillans, infirma, videlicet male curata, male pasta, quos ferre profecto non possum. Iudicare quoq; de doctis impudenter audentes, hoc est de illis quorum stilum recondita eruditio, multiplex lectio, longissimus usus diu quasi fermentauit. Sed ut ad te redeam Paule, quem penitus amo, cui multum debeo, cuius ingenio plurimum tribuo: quæso ne superstitione ista te alliges, ut nihil delectet quod tuum plane sit, & ut oculos à Cicerone nunquam deijcias.

Imitatores reprehenduntur.

Sed cum

Sed cum Ciceronem, cum bonos alios multum, diuque legeris, contriueris, edidiceris, concoxeris, et rerum multarum cognitione pectus impleueris, ac iam cōponere aliquid ipse parabis, tum demum uelim (quod dicitur) sine cortice nare, atque ipse tibi sis aliquando in consilio, sollicitudinemque illam morosam nimis, et anxiam deponas effingendi tantummodo Ciceronem, tuasque denique uires uniuersas periclitere. Nā qui tantū ridicula ista, quae uocatis lineamenta, cōtemplātur attoniti, nec illa ipsa (mihi crede) satis repraesentant, et impetum quodammodo retardant ingenij sui, currentique uelut obstant, et (ut utar Plautino uerbo) remoram faciunt. Sed ut bene currere non potest, qui pedem ponere studet in alienis tantum uestigijs, ita nec bene scribere, qui tanquam de praescripto nō audet egredi. Postremo scias infelicis esse ingenij, nihil a se promere, semper imitari. Vale.

PAVLVS CORTESIVS
Angelo Politiano suo, S. D.

Nihil unquam mihi tam praeter opinionem meam accidit, quam redditus a te liber epistolarum nostrarum. Putabam enim illum tibi in tātis occupationibus excidisse. Nunc cū lectus non fuerit, uideo illum nō modo a te gustatum, sed etiam plane deuoratum; quem et scripseras placuisse tibi, et in eo legendo bonas horas male collocasse, et eos ipsos mihi tibi dignos uideri, quos uel ab aliquo docto lectos, uel a me collectos fuisse dicamus, praeter nescio quae hominum perpaucorum. Ego autem totum illud tibi remitto, nec plane iudicium meum interponam, cum ipsa sit quodammodo a te dissentire, et ego is sim, qui de altera iudicium facere (ut ait Marcus Tullius) nec uelim si possim, nec possim si uelim. Sed uenio ad illud, in quo te

quo te dicis à me quam maxime dissentire. Scribis enim te accepisse me neminem probare, nisi qui liniamenta Ciceronis consectari uideatur. Ego uero quantum repetere memoria possum, nec istud recordor unquam dixisse, nec dictum uolo. Quae cum stultitia esset, ut cum tam uaria sint hominum ingenia, tam multiplices naturae, tam diuersae inter se uoluntates, eas unius ingenii angustijs astringi, & tanquam praefiniri: sed quoniam me in hanc disputationem uocas, non erit fortasse alienum tempus purgandi iudicij nostri, & tandem tibi, cũ planè cognoscam uerba tua esse suasoria, non lacessentia. Et primũ de iudicio libenter fatebor, cum uiderem eloquentiae studia tandiu deserta iacuisse, & sublatum usum forensem, & quasi natiuum quendam nitorẽ decesse hominibus nostris, me saepe palam affirmasse, nihil his temporibus ornate, puriterq; dici posse, nisi ab his qui aliquem sibi proposuerint ad imitandum. Cum & peregrini expertes sermonis, alienas regiones male possint sine duce peragrare, & anniculi infantes non nisi in curriculo, aut nutricis prensante se ambulent. Cum autem multi in omni eloquentiae genere floruerint, uisum mi unum Marcum Tullium ex doctoribus arte abduxisse, in quem omniũ ingeniosorum hominum studia conferenda putarem. Nõ quod ignorarem multos dicendi gloria praestitisse, qui & acumine industriam, & multis orationis uirtutibus alere ingenia possent: sed & quia uidebam hunc unum omnium scriptorũ consensu principem esse iudicatum, & quia à puero didiceram in omni numero semper optimum esse deligendum: corrupti stomachi, & intemperantis aegri esse putabam, deteriorem cibum sugere, salubriorem & optimũ aspernari. Ausim tamen etiam affirmare idem, quod saepe, neminem post Marcum

M. T. Cicero per omnia imitandus.

Tullium

[illegible] in scribendo laudem consecutum, praeter unum, aut alterum, qui non sit ab eo eductus, et tanquam lactis nutrimentis educatus. Sed erat tamen quaedam certa imitandi ratio, quae et fastidio similitudinis occurrebat, et nullum illud genus eminentiae quaedam aspersa condiebatur: tum autem illa ab hominibus nostris aut neglecta est, aut ignorata. Similem volo mi Politiane, non ut simiam hominis, sed ut filium parentis. Illa enim ridicula imitatrix tantum deformitates, et vitia corporis depravata similitudine effingit, hic autem vultum, incessum, statum, motum, formam, vocem denique, et figuram corporis repraesentat: et tamen habet in hac similitudine aliquid suum, aliquid naturale, aliquid diversum, ita ut cum comparentur, dissimiles inter se esse videantur. Dic considerans verum habere hoc dilectum illi summi hominis in dicendo copiam, ut existimare se imitabilem praebeat, experientia strenue imitationis vestigia. Fit enim utique ad eum conversi, et quisque ut bene quo illo modo se posse dicere. Homines enim natura festinationi credentes, difficultatem voluntate, non facultate metiuntur. Itaque dum abundantiam sermonis, et (ut ipsi aiunt) facilitatem imitantur, nervos et ossa deserunt, et tum a Cicerone absunt longissime. Nec autem refert alieno ornatu, et quibusdam luminibus ac quasi insignibus, nostra scripta explere, nisi quaedam sit distincta, aptaque structura. Fit enim nescio quid monstrosum, cum sine ulla cohaerentia male dissipantur. Quare (ut de me loquar) nihil est Politiane, quod me a Ciceronis imitatione deterreat; sed quod potius absterget inficiar, quod ex genere bene illum loqui: quanquam ego malo esse assecla, et simia Ciceronis, quam alumnus, aut filius aliorum. Sed permagni interest, utrum quis videatur

quemquam velle imitari, aut neminem. Ego autem sentio non modo in eloquentia, sed in aliis etiam artibus, necessariam esse imitationem. Nam & omnis doctrina ex antecedenti cognitione paratur, & nihil est in mente, quod fuerit prius in sensibus perceptum. Ex quo intelligitur omnes artes naturae esse imitationem, sed natura fieri, ut ex eodem genere dissimilia nascantur. Homines enim cum inter se dissimiles sint, similiter consanguinei: & quanquam alij colore albiores, alij pallidiores, alij longiores, alij proceriores sint, una tamen est omnibus figura, & forma. Illos autem quibus aut crus, aut manus, aut brachia desunt, non omnino ex hominum genere excludendos, sed aut mancos, aut claudos appellandos puto. Sic eloquentiae una est ars, una forma, una imago. Qui vero ab ea declinant, saepe distorti, saepe claudi reperiuntur. Aspice nunc eos homines, qui sibi elegerunt Marcum Tullium imitandum, quantum ab eo distent, qui tamen etiam inter se dissimiles sint. Profluentem quandam sine modo sic ubertatem Liuii arripuit, acumen Quintiliani, sonum Lactantii, lenitatem Cornelii, elegantiam Columellae: quorum cum esset unum prope imitandi propositum, nihil est tam dissimile, quam ipsi inter se, nihil tam distans (si comparentur) quam ipsi a Cicerone. Ex quo intelligi maxime, & cum iudicio ponderandam esse imitationem, & eum ipsum hominem mirabilem fuisse, ex quo tam diversa ingenia, tanquam ex perenni quodam fonte defluxerint. Omnino Politiane certis auctoribus insistendum est, quibus ingenia formentur, & tanquam alantur. Relinquunt enim in animis semina, quae in posterum per se ipsa coalescunt. Qui autem neminem imitari, & sine cuiusquam similitudine laudem consequi videri volunt, nihil (mihi crede) roboris aut varietatis in scribendo posse sumunt; & illi ipsi qui se nihil

Ars imitatio naturae

se nihil sciant legisse, sibi persuadeant, & scribant, facere non possunt, quin ex aliorum scriptis eruditi sensus, & inferciant sua, & quo nascitur maxime absurdum scribendi genus, cum modo sordidi, & inculti, modo splendidi, & floridi appareant: & sic in toto genere, tanquam in unum agrum plura inter se dissimillima sparsa semina. Fieri enim non potest, quin varia aliorum genera male concoquantur, & quin ex certa collatione dissimilium generis inter se verba collidantur. Nec minus hanc corruptae orationis asper concursus aures ferit, quam turbidum lapidum fragor, aut strepitus, aut quadrigae transcurrentes. Quid enim voluptatis afferre possint ambiguae vocabulorum significationes, verba transversa, abruptae sententiae, structura salebrosa, audax translatio, nec solum, ac intricatissime industria numeri? Quod necesse est his omnibus accidere, qui ex singulis sensus, & verba eruunt, & sermonem imitantur. Horum sane omnis oratio est tanquam Hebraeorum domus, quibus sunt ad quotidianum tempus diversorum hominum bona oppignerata. Nam ibi & lacernae, & amictus, & penulae, & multorum saepe pallia suspensa interno sciuntur. Ego autem tantum interesse puto inter eum qui neminem imitatur, & qui certam alicui consectatur, quantum inter eum qui temere vagatur, & qui recta proficiscatur. Ille devius inter spinas volutatur, hic autem ex proposito itinere ad constitutum locum, sine lapsu, & molestia contendit. Praeterea Politianus sic habet, neminem eloquentiae laudem consecutum, qui non sit in aliquo imitandi genere versatus. Apud graecos enim modo oratores, Demosthenes, Hyperides, Lycurgus, Aeschines, & Demarchus: sed etiam illi ipsi philosophi, virtutum magistri, aliorum imitatores esse voluerunt. De nostris hoc loco taceo, ne

uideatur tibi iam curiosi doctissimo, quasi scrobolum quendam explicare. Nec item aliquid de Marco Tullio dicendum puto. Rarior enim est tam illud omnibus, ut qui se ad Marcum Tullium effingendum contulerit, si minus aliquam imitandi gloriam assequatur, in eo tamen errat, quod illum sibi desperet exprimendum: at illud fuisse naturae, et ingenii uideri possit, hoc industriae. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Baptistae Mantuano theologo
Carmelitae suo, S. D.

NEc dubito quin amer abs te, nec exigo quod sit incommodum, sed nec officio literarum mutuo amicos, quippe quod et ab inimicis praestari solet. Gratulor me tuae, quod philosophus sive dicitur, esse mihi constantissimum gratulor, dabimusque operam fiet quae possit iudicio magis merito mihi gratulari. Sed adolescens hic tuus consilio nostro si fuisset usus, magis firmasse suis rationibus consuluisset. Nunc quoniam consilio noluit (ut frustra augurarem) vereor do nec opera tam noluit uti. Verumtamen ei cupio scribat, ut a me expectet omnia, tua quidem causa. Nolo enim nolo sitne quam fuisse hunc tibi abs te frustra commendatum.
Vale.

Epistolarum libri octaui finis.

ANGELI POLITIANI EPISTOLARVM LIBER NONVS.

ANGELVS POLITIANVS Matthiae dei gratia inuictissimo Pannoniae regi. S. D.

CVm superioribus diebus ego, & Philippus Valor Florentinus, praestans uir, tuiq; maiestatis deditissimus, de nostris studiis priuatim multa loqueremur: ac te primus nobis occurrisset, immo uero solus occurrisset, quem uideremus abundare cum quouis laudatissimo ueterum posse conferre: adstigauit ille me uerbis amicissimis, quod nunquam tibi, aut lucubrationem ullam nominatim dicauerim, aut epistolam saltem scripserim, quae tibi si non ingenium quodcunque, doctrinamq; meam, certe animum tamen, ac uoluntatem testaretur. Fateri te regem omnibus esse nostri amantissimum, quod ego illi facillime assentiebar: et quo uel maxime celebrando laborem, industriam, uigiliasq; suas omnis posteritas liberali hominum certatim debeant, in causis egregijs, uidetur sibi laudibus habeat utrinq; longius sinditas, ubi liberrime posset, & uelut in patentibus campis exspatiari. Quare sumpsi animum (fateor) ad sermonem prandium, & ... gloriosissimum, cumq; animo statim sumpsi calamum, ad ... in hoc, ut tuas maximas uirtutes honore scilicet quocunq; stylo mei prosequerer. Sed cum se mihi illa tam multa, tam magna protinus obtulissent, ut sicuti nullum pugillo posse crederem, quae tot epistolae breuitate complecti, mutato proposi-

non consilio, aliaue quadam per tuae claritatis praeconij, fama deuenerat in praesentia significare tibi, me quoque unum rex e multis esse, qui magno animi fauore te miretur, deditque mihi occasionem celebrandi tui nominis concupiscam. Non quia me sentiam naturali facundia pollere satis scire, sed quod est a sapientibus hominibus obseruatum, non minus animi aliquando, quam ingenij ualuisse. Quocirca si quid erit inclyte rex, in quo tibi mea gratificari professio possit, rogo, obtestorque perinde utaris opera nostra, quasi unus ex eo sim numero, qui regijs tuis sumptibus continentur. Ut autem Dinocrates ille nobilis architectus Herculeo sese habitu ius dicenti obtulit Alexandro, eique & cogitationes, ac formas afferre dignas illo rege uidebatur. Atho montem statuae uirilis effigie figurandum docuisset, in regiam commendationem uidelicet adeptus est. Idem nunc ego quoque a[illegible] sit rex magne, si pro leonis pelle non obscuram indolem, pro claua non absurdum ingenium, pro corona populea non mediocrem doctrinae mediocritatem, pro nodis illius modis cōpositione multiplices tibi linguae utriusque figuras obtulissem. Nec enim minus quosdam architectos putandos, qui studijs istis liberalibus claruerint; nisi forte dictitas integriora, & omnem restituunt uetustatem, quam literarum monumenta consignauimus. Nec tu profecto Macedoni Alexandro (sit uerbo uenia) iam cesseris Matthia rex, seu auctoritatem eius, seu beneficentiam consyderes. Quae duo prima tanto a rege fuisse [illegible] antiquitas, nisi forte credamus Arabas, Indos, Armenios, Chaldaeos, mollissimas, segnissimasque gentes laboriosius uinci, quam Turcos, & Mysios, & Triballos, & Illyricos, & Liburnos, & Noricos, & Rhetos, & Vindelicos, & alias item bellico-

Dinocrates archi-tectus.

sissimas

stituat nationem: quorum ipsa quoque nomina Martium sonant, nihilque plus esse putamus, quod unum, aut alterum donas illi bene de se meritis hominibus oppidum, quam quod in omnium pene sinus quoscunque dos aliqua ingenii, virtutisque nobilitat, e tam ista beneficia manibus, quasi perenne fluat aurum semper, ut aqua de fontibus, et in maximam venire tam quaestionem coepit illud: undenam tibi tanta ista tamque inexhausta divitiarum copia, sic ubique quaque largienti. quanquam facile a prudentibus intelligitur, quae plerique alii principes in suas cupiditates, ac libidines profundunt, ea te omnia vel in aedificiorum nobilissimas substructiones, vel in usus publicos, vel in hanc postremo, de qua nunc agimus beneficentiam conferre. Quapropter vehementer cupio labore aliquo meo tuam celsitudinem demereri: cupio studiis, ingenioloque meo, si detur, commendare me tibi rex invicte. Qui sim vero, quibusve inter literatos locum teneam, malo equidem ex alterorum tibi quam ex meis indicari verbis. Tantum dicere me Laurentii Medicis magni, sapientisque viri tuae maiestatis studiosissimi non dico gratia solum, quam liberalitate de obscuro, tenuique loco, qui nascentem susceperat, in aliquam certe lucem, dignitatemque, nullis adeo nisi literarum adminiculis pervenisse, profiteri iam multos annos latinas Florentiae literas, magna (quod omnibus notum est) celebritate: sed et graecas ex pari cum graecis, quod nescio an alteri latinorum (dicam enim audacter) mille circiter annos ante contigerit. solum denique sic ipsum per omnia pene materiarum diverticula duxisse feliciter, ut (quod erubesco, quamquam pene testatum, referre) cunctos fere quicunque in literis aetate mea claruerunt, habere meritorum laudatores.

Atque hæc ego de me non indulgentissime, atque scilicet & periculoso more, maiorumque reprehensionibus obnoxio, simpliciter narro, sed & vere. nec enim hoc, nisi & illud ad te scribo, quod deliberare secum tua sapientia, arbitrique præscribere possit (modo non hæc assentatio) ubi nos potissimum, scilicet in tuæ spem gratiæ nostri veluti ingenii contendamus. Si quid igitur ipse mandaveris, obibo libens: sin minus, eligam tamen pro iudicio, capiamque id, quod tibi fore arbitrer quam gratissimum. Bibliothecam Budæ comprehendens comparas omnium (sicut repellimus) non ornatissimam solum, sed etiam copiosissimam. Possumus igitur multa (si res poscet) è græco vertere in latinum tibi, multaque rursum quasi nova cudere, quæ nec ab eruditis fortasse respuantur. Regiam construis tibi longe magnificentissimam, foraque tuum fundaturis omne genus, vel æreis, vel marmoreis exornas. Nec non et ipsa utque terrarum nobilissimi pictores tabulas tibi pulcherrimas vivis animant coloribus. Et ista ergo possumus, te iubente, non tribus solidis illustrare carminibus. Iam bella, & paces mandare æternis utriusque linguæ monumentis, & historiæ nostri filo contexere periclitantes deficiunt: tum vel inclinari solutæ vocis eloquio, vel immortali Musarum cantu totã posteritatem sacris implere præconiis. Quem pulchre sopitæ forte ne deserant caput tu, nullique locum ledãam sublevatæ valde profecto argumēto fuisse berbãa. Nec autem ambitiose ista tibi, dum sic indico. Nec mihi referri cõtra gratiam quæro, sed abunde relatam putabo, si placuerit ex me tibi, non dicam res ipsa, sed animus. Vt autē gustare simul aliquem tam nunc angustiis nostris eris possis, en poema tibi vendo hinc cruciatam, quod laudes poeticas, quod historiam cõtinet omnium fere notam. Sed & multam

commen.

quosdam etiam paulo post in id opus congessissemus, in quibus quicquid de varia, multiplicique lectione condideram, explicabatur. Ac nisi me dulcissimus amor (ut semper laboris [illegible]) [illegible] ex hoc libello uelut e thesauro diuitias proferremus, ut magna ex parte studiosae iuuentutis quaedam uelut copia relinqueretur: ac tum demum [illegible] quam intelligeret, quantum illi isti modo lucubrationibus consulerent. Quare nequisquam auderet Angeli Politiani carmina legere, sed ponderet. Tu uero [illegible] rogans [illegible] commentarios [illegible], dum tibi commentarios quoque multiplici pagina [illegible] congesserimus, accipe hunc interim rogo libellum, ad ea quo regem decet, hoc est serenis et hilari, quem tibi dedicat ego simul eruditissimum, at certe tuo nomini deuotissimus homo, quasi deo donum, religiosa mente atque animi pietate conserues. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Bernardo Riccio suo. S. D.

ACcepi versiculos tuos ingeniosos, elegantis, venustos, facetos, sed in manus [illegible] plerumque, ut eos non fallo, qui admodum tamen, sed uereor esse amatorios [illegible]. Delectatus lectione sum, sed et admiratus admodum superfuisse tibi tempus in hos tam delicatos lusus a publico negocio, quod et diligenter obire diceris, et prudenter. Quod autem me rogas, ut eis singulis capitulis [illegible] solus [illegible], nunc uero domi sedeo, et [illegible] habeam: quamquam tibi rebus omnibus obsequi studeo, tamen in hoc non [illegible], ut quid amor succedat, [illegible] bellos ipsius [illegible], et [illegible] in erga studio supprimam. Sed de versiculis satis. Scribis autem germanum istic esse, qui [illegible] Picum Mirandulam laudare a nobis in cogni-

titiae rerum, studiisq; sapientiae, non molestae forent, iidem tamen ornamento dicendi, splendoreq; illo quasi oratorium tribus uti pollerent. Itaq; rogat, ut ipsam ad epistolam tibi mittam, uel breue aliquid omnino scriptum, quod circumferre tecum possis, & ostentare cum tuis sermonum uerbis, aut illius existimatio propaganda sit, aut nostra fides absoluenda. Gero cupiditati morem, descriptamq; tibi epistolam Pici mitto, qua barbaros philosophos aduersus Hermolaum Barbarum, sed nihil minus quam barbarum defendit, simul ipsius Hermolai responsionem luculenter scriptam, quo conferre utriusq; stylum, genusq; dicendi possis. Aestimabis igitur ex hac epistola Picum, sed ut leonẽ (quod graeci dicunt) ab unguibus. Etenim solitus ille tractare ampla quaedam semper, & scribere, quod opera illius indicabunt, magnis de rebus, quae domi clausa cottidie maturescunt ad argumentũ deinde minora haec, & leuiora uix exiguam partem conferre suarum uirium dignatur. Quapropter hanc ipsam epistolam tam plenam, tam fusam, tam doctam, paucis antemeridianis horis ex tempore propẽ dictauit. In qua tamen (ut uidebis) electa uerba, casta latinitas, atticus nitor, lucida rerum, numerosus ambitus, grata concinnitas, hilaris color, pura uenustas, ornatus facilis, apertae figurae, sensus acres, apta exempla, multa fides, argumenta firma, graue consilium, subtile iudicium, ars alta, indoles rara, mira maiestas. Sed hoc mihi plurimumq; uidetur, quod & Marcus Cicero quodam loco scribit: ut in rebus diuersis eisdem praecellere nolint homines. Itaq; Picus noster, quoniam palmam fecit apud omnes suam, quantum ualeat in studio sapientiae, pro quo sunt illi maxima bella pugnata: nunc superare non potest, cum sit eloquentissimus, ut in dicendo saltem,

cto saltem, nec incolat omnino, nec intelligens habeatur. Sed qui deinceps sequentur dies (ut Pindarus inquit) testes erunt sapientissimi. Tibi tamen interim studioso uidebitur utrasq; nostram, quasi de loco massicum, quod degustes, hanc illam epistolam propino. Quae displicere non debet, propterea quod eloquentiam destruit. Destruit enim sic eloquenter, ut adstruat hoc ipso quod destruit. Ita nihil eloquentiam destruere praeter eloquentiam potest: itaq; nec ipsa potest, quoniam scilicet hoc quoq; potest, quod omnino non potest. Vale.

HERMOLAVS BARBARVS VENE-
tus, Ioanni Pico Mirandulae, S. D.

NOn possum tibi nõ uideri planè barbarus, & ingratus, qui tibi toties, & tam amice de me non modo scribenti semper, & praedicanti, sed seruienti quoq; gratias agere distulerim. Nullae enim unquã uenerũt huc à te literae, ex quibus sim tibi cognitior, quin etiam totum in illis de me illustrem, & honorificum habuerim. Sed uide quanti faciam tuum studium tuum de me, siue id iudicio agas, siue propensione ac uoluntate. Ego aliquando modestiae, imò timiditati, & pudori meo diffisus, uideor aliquid esse, quod tu me laudas, quod mea probas, quod in Themistio nostro quaedam non fastidis, tam quod in iucundissimo contubernio saepe conquiescis. Quid quod in literas mihi gloriam; me recognosco? En quid arbitraris quicquam nobis esse posse iucundius, quam cum te uel nostri aliquod emisisse, uel carmina, uel figuram dicendi nec adeo notasse, sed imitatum esse perspicio? Et nisi quod ad multos scribendo nõ uideri hoc fieri sensibiliter, & ex composito, magnae mihi sese rationes offerũt quãobrẽ hoc à te impetrem paucas ad gratiã. Nec enim uidere poteram, quare tu gratias illud

illud tamen dicendi filum, ac floridum frangerem, & ad me deflecterem, qua filum orationis aridum, & praetenue sequen-tur, humi serpo, nunquam assurgo, non aspiro, non circum-duco, non eleuo, non abiicio, tantum scilicet & repugnante natura. Omnino de me nescio quid nunc laborem, & angi-tur: caetero nihil sum, nisi cum a te, uel studiis tui quam-plurimis commendor, aut cum placere tibi cura, uel ad imitationem aliquid comparo. O praeclarum, & plane diui-num ingenium tuum Pice, qui cum optima sint ea, quae tu scribis, ita tamen exprimis, & effingis aliena, quae sunt pessima, ut uideantur esse tua, quae sunt optima: cum demit-tere se, ac descendere, gloriosius esse putato, quam in ardua co-nari. Vt enim sit hoc honestius, illud certe laboriosius, & operae maioris. Proinde siue ea talia credis esse nostra, quae tu imitandis operam impendas: siue hoc agis demerendi mei causa, utroque modo tibi plurimum debeo: relaturus aliquando gratiam, uolo dicere, cum potero (nunquam enim potero) sed cum tu ipse, uel tui posse non patiebamini. tanta enim est familiae totius uestrae benignitas, & humanitas, ut benefi-cium quod non est, imputare pro beneficio soleatis: quam-obrem ex usu meo fecero, si nobis & modum, & tempus poscendae gratiae reliquero, ut in expunctione rationum paralogismus omnis, & impostura non a me, sed a uobis tota proficiscatur. Quae uero de ratione studiorum tuorum ad Scytham scripsisti, & communicanda nobiscum esse uo-luisti, mirum quam nos affecerunt. Gratulabar sane huic seculo auaram tantae doctrinae, ut nihil scire nesciat, tan-ta cura, ut nil omnino scire uideatur. Video te poetam egre-gium, oratorem eloquentissimum. Animaduerto te philoso-phum prius Aristotelicum, nunc etiam Platonicum esse factum.

Laus Pici Mirā. Ioan.

Video

Vides literas graecas, quae tu te solis desyderari poteras, & sine quibus tabellarius fuisses, non didicisse modo, sed didicisse etiam, facilius etiam celerius q; ut literas graecas ignorasse aliquando te, neq; tu commeminerii, neq; persuadere possis alteri, id quod de Hieronymo Donato viro non plus le-beniter, quam vere praedico. Hortarer te ad has literas, ple-ras tam plane familiariter, quam latinas teneres, sed nō in-digere calcaribus. Et Herculis urbs prodigiū, quicunq; peri-tum illas se consiliū dare perrigat. Verum te scio scire, multos latinae linguae tot seculis extitisse auctores, qui literas graecas caruere. Nec enim inter auctores latinae linguae numero Germanos istos, & Teutones, qui ut eruditi quidem nomina-bant, ne dum ut eruditi haberi aut sciebant, habent ut per-nam & contemptum. Appellantur enim vulgo sordidi, ru-des, inculti, barbari. Quanto melius sit esse, quam prorsus non esse? At enim multi aliquid doctores, habere ingenii, doctri-nae, humanarum rerū copia, non nego primum quod & possim negare, sed sermo nitidus, & elegans, salem pariter, & ca-stus, qualis est in authoribus Christianis graecis, latinisq; perspicitur, laudes, & memoriam semper aeternā saeculis conciliat. Nisi qui pallorem, & macrorem, & statuariam, & caeteros opifices laudari posse habere hoc solo quod ma-gis cōstet, & pretiosa sit materia circa quā versantur. At si Choerilus, & Maevius habuissent illam scriptorum contu-, quam Virgilius & Homerus habuere fuisse, ut primum a Criticis, & Aristarchis, non cōmuni grammaticorum con-sensu redigeretur in numerum poetas. At verū est Choe-rilum & Maeuiū quāuis; materia, Choerilū & Maeuium fuisse, neq; Choerili Iliada neq; Maeuium Aeneida cōspi-cuam unquā fuisse? Nō plus utiq; quam Choerili Aenei-

Philosophia nostri temporis barbara.

da,

de, Moenium Iliada. Quis enim possim non iocari, cum scribo de ridiculis? Sed nimis sum fortasse multus de nebulonibus, redeo ad propositum. Amplectere literas graecas, non tamen ut discipulus, sed ut doctor, gloriarique de nullo verius dici posse tritum illud, quam de te, per omnem aetatem vidisse discipulos meliores esse praeceptoribus: id quod senario graeco significantius exprimitur, πολλοὶ μαθηταὶ κρείσσονες διδασκάλων. Quod vero me ad Platonis libros, & placita hortaris, agnosco benevolentiam tuam. Habeo Platonem in manibus, & habebo semper cum sponte mea satis incitatus, tum a te sollicitus, & amice commonitus. Verbum est Simplicii: Nemo profiteatur Aristotelem, qui Platonem ab Aristotele dissociet, ut diversa sentientem. Qui enim potest consentire Plato cum Aristotele, nisi ei qui libros, & commentationes utriusque cognoverit? Codices quicunque sunt apud me, ex iis quos desiderabis, curabo tibi protinus exscribantur. Vale. Venetiis. Nonis Aprilis. M.cccclxxxv. Politianus meus [illegible].

Multi discipuli meliores praeceptoribus.

Referre libros.

IOANNES PICVS MIRANDVLA,
Hermolao Barbaro suo, S. D.

EGo quidem mi Hermolae, nec possum aut tacere quae de te sentio, aut non sentire ea quae de illo debeam, in quo omnia ordine singula summa reperiuntur. Sed etiam si esset is mihi animus capax, ut pro merito tuo de te sentire: attamen ea dicendi mihi, ut exprimere aliquando possem quae semper sentio. Scio quae de te concepi infinitis subsidere infra fastigia doctrinae tuae. Scias & ita quaecunque loquimur, longe esse minora iis quae concipimus. Tam deesse scias animo verba, quam rebus animus deest. Et tamen ita me audere credis, ut sperem posse omnino tuae, quorum nec magnitudinem aestimare possum.

Adeo ra

Hermolai Barbari laus.

Admirari te possunt omnes, imitari tã pauci possunt, quàm nemo reprehẽdere. Sic animum ea mihi sedent, ut quæ scribunt Hermolaũ uerũ aliqua ex parte imaginentur. Ipse enim (ut taceam cætera) stilus tuus, cui tu adeo male fidis, mirum quantum me afficit, atq; delectat. Ita est doctus, grauis, compositus, eruditus, emaculatus, ingeniosus, in quo nihil expositum, nihil uulgatũ, nihil sit triuiale, seu uerba, seu sententias spectes. Legimus sæpe ego & noster Politianus quascunq; habemus tuas, aut ad alios, aut ad nos epistolas. Ita semper prioribus certant sequentia, & noua semper inter legendũ efflorescant Veneres, ut perpetua quadam acclamatione interspirandi locum non habeamus. Sed mirum dictu, quàm persuadeat, & legentis animum quocunq; uelit impellat. Expertus sum ego, cum semper alias, tum hac proxime tua ad me epistola, in qua dum barbaros hos philosophos insectaris, quos dicis haberi uulgo sordidos, rudes, incultos, quos nec uixisse uiuentes, nedum extinctos uiuere: & si nunc uiuant, uiuere in pœnã, & contumeliã, ita Hercule sum commotus, ita me puduit, piguitq; studiorum meorum (iam enim sexennium apud illos uersor) ut nihil minus me fecisse uelim, quàm in eã nihil facienda re tam laboriose cõtendisse. Perdiderim ego inquam apud Thomam, Ioannem Scotum, apud Albertum, apud Auerroem meliores annos, tot uigilias, quibus potuerim in bonis literis fortasse nõnihil esse. Cogitabam mecũ, ut me cõsolarer, si qui & illi nunc reuiuiscerent, habiturine quicquam forent, quo suam causam argumentosi aliqui homines ratione aliqua tuerentur. Demum succurrit ex ipsis quempiam paulo facundiorẽ suã barbariẽ, quam poterit maxime barbare, hunc in modũ fortasse defensurũ. Viximus celebres o Hermolae, & posthac uiuemus, nõ in scho-

Eloquẽtia, & eruditio contraria nõ dicunt philosophum.

lis

dis grammaticorum, & pædagogijs, sed in philosophorum coronis, in conuentibus sapientum, ubi non de matre Andromaches, non de Niobes filijs, atque id genus leuibus nugis, sed de humanarum, diuinarumque rerum rationibus agitur, & disputatur. In quibus meditandis, inquirendis, & enodandis, ita subtiles, acuti, acresque fuimus, ut anxij quandoque nimium, & morosi fuisse forte uideamur, si modo esse morosus quisquam, aut curiosus nimio plus in indaganda ueritate potest. Atque in his quidem si quis nos arguat hebetudinis, & tarditatis, age mutuo quicunque is est, pedem conferat, experietur habuisse barbaros non in lingua, sed in pectore Mercurium, non defuisse illis sapientiam, si defuit eloquentiam; quam cum sapientia non coniunxisse, tantum forsasse abest à culpa, ut coniunxisse sit nefas. Quis enim cincinnos, quæ fucata in proba uirgine non damnet? Quis in Vestali non detestetur? Tanta est inter oratoris munus, & philosophi pugnantia, ut pugnare magis inuicem non possint. Nam quod aliud rhetoris officium, quàm mentiri, decipere, circumuenire, præstigiari? Est enim uestrum (ut dicitis) posse pro arbitrio in candida nigra uertere, in nigra candida: posse quæcunque uelis tollere, abijcere, amplificare, extenuare dicendo. Denique res ipsas magicis quasi (quod uos iactatis) uiribus eloquentiæ, in quam libuerit faciem, habitumque transformare, ut non qualia suapte ingenio, sed qualia uolueritis, non sint quidem, sed cum non sint, esse tamen audientibus appareant. Hoc totum est nec quicquam aliud quàm merum mendacium, mera impostura, merum præstigium, cum à natura rei semper, uel augendo excedat, uel minuendo deficiat, & fallacem uerborum concentum, uelut laruas, & simulacra prætendens, audientium mentes,

blandim

[illegible] Erit ne hoc cum philosopho assentiens,
cuius iudicium omne in cognoscenda, et demonstranda cae-
teris veritate versatur? Adde quod nobis nulla erit fides len-
ocinia vocũ, et Veneres affectantibus, quasi rebus parum fi-
dentes, nec vero hoc trahere in sententiam [illegible] ho-
mines quaerunt. Est ob hanc causam legere nos sacras ru-
stice potius, quam eleganter scriptas, quia nihil sit magis
dedecens, et nocivum in omni materia, in qua de vero co-
gnoscendo agitur, quam omne illud dicendi genus elabo-
ratum. Hoc, hoc proprium est quaestuosi, ab natura alienum,
atque exquisitum. Non est eorum qui in academia, sed qui in re-
pub. illa versantur, in qua quae fiunt, quaeque dicuntur, popu-
lari trutina examinantur, apud quam flores fructibus longe
praeponantur. Nonne scis illud? Non omnia omnibus pari
filo conveniunt. Est elegans res (fatemur hoc) facundia, ple-
na illecebrae, et voluptatis, sed in philosopho nec decora,
nec grata. Quis mollem incessum, argutas manus, ludibun-
dos oculos in histrione, et saltatore non probaverit? in
philosopho quis nõ improbet, arguat, abominetur? Si puel-
lam videremus moribus lepidã, atque dicacem, laudaremus,
exosculabamur. Haec in matrona damnabimus, et perseque-
mur. Non ergo nos, sed illi inepti, qui ad pedes Vestae agũt
bacchanalia, qui gravitatem philosophicarum rerum, et
castitatem ludicris velis, et calamistris dehonestant. Profe-
cto quod Synesius de adolescente, de oratione dici commode
potest, comatã orationem semper cinaedam. Quare nos no-
stram amandamus, capillis hirtã, globosam, inexpeditã, quã si
cum ornaverimus, vel nota, vel suspitione bellae comatã, ab eo
qui Palladis peplum non velaret, sed a sacris uti profana
repelleretur. Et ut nihil sint reliqua, hoc est nervi [illegible], nihil

esse diversum magis ab instituto philosophi, quicquam in re, quam quod lautum, aut fictum aliqua ex parte sapit. Sicyonios calceos haberem, aptos q; ad pedem dicebat Socrates, sed Socrati non convenire. Omnino non calamistrato cincti habitus, & philosopho, sicut neq; vestis, neq; sermo nitentur his philosophus decorat ad ostentationem, utitur nihil homo eruditus ad gratiam, quod & hic si neglexerit, nō cavebit: & ille si affectaverit, non erit philosophus. Si posset Pythagoras etiam sine cibo, holeribus etiam parceret: si sua sensa aut digito monere, quam sermonis opera explicare, omnino nō loqueretur, tantum abesset ut linguam poliat, & exornet. Quod vel ob id cavendum nobis, ne ab lectore cute medicatam holera demereretur ad cutem, ad medullam, & sanguinem nō permeat, quem subesse sciet crassato ori insipidum ubi ornamentis. Videmus in quamvis histrionibus, qui hoc propterea sic faciunt, cum nihil sit intus non inane, & vanum delinire lectorem in prima facie, modulatu vario, atque concentu: quod si fecerit philosophus, clamabit Massenias non philosophū loqui, sed ubi ceu canere. Nō ergo nobis vitio detur id nō fecisse, qd fecisse vitiū erat. Quaerimus nos quid nam scribamus, nō quaerimus quomodo, imo quomodo quaerimus, ut scilicet sine pompa, & flore ullo orationis, quam nolumus ut delectabilis, venusta, & faceta sit, sed ut utilis, gravis, & veverēda, ut maiestatem potius ex horrore, quam gratiam ex mollitudine consequatur. Non expectamus theatri plausum, quod aurem demulserit aequabilis clausula, vel numerosa, quod hoc sit salsum, illud sit lepidum: sed expectamus paucorū potius pro admiratione silētium, introspicientium penitus aliquid, aut de naturae adytis erutum, aut de caelo ad homines adductum: tum vel

aliquid

aliquid ita argutum, ut defendendi locum defensum, ut & gau dium non sit locus. Admirati sunt praeterea nos sagaces in inqui rendo, circumspectos in explorando, subtiles in contempla ndo, in iudicando graues, implicitos in uinciendo, faciles in eno dando. Admirati sunt in nobis breuitatem stili, foetam rerum multarum, atque magnarum, sub expositis uerbis remotissi mas sententias, plenas quaestionum, plenas solutionum; quam apti sumus, quam bene instructi ambiguitates tollere, scru pos diluere, inuoluta euoluere, flexanimis syllogismis & in firmare falsa, & uera confirmare. His uiuis ô Hermolae cé lebres uiuimus, & multis annos posthac ab obliuio ne memoriam nostram non dubitamus. Quod si uulgo (ut dicis) habemur sordidi, rudes, inculti, hoc nobis ad gloriã est, non ad contumeliam. Vulgo non scripsimus, sed tibi, & tui similibus. Nec aliter quam per suas aenigmata, & fa bularum inuolucris arcebant idiotas homines à mysterijs: & nos consueuimus absterrere illos à nostris dapibus, quas non polluere nõ possunt, amariori paulum cortice uerborũ. Solent & qui thesauros occultare uolunt, si non datur sepo nere, quisquilijs integere, uel rudimentis, ut praetereuntes nõ deprehendant, nisi quos ipsi dignos commonere iudicauerint. Simile philosophorum studium celare res suas populum, à quo eas non probari modo, sed nec intelligi illos decet: non potest non dedecere habere aliquid quae ipsi scribant, theatrale, plausibile, populare, quod denique multitudinis iu dicio accommodare se uideatur. Sed ut effingam ideam sermonis nostri, ea est ipsissima, quae Silenorum nostri Al cibiadis. Erant enim horum simulacra hispido ore, te tro, & aspernabili, sed intus plena gemmarum, supelle ctilis rarae, & pretiosae. Ita extrinsecus si aspexeris, feram Sileni Alcibiadis.

uideret, si intro spectaris, tamen agnoscas. At inquiunt, nō ferunt aures nunc asperam, nunc hiulcam, semper inconditam orationem, non ferunt barbara nomina, ipso etiam pene tremenda sono. O delicatulos: cum accedis choraulas, & citharoedos, pone te in auribus: cum ad philosophos, avoca à sensibus, redeas ad teipsum in animi penetralia, mentisque secessus. Assume illas Thyanei aures, quibus cū omnino nō erat in corpore, nō terrenum Marsiam, sed Apollinem coelestē diuina cithara uniuersi modos ineffabili semper concentu audiebat. His tu philosophorum uerba si dijudicaueris, mella tibi ad Nestorem insulsa esse uidebuntur. Sed haec fortassis nimio plus asseueranter. Profecto affectare in philosopho splendidissimum dicendi genus, nimis contentum eloquentiae, non tam delicati stomachi est quàm insolentis. Neque est aliter, ac si quem in Socrate de moribus docente offendat, aut laeuis calceus, aut toga defluens, & fictum per aestus sic machetur ob inficere. Non desiderat Tullius eloquentiam in philosopho, sed ut rebus, & doctrina satisfaciat. Scribat tam prudenter, quàm eruditus homo nostrum esse componere sententiam, potius quàm distinctam, curare, ut quod aberret ratio, non oratio. Attinere ad nos ἐπὶ τοῦ λόγου δεῖν, nō attinere τὴν ἐν ὀνόμασι. Laudabile in nobis habere Musas in animo, & non in labiis: quod in illis uel per iram fiant asperius, uel per libidinem euirantur. Denique ne quid sit discors à germana ipse, quae temperata est modulabiliter harmonia, quam Plato cum intelligeret theatralibus istis & poetarum saepe corrumpi, à republ. sua poetas omnes eliminauit, gubernandam eam philosophis reliquit, tamen certe si per lasciuiam differendi poetas fecerit aemulati, mihi condemnandus. At inquit Lucretius, & si non egeant per se philoso-
phiae

In affectu orationis. In eloquentia secundum Platonem.

In L. utrog. num.

solæ commentationes amarulentæ dicendi, per vim tamē adhibitionem dissimulandam esse asperam rerum austeritatē: sicut absynthia per se pellant morbos, melle tamen illiniuntur, ut puerorum ætas improuida decipiatur. Hoc forte tibi faciendum erat ò Lactanti, si pueris scriberes tua: sit adeo, faciendum itaq; tibi, qui non absynthia modo, sed uera acerbissima tonica propinares. Sed longe alia vobis habēda ratio, qui ad quos (ut ante diximus) non allectare quærimus, sed absterrere, nec item absynthia, sed nectar propinamus. Sed contendit Lactantius satis constare in audientium animos, uel sinceram insitam potentiam ueritatē, & ut sua instructam, & suo oratione ornatam. Et fallit ò Firmiane nam frequenter in sacris literis, quàm in suis libris fallit, & hoc non animaduertit: & si nostri nunc tecum bene forte confirmasses, quod de se ipse ut dicis. Dic quæso, quid mouet scitias, & persuadit, quàm sacrarū lectio literarū? Non mouent, non persuadent, sed cogunt, agitant, vim inferunt elegantia uerba, & agrestia, sed uiua, sed animata, flāmea, acuta, ad imum spiritum penetrantia, hominem totū potestate mirabili transformātia. Periclis orationibus elaboratis, & laudatis nihil se cōmoueri inquit Alcibiades, sed Socratis verbis nudis, & simplicibus. Addit etiam, si sint accepta, rapi in furorē, extra se poni, & uelit & nolit, faciendum ei, quod ille præceperat. Sed quid prodo uerba, iure cōfessa? si non discipit auditor à sancto sermone, quid speret aliud quàm infici? Tribus maxime persuadetur, uita dicentis, veritate rei, sobrietate orationis. Hæc sunt Lactanti, quæ philosopho fidem cōciliabunt: si bonus fuerit, si uera dicat, si id genus dicendi appetens, quod non ex unctuosis Musarū labiis, sed ex horrendo sumere antro, in quo dixit Heracli-

In Lactantium.

Libere loquor.

ius latinae ueritatē. At dicet quispiam: Age uero, structuram hanc depressam cõtemptior. Respondendum quoniam, atq; adeo cum per se est sapientia, nec exotico quopiam eget ornatu, sed quae insolita & hinc accederet? Quin negas, quae per se decent, si aliunde ueniant, fieri dedecentia? Atque amare hoc in plerisq; nego, idea multa sunt, quorum splendorē, si quid adiunxeris, obruimus, & nō illustres, ita sunt scilicet in sua natura optimo statu, ut demutari ab illo nisi in peius, non possint. Marmorea domus pictorem non recipit, si opus albarium superinduxeris, demas de dignitate, de pulchritudine. Nō aliter & sapientia, & quae tractantur a philosophis insignibus non clarescūt, sed offuscantur. Quid plura? Nonne ingenuam bonam formam certissime demonstrabit in uniuersum quicquid pulchri superimponas, celat quod inuenit; quod affert fecit, aliud obscurat. Quare si quid prius fuerat, additio praestat, tollet aut fecerit illud quicquid est, non decorū. Omnem castigatamque se praebet philosophia, totamq; conspicuam, toti sub oculos, sub iudicium uenire gestit, scit se habere unde sit undiq; placitura. Quantum de cultu alter, tantum de forma adimes, tantum de laude minuas, sinceram & impermixtam se haberi uult, quicquid admisceas, infeceris, adulteraueris, alienam feceris, est paucis insocialis, & intractabilis. Quapropter nec ludendum tropis, nec uerbis aut nimijs lenocinandum, aut translatis lasciuiendum, aut fictitijs audendum in re tam seria, tanto discrimini, in qua demere, addere, denotare aliquid sit flagitium. At inquies, Age damus hoc uobis, ut non sit uestrum ornate loqui, sed uestrum est certe, quod non praestatis, ut latine saltem, ut si nō floride, suis tamen uerbis res explicetis. Non exigo a uobis orationē comptam, sed nolo sordidam, nolo unguentatam, sed nec hircosam.

uerſum. Non ſit bella, ſed nec neglecta. Nō quærimus ut ele- ſcribat, ſed quærimus quod aſſeuerandum habet, iam ſcilicet uel ſua dicta ii. Sed mirabor incognoſcam, quid iſtuc ſit leuitas, quam ſolam dicitis debere philoſophos, & nō perſoluere: ſi dicendo inciderat, exempli cauſa, à Sole hominem produci, cauſam hominem naſci dicere dicunt? Clamabis aduerſam, hoc nō eſt latinum, tam ſi ita, non eſt romane dictū: hoc uero latine, ſignet contradic, peccat argumentatur: Dicet Arabs candide rem, dicet Aegyptius, non dicent latine, ſed tamen recte. Aut enim nomina rerum arbitrio conſtant, aut natura. ſi ſic ratio poſita, ut ſcilicet communiter hominum in eandem ſententiam conuenerit, quo ſentiunt unumquodque nomine appellari, id apud eos recte appellatur: quid prohibet hoſce philoſophos, quos nuncupatis barbaros, conſenſiſſe in eandem dicendi normam, apud eos non ſecus ſoluiſſe, ac habeatur apud nos Romanæ? Illam cur rectam non appellatis, appellatis ueſtram, nulla eſt ratio. Si hæc impoſitio nominum uocis eſt arbitraria, quod ſi agnoſcitis illam Romani ſermonis appellatione non audit, Gallicam dicetis, Britannicam, Hiſpanam, aut (quod uulgares dicere ſolent) Pariſienſem. Cum alter loquentur, contingit eos plerunq; nihil, plerunq; non intelligi. Idē accidet nobis apud eos loquentibus, Ἀνάχαρσις παρ' Ἀθηναίοις σολοικίζει, Ἀθηναῖοι δὲ παρὰ Σκύθαις. id eſt Anacharſis apud Athenienſes ſolœciſmum facit, Athenienſes apud Scythas. Quod ſi nominum rectitudo pendet ex natura rerum, debemus ne rhetoras, an philoſophos, qui rerum omnium naturam ſoli perſpectam habent, & exploratam de hac rectitudine conſulere? Certe quæ aures reſpuunt, accipit aſperula, accipit ratio, accipit nobis cognatiora. Sed quid oper-

hanc sonuere non linguam, & si vixerant inter latinos, non latine loqui? Non poterant illi ô Hermolae, dum legebant in cælo fatorum leges, motuum ordines, vicissitudines vniuersi, legebant in elementis nascendi vices, & obeundi simplicium naturas, mixtorum temperaturas: non poterant eodem tempore in Cicerone, in Plin. in Apuleio Romanæ linguæ proprietates, leges, obseruantias obseruare. Quærebant quid abhorreret, quid reciperet in natura, quid à Romanis auribus non curabant. Verum enimuero tanto loco meliore stamus, dum tibi eloquentiam, & sapientiam maximo nexu iunctam considerasse. Abiunxerunt philosophi sapientiam ab eloquentia, abiunxerunt historici, rhetores, poetæ, quod deflet Philostratus, eloquentiam à sapientia. Hos tu vides celebri fama manere vbique, illos non nisi in paucis & contemptim. Vide quid agat, indisertam mauult Cicero prudentiam, quam stultam loquacitatem. Non quærimus in pecunia, quæ moneta percussa sit, sed quæ materia cōstet. Nec est qui purum aurum nō malit habere sub nota Teutonum, quam sub Romano symbolo fictitium. Procul sint qui dissidium cordis & linguæ faciunt, sed qui concordes toti sunt linguæ, nonne sunt tota (ut Cato ait) mortuaria glossaria? Viuere sine lingua possumus, forte non cōmode, sed sine corde nullo modo possumus. Non est humanus qui sit alienus politioris literaturæ. Nō est homo qui sit expers philosophiæ. Prodesse potest infantissima sapientia: insipiens eloquentia, ut gladius in furentis manu, non obesse maxime non potest. Ergo ut paries, & statua non à figura, sed à materia cōmendatur. Ut si Chœrilus eadem quæ Homerus, & de iisdem Mæuius, ac Verg. cecinissent, futurum erat ut æque illi, atque isti inter poetas reciperentur. Nemo videt dissimilitudinē fuisse

studij

habitum illud & nos affirmamus, a specie rem aestimari, nō ex subiecto. Etenim a specie res id quod est, sed alia spe cie quispiam inter philosophos, alia inter poetas recipien dus. Scribat Lucretius de natura, de Deo, de prouidentia, scribat de iisdem rebus nostris quispiam, scribat Ioannes Scotus, & quidem carmine ut sit suauior. Dicet Lucretius rerum principia, atomos, & inane, Deum corporeū, rerum no strarum incuriosum, fortuito omnia concursu corpuscu lorum fieri, sed haec latine dicet, & eleganter. Dicet Ioannes, quae natura constat sua materia, specieque cōstitui, esse Deū separatam mentem, cognoscentem omnia, omnibus consulen tem. Nec propterea quod uniuersa etiam infima uideat, ac tolleretur, a sua pace maiestatē dimoueri, sed quod dici solet, uerbis horret, ut inculta. At dicet insulse, ineptē, non latinis uerbis. Quaeso quis in dubium reuocet, uter poeta melior, uter philosophus? extra omnem est controuersiam, tum re ctius Scotum philosophari, quam ille loquatur ornatius. Sed uide quid differant: hunc os insipidum, illi mens desipiens. Hic grammaticorum, ac poetarum dicam, decreta nescit, ille Dei atque naturae. Hic uestimentis decidendo fecit ea, quae lau dari dicendo satis nō possunt, ille fundo eloquentissimus eloqui tur nefanda. Haec illi fortasse afferrēt Hermolae cum multis, ad defensionem suae barbariae, aut quae sunt subtiliora credo fortasse meliora. Quorū sententiae nec ego plane accedo, nec ingenio candido & liberali accedendū puto, sed exercui me libenter in hac materia, tanquam infamē, ut qui quartanam laudat, cū ut ingeniū periclitaretur, tum hoc cōsilio, ut uelut Glauco ille apud Platonem iniustitiā laudat, nō ex iudicio, sed ut ad laudes iustitiae Socratem excitaret. Ita ego ut elo quentiae causa a te agi audirē, in causa barbaris repugnantem pa

Or[illegible] non est de- fendendum.

aliter sensisse, atque natura incessisset fuisse quam si ad negligen-
dam, sed postliminio reducendam barbaricissimorum, nos ab illis
ad eam, quod nuper feci, ad graecas literas, ad quas nunquam
satis laudatus Theodorus pene totum defixisset. Quin etiam
(dicam libere quod sentio) mouent mihi stomachum gramma-
tistae quidam, qui cum duas tenuerint uocabulorum ori-
gines, ita se ostentant, ita uenditant, ita circumferunt iacta-
bundi, ut prae se ipsis pro nihilo habendos philosophos arbi-
trentur. Nolumus, inquiunt, has uestras philosophias. Et
quid mirum? nec Falernum canes. Sed nos hac fini epistolam
claudamus. Si dicunt aliquid, nonnemo sibi promerentur bar
bari illi sola rerum cognitione, non esse facile dictu, quem lo-
cum, quid laudis tu tibi uendices, qui sis inter philosophos
eloquentissimus, inter eloquentes, ut dicam graece, φιλοσο-
φώτατος. Florentiae. iij. Nonas Iunias. M.cccclxxxv.

HERMOLAVS BARBARVS
Ioanni Pico Mirandulae suo, S. D.

EXpectabam quidem istinc afferri aliquas omnino ex
te literas, quas superioribus diebus ad te dedissem, sed
tacitas (quae tua liberalitas est) etiam in ciuilibus, et immo-
dicis remunerandas esse censuisti, non epistolam rescribis,
sed uolumen ferè iussisti. Ea uehementer, ut par erat, attulit in-
credibilem uoluptatem, quod indicabant te quamquam occupa-
Laurentius ille Medices, uir optimus, ac sapientissimus, for-
tasse dignum eo arbitratus, ut opera, labore, industriaque no-
stra magna inde omnino utilitas eliceretur: Deprehendi igi-
tur multa noua in codicibus uitia, multa in interpretibus:
quoniam uidelicet in erudito nati sæculo, cum latinitatis
ipsius imperiti fuerunt, tum græcam linguam penitus ignora-
uerunt: multa uero sunt illis legis græcis edita uerbis, quæ
aut omiserant lectores, aut in latinum sermonem pessime
conuerterant. Quapropter operæpretium me facturum
credidi, si commentarios aliquos confecerim, quibus in in-
tegrum compendiis tellis restituerentur, & linguæ latinæ
uis, quæ tota pene in legibus est, explicaretur. Quod ut ex

sententia perscriptam, cuius etiam quoque me admonet, quod ego quoque suos libros nactus, quos e latina in graecam linguam Iustinianus idem transferendos curavit. Unum dumtaxat est, quod quidem me non tam impedit, quam remoratur: quod publicis lectionibus dum linguam utramque, dum philosophiam profiteor, multum mihi operae subtrahitur, multumque temporis eripitur. Etenim quarto praecipuum laborem desyderabat, in eam videlicet studia tantum subscribendis confirmant. Sed erat hac nostrae singulare tamen authoritate quoque Maximiliani nostri Romanorum invictissimi regis muniende. Qui cum designatus iam (sicuti speramus) imperator sit, cuius esse legibus armata maiestas debet, favebit opinor illius studio, qui tantopere sit in armis ipsius, aut expoliendis, aut recognoscendis occupatus. Vale, Florentiae, iiij. Nonas Febru. M cccclxxxiiij.

LAURENTIUS MEDICES
Angelo Politiano, S. D.

EX literis quas ad Michelottum dedisti, factus sum certior, filiolos nostros adversa valetudine vexari. Id ut humanum parentem decet, graviter, molesteque tuli. Quam profecto molestiam tu praecavens, multis verbis, ac rationibus animum nostrum confirmare conatus es, ut in maximam de nostra constantia dubitationem venisse videare. Quod tametsi ab amore in nos tuo proficisci certus sum, multo tamen maiori molestia nos affecit, quam significatio ista adversae valetudinis liberorum. Quamvis enim parentis substantia liberi esse dicantur, multo tamen magis propria est animi aegritudo, quam filiorum. Quibus enim integer, ac sospes est animus, caetera ut facile rerum incolumitatem consequantur: quibus vero infirmus, nullas magnam

pariat

permissi à fortunæ fluctibus iactat, nullum est iam placa-
tum æquor, iam quieta militia, quam perturbatione commo-
tur. Existimas ne me adeo naturæ imbecillem, ut tam pere-
ne ac mouear? Si uero eiusmodi nostra natura est, ut facile
hæc atq; illuc perturbationibus agitetur: at moderatam rerum
experientia confirmatus animus, sibi constare iam debuit.
Ego siquidem non aliud nunc tantum, sed etiam grandiora
cunq; expertus sum. Patre amisso a primo pueritiæ, cū
annum agerem primū & [illegible]simum, ita me fortuna afflictat
exposuit, ut quādoq; me non penituerit mei. Quapropter
existimare debes, quam nobis bonitatem natura negauit, ex-
perientiam attulisse. Verum, cum tu in epistola ad Miche-
lottum, imbecillitatis animi nostri asseueras non parum uide-
ris, atq; in tuis ad nos literis sententiæ pene addideris, atq; in-
genij nostri dotes extollas: hocq; simul pugnare uidetur,
aut alterū falsum est, aut non ea es animi magnitudine, quā
in me desyderare uideris, cū & in tuis ad nos literis silentio
prætereas, quæ scripta ad Michelottū sunt, tanquā non tua
à me accipienda sint: atq; ego qui constantior, multo magis mi-
cilem, quam liberorum multitudiné mihi modestiam allaturā.
Sed uolo esse in parum longior, ut tū idem uicem respondeam,
quid in te uituperē, uerū ut ipse literis & parum firmiore,
& prolixioribus uerbis prosequi uidear. Si quid est in epi-
stola quod te mordeat, id totū condones amori nostro, atq;
exercitationi, cui ut pro abundantiori materiā suppeditet, si
in quemquam inuehimur, quem si laudamus, utroq; lector
compos est in utroque, ut exuperantior, quam laudis. Gau-
deo te tam in morem laudem nostram se totum dicauisse tra-
didisse, illi gratulor, tibiq; gratias ago, quod eum ad hæc
prosequenda studia excitaueris. Tu uero sic, ut hominem ad

literas inflammasti, ita studio currens, stimulosq; adijcis, ut perficiant. Ego propediem nos visam, communemq; nobis in hoc sinu Musarum iterum me adiungam. Bene vale. Pisis, Pridie Calend. Aprilis, M. cccclxxxvij.

ANGELVS POLITIANVS
Laurentio Medici suo. S. D.

NOn quod tuae constantiae, sapientiaeq; diffiderem, propterea literas dedi ad Michelotium potius quam ad te, de liberatione nostra a [illegible] dire: sed quoniam sum veritus, ne forte incommodius uideretur, si grauior tibi hic nuncius alieno tempore obijceretur. Tabellarius enim saepe literas non apte, non loco reddit, scriba uero temporum caput omnis articulos. Memineris igitur uere sum Laurentium Medicem, cui male, si possere, recalcitrat undiq; tutus. Nec uero ista repugnant, quod hic te reuereor, et laudo. Nō enim ob aliud reuereor, quam quod omni laude puto dignissimū. Mollis uero illa tua uerecundia, tantum abest ut me laedat, ut ipsas quoq; nescio quo pacto, pene mihi magis blanditias commendarit. Iulianus tuus uero frater, hoc est ut docti putant, sed alter, ipse sibi in studijs est nō modo unus nec rificus hortator, sed et praeceptor. Nihilq; nobis ad summam uoluptatem deest, nisi quod abes. Vale.

ANGELVS POLITIANVS LAV-
rentio Medici patrono suo, S. D.

BAptista Leo Florentinus, e clarissima Albertorū familia, uir ingenij elegātis, acerrimi iudicij, exquisitissimiq; doctrinae, cum cōplura alia egregia monumenta posteris reliquisset, tum libros elucubrauit de architectura decem, quos propemodum emendatos, perpolitosq; editurus iam erat in lucē, ac tuo dedicaturus nomini, fato est functus.

Huius

Habuit frater Bernardus, homo prudens, tuiq; inter primos studiosus, ut sua opera tanti viri memoriae, voluntatiq; consuleret, et illam in se meritis gratiam referret: descriptos eos ex archetypis, atq; in volumen redactos, tibi repraesentat Laurenti Medices. Et cupiebat ille quidem, ut ipsum apud te munus, ab Leone Baptista commendarem verbis. Quod ego mihi nulla ratione statui faciendum, ne tam absoluti operis, tamq; excellentis auctoris laudes culpa detererem ingenij. Nanq; operi quidem ipsi multo plus ex lectione praeceptum accedet, quam quantum ego illi verbis consequi possem. Authoris autem laudes, non solum epistolae angustias, sed nostram omnino paupertatem et inopiam reformidant. Nullae quippe hunc hominem latuerunt, quamlibet remotae literae, quamlibet reconditae disciplinae. Dubitare possis utrum ad oratoriam magis, an ad poeticen factus: utrum gravior illi sermo fuerit, an urbanior. Ita perscrutatus antiquitatis vestigia est, ut omnem veterum architectandi rationem, et deprehenderit, et in exemplum revocaverit. Sic ut non solum machinas, et pegmata, automataq; permulta, sed formas quoq; aedificiorum admirabiles excogitaverit, optimusque praeterea et pictor, et statuarius est habitus. Cum tamen interim ita exactissime teneret omnia, ut vix pauci singula. Quare ego de illo, ut de Carthagine Salustius, tacere satius puto, quam pauca dicere. Hunc autem librum Laurenti, cum tibi praecipuum locum in tua bibliotheca velim attribuas, tum vero et ipse legas diligenter, et legendum vulgo, publicandumq; cures: nam et ipse dignus est, qui volitet docta per ora virum, et in te uno propemodum recumbit desertum ab alijs patrocinium literarum. Vale.

ANGELVS POLITIANVS RAMberto Malatestae Principi, S. D.

Non

NOn possum facile consequi uerbis, quantū mihi epistola tua pariter & admirationem attulerit, & uoluptatem. Admiratus enim te sum loco, fortunaq; ista natum, cum popularibus negocijs, tum uero militaribus studijs occupatū, sic tū profecisse in literis, ut cōferēdus propemodum cum professoribus ipsis, & hoc uno semper agentibus uideare. Voluptati aūt fuit amor erga me quidā tuus nō uulgaris, quem in epistola eadē non significatione modo aliquam mihi, sed expressum propè imaginē ostēdisti. Quare habeo gratiam meis libellis, quoniam, & paucis adhuc, & rudibus, qui animū erga me tuū tā facile cōciliauerint. Qui tamen uerū digni fuerint laudibus, quas in eos minus homo humanus contulisti, magis illud cogito, quomodo indulgens amori tuo, quam quomō pudori meo parceres. Quod uero ad causam tuā attinet, nō credo tibi persuasū, ut eā rē sedulantius optet, quam ego. Quapropter enitar, faciā, experiar, denique nullū reuittā studiū, quo tuae isti uoluntati, atq; beneficentissimo desyderio satisfiat. Caeterū illud male iā est, quod certi adhuc, q̄d quidem ad te scribā, nihil habeo. Nam enim commendandi Petri Medicis copia nobis paucis his dieb. quoniā scilicet adhuc animi causa rusticatur. Cum primum se in urbem receperit, praesto erimus, operamq; dabimus, ut illius erga te uoluntas aut eliciatur, aut si opus etiā fuerit, impellatur. Rumor certe magnus apud nos de belli apparatu, deq; militum delectibus increbuit. Nam cōtra, nec ad pacem magis, quod bene uertat, & cōcordiam spectat. Librariam prouinciam Marcellus ipse suscepit, nos ei operam polliciti omnem sumus. Picus Mirandula noster, et tuis literis uel ad me, uel ad Marsilium, mirifice te diligit: cuius etiam nomine salutem tibi ascribo. Vale, Florentiae, Nono Calend.

Idus Augusti. M.cccclxxxiij.

ANGELVS POLITIANVS LAVrentio Medici, Petri Francisci F. S. D.

Cogis tu quidem me Laurenti carmen edere incognitum, immo inconditum, et quod in publico semel pronunciatum nimis fuisse impudentis visum sit. Satis profecto fuerat semel se iactasse ventum, quod iam foret impensius animal, ac posse etiam inter insecta illa, quae vocantur Ephemera, connumerari. Namque ego id ad praesentem dumtaxat celebritatem, quasi Adonidis hortum concinnaveram. Prorogare tu nostrae Mantus (ita enim inscribimus) non tam vitam cupis, quam delicias: servus sim, si tibi quid denegem, tam nobili adolescenti, tam probo, tam mei amanti, tanto denique cum nostra studia efflagitanti. Quare habe tibi quicquid hoc libelli, ac tu quoque assiduitate nostro aliquando favens, et quae tibi Musae amatoris carmina vernacula suggerunt, ne patere quaeso a nobis expectari diutius. Vale. Florentiae. iij. Nonas Novemb. M.cccclxxxij.

ANGELVS POLITIANVS Iacobo Salviato suo. S. D.

EN Rusticum tibi, id scilicet ab argumento inditum nomen. Tuo coactu prodit in vulgum, tibi est imputandum quicquid acceperit existimationis. Iam nescimus, quam tibi iucundus sit, vel suo ipsius nomine, vel meo. Tua enim fide intro, meus hic certe agellus quanquam et si semper cara apud te iam inde a pueritia extabat: plane cum tuis nunc vel ob id ipsum commendatior debet, quod ei nuper Laurentio Medici, principi viro, cuius ego cliens, alumnusque sum, unus ex omni Florentina iuventute gener ascitus. Prodit igitur in tuo patrocinio authoritatem, atque gratiam, quam addidit tibi et

nunc

uiri excellentis affinitas, et tua egregia indoles, moresque suauitate conciliant. Vale, et ut facis, ama.

ANGELVS POLITIANVS
Laurentio Tornabono suo, S. D.

D*Ebetur haec sylua tibi uel argumento, uel titulo. Nam et Homeri studiosus es, quem hic noster complectitur, et propinquus Laurentii Medicis, summi praecellentisque uiri: qui saltem Ambram ipsam Caianam, praedium (ut scis) dextrum, construxit, quasi pro lenimento sibi delegit ciuilium laborum. Tibi ergo potissimum hoc quidquid est, nuncupamus, ut sit amoris nostri testificatio, sit stimulus quidam tibi ad studia literarum, praesertim graecarum, in quibus tantum iam tantum processisti, ut uideare ad summum breui, si modo perseueraris, euasurus.* Vale. Florentiae. Pridie Non. Nouemb. M.cccclxxxv.

ANGELVS POLITIANVS
Petro Medici suo, S. D.

F*Acere non possum, quin tibi agam gratias mi Petre, quod autoritate, operaque tua curaueris, ut in collegium nostrum Matthaeus Franco, homo (ut scis) mihi amicissimus, cooptaretur. Est autem non modo isto (licet liuidi quidam rumpantur) sed quouis honore dignissimus. Prima illi commendatio contigit apud patrem tuum, sapientissimum uirum, iocorum, et urbanitatis, cum faceta ille scriberet carmina, patrio sermone, quae nunc Italia tota celebrantur. Quin idem pater tuus paene infantem adhuc te, quaedam ex his facetiarum ridiculi gratia docebat, quae tu deinde inter assiduos amicos habebas, et eleganti quodam gestu, quo quidem illum decere uidebat, commendabat. Nec tamen insulsior Franco in sermonibus, usuque domestico,*

siue

siue in historia, siue fabula comica, siue id genus oblectamen-
ta alia requiras, in quo comicus ingenium magis emineat,
quam prudentia. Nihil enim unquam scurriliter, nihil im-
modeste, nihil non suo loco, nihil extra rem, nihil incomite,
nihil sine delectu. Quare siue rusticaretur animi causa, siue
balneis operam daret Laurentius parens tuus (quod te me-
minisse non dubito) Franciscum sibi adducebat comitem, cu-
ius lepore quasi recrearetur. Adhibuit eum deinde consi-
liarium Magdalenae sorori tuae Romam proficiscenti ad
virum, idcirco ut rudis adhuc puella, quae nunquam de
materno sinu se promouerat, paternum aliquem circa se
haberet amicum, ad quem de re dubia referret. Hic se
Franciscus (ut homo est summa patientia, sed & dexterita-
te) sic se inserit quo pacto duxit, ignotisque moribus ac-
commodauit, ut & seniorum beneuolentiam collegerit,
& sorori ipsi tuae facile unus omnia paternae domus sola-
tia repraesentet. Gratum esse Innocentio quoque pontifici
ferunt dicitur, gratus aliquot e purpuratis patribus, cae-
teris illum ciues, qui Romae negotiantur, in oculis gestant.
Quid quod breui consuetudine, Romanis sic penitus carus
sit, ut iam non inter postremos habeatur? Est autem omni-
no ingenio versatili Franciscus noster, & quod rebus, ac per-
sonis omnibus congruat. Caeterum dispensatione domes-
tica neminem cesserit, quippe generis omnium quae possidet
ratio, non tam praescriptione similis potest, ac scire, quid
quisque agat, quam quomodo, & quatenus agat. Addam
tamen adhuc illud insigne, amicos diligentia amicos parat,
nimio fidelitate retinet. Meus certe in ipsis sum, contraque ipse
in me sic amore consentit, ut quod gratissimum est, & nos inter
rara admodum paria numeremur. Itaque hic me esse caren-
cum

cum paucis ab te factum, quando illam quoque nunc, id est alteram me, nostro ordini aggregasti. Non enim minus in eo mihi, quam in memetipso uideor beneficium. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Francisco Vrsino suo, S.

EXigebas a me super ponderibus dudum, ut polliceare nomina, & mensurarum breuiter tibi colligerem, sed quoniam plenissime fit apud Vegetium Renatum in eo libro quem nunc in manum sumpseris, quo medicinam ueterinariam pertractat. Geram tibi morem, sed & libentius sane cedo. Nam cum in Petri Medicis alumni, patronique mei sis amatorem, ijsdem cum ipso laribus educatur, excellentis & indolis, & uirtutis, & ingenij puerum, idemque singulari erga me semper humanitate, nihil est utique quod magis ex animo faciam, quam quod esse tibi quam gratissimum sentiam. Prius igitur de ponderibus accipe, mox uero & de mensuris. Minimum pondus est, quod lente scripulus, & id grace dictus obolus: pendere is partitur siliquas omnino sex, quae ceratia graece nominantur, hoc est quantum lentis octo semina. Tres uero scripuli drachmam faciunt, quod est argenti pondus. Duplex drachma sicilicum facit. Drachmae additus scripulus sextulam creat. Sextula unciae sextam habet. Sextulae duae duella uocantur. Octo drachmae reddunt unciam, quae scripulos omnino continet quatuor ac uiginti. Sed & unciis duodecim Romana libra constat: namque Attica maior est, ut quae drachmas conficiat septem & septuaginta, cum Romana sex & nonaginta. Sic drachmae centum minam constituunt, uiciens drachmae quatuor Romana libra. Talentum uero Atticum maius est, ac minus: quod minus habet minas habet sexaginta, quae sex milia drachmarum sunt: quod

maius,

Ponderum nomina.
Scripulus.
Obolus.
Siliqua.
Ceration.
Drachma.
Sicilicus.
Sextula.
Vncia.
Duella.
Libra Romana.
Libra Attica.
Mina.
Talentum Atticum maius & minus.

meant, imo & octoginta minas, sed & uncias insuper qua-
tuor, tunc maxime aequum pondus Attico talento. Dixi de pōde-
ribus, dicam nunc & de mensuris, illis inquam non quibus De mensu-ris.
agri, sed quibus aut fruges, aut liquores dimetiuntur. Inci-
piemus autem ab amphora, consecrata Romanis in capito- Amphora.
lio, ne corrumperetur. Capit haec omnino quantum tessera,
quae quoquouersus in arcu pedum quatuor. Pes autem sedecim con- Pes.
stat digitis. Duplex amphora modius est, ut sciremus grae- Modius.
& medimnum: eademque triplex efficit sextarium; sextarii di- Medimnum.
midium cotula vocatur, & hemina: quatuor vero sextarii Sextarius.
choenica complent, ut sex congium, qui latine chus dicitur. Cotula.
Unde sex sitas, sextarii nomen, quod tum sexies congius capit. Hemina.
Scribit tamen Pollux congium choenices esse tertiam partem, Choenix.
choenicas esse & quadraginta medimno contineri. Sed & Congius. Chus.
hemina sex impletur cyathis. Cyathus vero pondus fert dra- Cyathus.
chmas decem, sicut oxybaphi quindecim. Cyathi pars quar- Mystrus.
ta mystros, huius tertia chema, quae duo cochlearia capit. Chema.
Sunt & acetabula, quae terna dena capiunt medina (?). Et om- Cochlear.
nium maximus culleus, quem viginti amphorae complent. Acetabula. Culleus.
Addam notas etiam quasdam, quae legentem perturbent.
Sextarii nota haec est —S S— Scripuli ∋ Unciae [symbol]
Semis —S— Librae [symbol] Absolutum quod nobis pensum
dedisti. Et quid est quod in eo genere adhuc desyderes, etiam
aliquid etiam potes audacter uti opera nostra. Restat ut te
laudem Francisce, quod studium tantum adhibeas comparan-
dis equis bellatoribus, & armis, sic ut libros etiam diligen-
ter, quibus ipsorum cura continetur, & exquiras, & evol-
vas, ac peritos, id est veterinarios consulas, quorum scilicet
ope vocabula quaedam desita, ut doctissimi quidem viris in-
tellecta consequeris. Dices hoc te bellicis laudibus subtra- (?)

tate, ac flagitijsque maiorum, gratissimisque nostris sordibus insi-
stentium qui semper in artibus incredibili gloria floruerunt,
et nunc cum maxime florent: sic ut simul ac Vrsinam nihil esse
aliud videri possit, quam ingenium fortissimorum, doctissimorumque
magnanimorum quoddam quasi seminarium. Vale.

ANGELVS POLITIANVS
Marsilio Ficino suo, S. D.

QVantum et voluptatis, quantumque pariter afficit gaudio Marsili pater, quod te, Picumque nostrum, sic esse cum cernit adeo non modo ut idem sentiatis in animis, sed et iisdem stu- diis in studijs requiescere, ut nihil non mutuum esse videa- mus perspicio, quam nos esse amor atque virtute. Quid quod eorum in hoc incidimus, ut nostra studia pro aetate haereant, ac non aliud perennis, sed eorum amore sollicitati, semper hoc agimus tamen, ut dissensiones inter nos effugiat, ut nulla fere pene studiorum parte cessetur. En enim Picus ipse Mirandula sacras omneis literas eruerat, adversus ecclesiae scriptorum ho- stes directa fronte decertat, inter Aristotelem interim, Pla- tonemque semper medius, et ubi coniuncti mediat. Tu Platonem, quamquam et alios caeteros, sed Platonicos tamen ipsum ma- xime, Platonicosque omnis, et latine loqui doces, et aeter- nis commentarijs locupletas. Mihi vero (quandiu caeteris stu- actus in Philosophia vestra sum) iucunditas illa certe libera- rum est, quae non minor habet incunditatis, etiam si mi- nus auctoritatis. Nam quod ad astrologos attinet, de qui- bus epistolam mihi pulcherrimam scripsisti, laetor sane pro- re, quod a Pico nostro ea quoque vel nunc praemia sint, vel olim tamen sistoria. Nec enim necesse obstiterit, sed tibi aliud aliis assumi sit, aut ex diversa parte opinionem aliquid de fore asserit. Nam nec mutare sententias turpe philosopho, qui

certitud

[illegible], et ad epiphonema usque saepe si non in-[illegible] accommodat, quod et Aristoteles in Rhetoricis libris, et in dialogis illis suis, qui quidem dogmatici non habentur, [illegible] legem, in qua [illegible] aliquid repugnare contra legem est, aliud in [illegible], aliud in [illegible] decernunt, hoc est (ut mihi videtur) aliter rudibus, aliter eruditis praecipiunt. Ago vero tibi gratias ingentes, quod me dignatus honore tanto fueris, ut meas potissimum tuas sententiae [illegible]. Illud vero [illegible] facis et prodesse, quod [illegible] nocere me pergis. Tu quidem optime docuisti. Sed tamen [illegible], videndo [illegible], et invidi, quibus [illegible] sit bonis, ac doctis carent. Quod enim tu, si non amore deceptus (quamquam id potius) at levi certe similitudine, qua parva saepe magnis comparamus, adductus, mihi tribuisti, hoc isti maligni interpretes adulationi credo potius assignabunt, ut me quoque videbunt, cui si de eo mihi [illegible] placuerim. Mihi tamen contra longe plus est argumentum hoc amoris erga me tui, quam quod [illegible] isti vel sentiunt, vel loquuntur. Contentus enim [illegible], et [illegible], vel conscientia mea firmus, vel auctoritate tua [illegible]. Sed haec omnia [illegible]. Tu vero quod a Carteromacho [illegible] esse, [illegible] hoc Doctrinam [illegible]. Multam enim hic aquarum habemus, ut in convalle [illegible], [illegible] quam [illegible]. Tum vallis ipsa [illegible], cum [illegible] dia [illegible], totam tamen aestimare Florentiam potest. Et cum sic in proximo celebritas [illegible], semper apud me tamen solitudo est mera, quidem [illegible]

illo fortassis amat, atque pe... amatus Angelus tuo sic. Nã saepius
& ... suo ... ingeniosius ... ac ...
sicumq; de latebris scrinium ducit ad ... , quod non solum ...
go quidẽ, sed & ... plurimumq; semper incundi sermonis,
& ioci. Tu tamen ad me ... hic ... ma-
lis, debet scripsisse uel ... Nam ... quare ... cum
Pico quoque ipso nuper communicarim. Vale.

Epistolarum libri decimi finis.

ANGELI POLITIANI EPISTOLARVM LIBER VNDECIMVS.

ANGELVS POLITIANVS
Ludouico Sfortiae Vicecomiti
principi clarissimo, S. D.



T si minora fortasse uideri possunt, optime princeps, de quibus ego nunc ad te scribam, quam ut animaduersione tua digna sint: tamen quae tua esse humanitas dicitur, aequo animo laturũ confido, si ... probari tibi quamuis in studio, deuocare paulisper ad haec inferiora, uelut ab excelso fastigio te coner. Nam cũ tu princeps habearis ingenii perspicacissimi, prudentiaeq; singularis, idemq; bonas artes, & haec ingenua studia, quae profitemur, prae caeteris foueas, ... considerare debemus, ut ... quamobrem ... de nobis & loquaris, & sentias. Est enim bonorũ principum cum uiris eruditis tacita quaedam, naturalisq; societas, ut alteri ab alteris illustrentur, ac sibi mutuo suffragentur,

gratiam, & gloria principibus, & doctis authoribus cõcilia-
tur. Sed ut ad id ueniã aliquãdo, quod me ad scribendũ hãc epi- Georgius Merula.
stolam impulit, Georgium habes Merulã praestantissime prin-
ceps, hominẽ doctissimum, qui nõ solum doctos politiores-
que, consultiores etiam reddit, uerum scribendo quoque res tuas
gestas, maiorumq; tuorũ, nõ posteritati modo, sed etiã (ut
credimus) aeternitati cõmendat. Hunc ego uirum cũ antea
semper dilexi & colui, tum postea quã sub tuam quasi [illegible]
lam se contulit, quibuscunque officiis potui, sum prosecutus.
Nam & quoties [illegible], laudas, sicut merentẽ ma-
gis & [illegible], quibus profecto non caret, [illegible]
[illegible] & [illegible] postremo [illegible], quam honori
[illegible] potui, scriptis meis [illegible], ne
maior esset inter nos amicitia, quam [illegible] de-
cerneret, quae nos tamen [illegible]. Nam triennio iã,
& literis saepe sum familiariter, & [illegible] sermonibus, &
[illegible] denique ipsa cotidiana conuersatione, non modo [illegible] no-
bis, [illegible] & [illegible], quantum [illegible], sed etiam [illegible]
[illegible]. Postremo librum quemque aduersus
Miscellanea nostra composuisse dicitur, [illegible] (quod
ipse ad [illegible] nostras, certe plerumque confecit. Quo equi-
dem libro tantum abest ut offendar, ut etiam gratias agam,
modo aliquãdo edatur. Sed hoc molestum, quod cũ diu uul-
go [illegible], adhuc tamen domi retinet, multis [illegible], nullis
mittitur. Itaque uisum mihi est dare ad hominẽ literas [illegible]
[illegible]
[illegible] ut mihi etiã
aliquando [illegible]
[illegible] causa [illegible]
[illegible], certe castigandi copia quandoque fiat. Hoc est denique

quod

quod ab ipso non solum multis precibus, sed suo etiam tanti mi clarissimi beneficij peto. Verum ne quis fortasse ad te nova rum literarum scriptorem se te desideret, et quo nunc animo offenderetur, mitto exemplum ipsius epistolae, qua videbis aequissimam postulationem meam cognosces: quod etiam ut impetretur, rogo ut animo meo, auctoritateque tua. Nam si cubi respondendi facultas dabitur, terminum equidem dabo, nisi tempus iam iudicem nuncupabo. Tum ut alia multa posthac, ita nunc resp... consummatum tuo clarissimo nomini dedicabo. Quanquam enim adhuc non contigit, ut te ullis officijs demererer, curabo tamen sapientissime princeps, ut intelligas aliquando hominem, fuisse etiam Politianum gloriae, splendorisque tui studiosissimum. Vale. Florentiae, pridie Calendas Februarias. M. cccclxxxxiij.

ANGELVS POLITIANVS
Georgio Merulae suo, S. D.

EX literis et sermone multorum cognovi, iam diu te parum amice de nobis et sentire, et loqui: scripsisse etiam contra Miscellanea nostra librum criminosissimum, quem soleas quoque libenter, ut in quemque incideris, recitare: denique notissimum abs te (quod ne equidem credo) iterum quoque verbo contumeliosissimo appellari. Quae quoniam vix magis rumore iam increbuit, quam ut dissimulari iam possit, visum mihi est dare ad te has literas, quibus animum, sensumque tibi meum declararem. Ego te ad hanc diem mi Merula semper et dilexi, et colui, quotidianisque sermonibus, atque hoc ipso Miscellaneorum opere, quod reprehendis, collaudavi. Nullaque denique est a nobis in te (saltem quidem mihi sim conscius) orta iniuria. Quapropter mirari subit quae causa sit, cur tu suspicionem

dare

[illegible] in epistola aliena a nobis laesum conceperis: aut certe non potius ipse ad me libere scripseris, cupiamque scire is etiam si uno tibi homini, uel agnoscendi errores suos, uel refellendi. Non enim mihi fieri iniuriam puto, si quis aliter atque ego sentiat, aut scribat: quoniam sententiarum diuersitate, praesertim in literis, amicitiam distrahi non est necesse: quin potius deberi me illis magnopere intelligo, qui me ab inueteratis erroribus aliquando reuocent. Quare tu quoque si quid in me tale uel reperisti hactenus, uel adhuc [illegible], unde ego bonam [illegible] famae iacturam, libere tamen ostendas, ut etiam perpetuo me tibi debiturum profitear. Rogoque te per amicitiam nostram, per communia studia, per quae inter nos [illegible] obtestor, ut istud quicquid est, edas aliquando in lucem, ut et mihi occasionem uel emendandi mei erroris, si uero, uel defendendi, si falso accuser. Illud me [illegible] uidere me non scripsisse ad me familiares quosdam tuos, quibus etiam ego tui honoris causa, ne responderi quidem, [illegible] te in omni uerbi nostrae aetatis professores, ac [illegible] [illegible] de libellis quibusdam nostris reportare, unde etiam locis gallinaceum (quod dicitur) [illegible] sumpsisse te [illegible]. Quos ego magno fermento ab obtrectatoribus tuis confictos, quibus ab te [illegible] credideri[illegible] [illegible]. Nam quid habet in hoc seculo [illegible], quod contemnas? Aut cur nostra libris tuis conferri te postulas, quos auspicio Ludouici Sfortiae, sapientissimi principis inuenisti? Certe tu beneficium si suspicaris, quod [illegible] quam largiter debet, magnum profecto te [illegible] [illegible]. Caeterum de commodis [illegible]. Multo enim tu melius perspicere quam nos, quod nemo efficacius [illegible], et potes, et debes. Ergo illud a te breuiter peto, ut illi

 ut istud

at illius scriptorum uecordiam (quae nimia est) aliquando publicet, locumque nobis des ad purgandi nosmetipsos, uel corrigendi: quod si feceris, pollicear me quoque par pari relaturum. Vale.

IACOBVS ANTIQVARIVS
Angelo Politiano suo, S. D.

Bernardus Riccius inter disciplinas, et obseruationes tuas satis instructus, non poenitendus, potestatem nobis fecit legendi exempla earum literarum, quas cum ad Merulam, tum ad sapientissimum principem Ludouicum eadem de re nuper conscripsisti, et quid a me consilii postularis, ostendit. Conueni cum eo in sententiam, ut literae ipsae eidem ne suo redderentur, ne illis forte suppressis, aut dissimulatis, si res ad aures peruenisset de Miscellaneis tuis, in aliquo mala fuisse uideremur, cum defensio longe uberior, quam accusatio sit parata. Quid iste sentiat, aliqui (quod nostis) lectitant uendere, atque eloquentiae non indigentibus, ex literariis commodis hoc adit, plane ignoro. Satis gloriae sibi comparauit: quem ex quae commentatus est, et quae scripsit, magnus profuturus ipse, et adolescentium gratia sunt recepta, nunc alienae, si quo suo insultari fuerit, non male audire, quam male detrahi alteri, studii oblitus, aut prodigus sui. Inter professores primas sibi partes uendicat: hic ambienti concedatur et merenti, sed ea lege, ut ab illo secundas esse non debeas, nisi ante concessit. Spero tamen (ut a doco dissimi) hominem tibi non multum nocere posse, cui prodigue detrahens sit os ... Iure tamen pietatis erga illum meae fuerit, et amoris quoque in te mutui, diligenter curare, ne te mordendo lacessat. Sed quod aequissimum putas, si quis in tuis libris a ueritate, aut a maiestate Latina, cuius assertor studiosissimus semper fuisti, remotum deprehendit,

pendit, & dicenti, ostendit boni consulentis more quasi si parentis verbum dari, neque [illegible] ita corrigere. quam plurimum prodiisse ingeniis conspexi. Vale, Mediolani [illegible] Februar. M.cccclxxxxiii.

LVDOVICVS MARIA SFORTIA
Angelo Politiano. S. D.

IT ab natura, & maiorum instituto erga doctos nobis insitum est, quod fieri in optatis, ut eos diligamus, & ubi [illegible] accidit, [illegible] amemus. Hoc autem tecum eo studiosius agimus, quod ad doctrinam hoc plus habes, quam in Medicem genus nobis amicissimum & [illegible] dederunt, & illi [illegible]chanis habemus. Itaque minime gravamur cum Georgio Merula id egimus, quod petisti: eo modo ut tu clarius intelligas, quae per obscuros hominum sermones de illius in te accusatione istuc ferri dicis: [illegible] probare [illegible], ut quod in[illegible] [illegible] agnu[illegible] [illegible] transferrent. Neque [illegible], quod scribe[illegible] apud nos [illegible]. Itaque [illegible] cum tibi [illegible], & [illegible], quae [illegible] ab aliis [illegible] obliviscatur tamen quod veteri amico, & homini literato [illegible] debeatur. Vale. Viglevani, die ii. Martii. M.cccclxxxxiii.

GEORGIVS MERVLA
Angelo Politiano. S. D.

COnquereris ô Angele per literas, quod [illegible], si [illegible] professo, [illegible] literatos [illegible] habeatur, te [illegible] gravioris [illegible] consciverim, quem & si [illegible] edidi, [illegible] [illegible] [illegible] mirere, cur hoc in te [illegible]

tias, qui me coluerit, laudauerit, & nulla iniuria affecerit. Ego uero Angele priusquam te nossem, fama tantum tui adductus, quibus potui officijs sum prosecutus. Libros graecos, in quibus eruditio ampla, & recondita continetur, Florentiam ad te misi, nihil sine uenia, quod emendas, & inter ceteros studiorum fecit. Quid quod de te semper honorifice sum locutus: tantumque tibi deferebam, ut qui audirent, plus amicitiae, quam ueritati me tribuere existimarent. Meministi credo, quid in frequenti auditorio Venetijs, cum ad me accessisses, palam dixerim, te illum esse, quem priscae, & Romanae doctrinae instauratorem nobis pollicerer. Nihil unquam contentiosius sum locutus, nec est qui audierit Merulam aduersum tua scripta (Miscellanea excipio) quicquam quod te offendere debeat, protulisse. Nisi mere duas syllabas in uerbis antiquis positas, alij solicitius tetigere. Ego haec, & talia in Politiano non magis, nec culpari debere dixi. Miscellanea ut primum mihi oblata sunt, tota ipse pernoctans, carptim legi. Cum in eum incidissem locum, ubi cum honesta praefatione mentionem de me facis, non potui non gaudere testimonio tuo. Quis enim a uiro erudito laudari non expectat? Ceterum familiares quidem, & discipuli animaduertisse se mihi retulere, non admodum pauca, quae iampridem a me didicissent, & lectis prodidissem, cum author eorum essem, in Miscellaneis a te usurpari, atque suppresso nomine, aliquibus peruerse interpretata damnari. Mouere mihi stomachum, extra tamen iram, & obtrectationem. Deinde paulo curiosius dum capita percurro, plura inueni, quam a familiaribus accepissem. Ita dum mea partim subrepta, partim subdole designata cognosco, paucis tamen altercatio in aduersarios magis, quam in eadem conscripsi. Dices,

cur non contra me [illegible] iniuriam expostulasti? Non aequè fuit etiam consilii tui, quasi inter alia nec cognoscere, nec comperire scripta mea satis habuisti [illegible] magis qualia [illegible] [illegible] quid peccasset indicare. Voluisti, [illegible] [illegible], ubi te notam sensisti, diligentem Miscellanea exempla [illegible], tamen retractare, si quid perperam scripsisses: et quod bona nomina facere solent, si non erat unde debitum redderes, saltem apud creditorem, quantum deberes profiteri. Quod autem indignaris, et aegre fers, quod [illegible] nostri temporis professorem, non abundare doctore mihi videri, abstinui querelis ab ira, et indignatione. Satis enim constat ex commentariis nostris, qui circumferuntur, quid in re latina praestare valeat Merula. Habent in publicum, et in [illegible] [illegible] nostrae Centuriae, quorum acer, et impetum quis sustinebit? Terga protinus dabunt, et diffugient. Centurias et ad libros redeam, quos [illegible] Ludovici principis [illegible] [illegible], et [illegible] [illegible] [illegible] quasi beneficium [illegible], quid [illegible] [illegible]. Publicam [illegible], et [illegible] [illegible]. Gessisti credo morem, et scriptorum [illegible], ad quos [illegible] diligentiam, et fidem Merulae iam [illegible] peto. At [illegible] [illegible] in ingenio, si [illegible] [illegible], certe [illegible] esse, qui [illegible] [illegible] [illegible]? Caeterum [illegible] [illegible], importunum non [illegible], superest [illegible], [illegible] [illegible] ingenii [illegible], [illegible] praeterea [illegible] [illegible], et ampla [illegible] [illegible]. Et haec satis ad Politianum nostrum. Vale. Ex Mediolano. xi. Calend. Mar. cccclxxxxiiij.

ANGELVS POLITIANVS
Georgio Merulae suo, S. D.

Gratae

Cum ante mihi omnino literae tuae fuerant, gratiores fuere tamen, si quod ego in ipsum opusculi prooemium ad te, scriptum quoque Miscellaneorum nostrorum notas attulisset. Nam ista quidem ratio scribendi tua, nec debendi cuiquam mihi potestatem, nec agnoscendi fecit. Sed quoniam ita mutuum tu fuit, quo in tantis paulo rescriberem, secutus ad haec ipsa quoque epistolae tuae capita respondebo. Commemoras officia, quae adhuc ignoro praestiteris. Misisse enim graecos ais libros ad me Florentiam, plenos eruditionis reconditae, nihil tamen quod amabo, et inventor studiorum fieri. Non soleo Marcelle nec facile oblivisci, nec libenter dissimulare, si quid cuiquam in me quisquam beneficium contulerit. Caeterum tu quidem a te libros missos nescio, ac si qui illoc etiam Venetiis allati sunt, eorum copiam senatus Venetus Laurentio nostro Medici semper fecit. Sed nec ego amabo, aut invideo studiis tuorum; quamquam enim tu me omnino in literis magnum, non tamen plane latuit, ut te mihi nunquam ad imitandum proposuerim. Nam quod te semper de nobis bene sentire ais locutum; malo equidem tibi, quam tuis familiaribus credere. Solent enim minuti quidam, et pusilli, famam quoque libenter magistrorum suorum detrectare. Cuiusmodi hominum malignitatem, ingratumque animum nos quoque interdum, magis etiam, quam volumus, experimur. Videbor consuluisse me tecum studuerant, falsique ob id suspicionibus implicantur. Sed ais fecisse deprehendi syllabas inquit in nostris versibus. Rogo, quas? an eas forte dicet, quas in fronte ipse statim, sicut alia errata librariorum colligimus? At hoc pervulgatum est: non enim praestare alienam culpam debeo, quam praescriptam correxerim. Nescis quam saepe conquesti illi, qui librorum excussoribus operam navarunt, ita explicare se solent, ut in quoque haesitaverint, ut

aut

aut subdola pro incerptis supponant, aut ipsi ex tempore ad finem [illegible] aliis quaepiam commiscentur, et praeterea si confusis, ac perturbatis scripta sint exemplaria, sicuti plerumque solent, quae primo procuduntur. Nam et illud usu quandoque venit, ut ex ipsis quaedam scripta nostra facile erigamus. Quod si ceterum iste sit locus, quorsum quaeso illa tua defenderet non scrutans, nō alia valent velamina pani. Et iam Cal [illegible] latrator obvia verba jacit. Nō enim saltē codicem proferre aliquem potes, qui corruptae lectioni adstipuletur, sicuti nos in Catulliano illo versiculo, quem quidam frustra imma- [illegible] Fit autē interdum profecto, ut ne nostra quidem intelligantur, mendaque si quod ibi est librariorū, deprehendamus. Hoc enim quidem multa me praeterierunt, quae tamen locum, et aequum observent. Falcidiam scilicet artifices isti, pro aliabis, Sabadium pro sabazio, Theodoritum pro theodorito subdiderunt. Eidem capite duodequinquagesimo, Pedianum pro Pompeio, pro Iuvenale Vendeluianum. Capite rursum duodequinquagesimo, quartum ac vigesimum Plinij volumen, pro quinto et trigesimo. Sexto autem octogesimoque, Martialis septimum pro undecimo cituerunt. Masselarum quoque alibi quam mostelarium: et Caecilianos annales, quam Caelianos maluerunt. Solecismum porrō adhuc nemo mihi ex doctioribus obiecit. Nā quae vulgo quidā rugatores in angulis garriebant, ea non propalam ciuitas authoribus cōfirmarunt. Verum haec, et talia, inquam, in Politiano nec exigi, nec culpari debere dixi. Recte tu quidē, quādo haec errata nostra nō sunt. Nā si nostra iā culpa alia fient, magis aliquanto i nobis et ridicula fuissent, et reprehēdenda, quam in quibus [illegible] fuerit, quotiesque modo tandē vel loquerēmur, vel scriberemus. Loci miscellaneorum Politiani typographis corrupti.

rent. Verum ad Miscellanea, in quibus aliqua esse scribis, quod tua quaedam subripuerim, quaedam aliis subdiderim siue etiam aequali dignauerim. Ita nobis & plagium Merula obiicit, & dolos malos: graue utrunque crimen, sed utrunque falsum: nihil enim est apud me, quod tibi subreptum dicas, quoniam quae scripsi, partim nihil ad tuos commentarios attinet, partim ab iis dem tanquam per dissimilia. Verum de Sepulo nihil apud te, sed rude tamen adhuc, & inchoatum, de quo mihi tacendum putaui, ne statim dulcem reprehendere in castello nominatim te cogerer. Nam quod Ouidianum in quoque, ut si caudis cuiusdi de nardis in commentariolis quibusdam, quos adhuc equidem nõ uiderim, hoc possum, nominum, tamen nihil est, ut etiam etiã fortasse te pudeat. Vbi autem subdidi tua notauerim, nondum profecto intelligo. Nus equidem toto opere te laudaui, primum a doctrina, postremo & a moribus. Sed tu fortasse iniuriam tibi factam credis, quod ibi nobis essem non exaliore tecum pro diderim: quasi uero maior tui ratio, quam mei ipsius habenda ratio fuerit. Satis opinor amicitiae indicium, quod ut quoque fuit occasio, te laudauerim, nunquam reprehenderim. Iam uero illa errata, quae te alii iudicasse praedicant, rogo nobis quoque ipse aliquando indices. Effecisse credo, effecisse Merula praeterea, ut sententiae decedat. Nec tamen si quid usquam peccasse ostendero, defendam: sed agnoscam protinus, agamque tibi merito gratias. Nam & ipse posterioribus scriptis non dubitem quaedam latentia ex prioribus, exemplo doctissimorum uirorum retractare: sicuti pulchritudinem apud Iuuenalem, quae ... pusillas quoque pulchrior uideri posse tamen, quo poeta illos imitatur, qui conceptos ore aquarum bullas, per laquearia spargunt: ueritam enim ipsum Alexandrum etiam apud Alexandrinum Clementem,

Pythias Pythio.

quæ Serenus etiam dictos inuenitur casus simplices, & grammaticum declarare quispiam, sicuti nos ante notauimus, & uulgaris etiam nunc Græcorum lingua usurpat: a quo Tertullianum quoque illud pysillare formatum crediderim. Quod si tibi idem sensus, atque animus est, ut indicari a nobis aliquos ex tuis uidearis operis, uel saltem non noluisse fateris, profiteor hoc me quoque laude carere administratione. Nam quod & tu Centuriæ facis, ut ne tibi hic quidem meditari abstinere, facile patior. Sed quid est, quod tu scire, ut tergo dicis procubuisse, ac diffugiantis Auræ Parthorum gentis tuæ istæ Centuriæ sunt, ut uidelicet fugientem prælientur? Sed hoc in calce, neque enim me fugit aliud plane sensisse te, quam quod et tuis ceterisque uerbis expresseris. Libros autem recens inuentos, si publicaueris, optimi uiri officio functus fueris. Ita nos quidem Græcos e tenebris per manus eruimus, quorum cottidie nostris quoque non modo amandis, sed etiam obtrectationibus usque uti faciemus. Illud tamen, quod obijcis tibi casus pro latis pertinaciaque mihi mihi quoque sit aliquando obijciatur. Non enim tempus caritas hortatur dicto præferimus, sicuti tu et, nec faustique semper, quod ipse facis in studiis literarum. Vale. Pysillare.

GEORGIVS MERVLA LVDOuico Sfortiæ Duci, S. D.

POstulat apud te princeps excellentissime, Merulam tibi deditum Angelus Politianus, atque acriter premit, quod in alias scriptis suis, neque parcam, quantis de literis agatur, & probitate deliquerim, & ingratum me esse, qui cum tot coluerit, & aduersus obtrectatores defenderit, nec aliquid gratiæ reposuerim, aut criminis impingam. Postremo petit, ut ab obtrectatione desistam, & quod dem, & in capsis clausum contineo,

contineo, cur id diligendo non publicem, ut cassum se dice-
re possit. Ergo principio denunciamus, si quicquid de Politia-
no paulo licentius locuti sumus, aut a contumelia id dixisse
fatemur, poetas & oratores imitati sumus, & si quid in illis ha-
bent quod interpretationem indigeat, illud palam aperiemus,
etiam cum offensa grammaticorum nostri temporis, quibus for-
titer repugnamus. Hoc morem tenuere prisci, quoties diffi-
ciles quaestiones, aut condita quaedam, & abstrusa enu-
cleare, & expedire oportuit. Inter eos sufficienter non amici-
tiam non dissolvere, sed prior Merula magnis beneficiis in
Politianum provocavit. Graecos libros eruditionis sui se per
plures annos, alios sua opera, & diligentia Venetiis transcri-
ptos, Florentiam misit, quos oportebat, ut paulo curiosius ex-
citare gratiam se reddidisse existimat, quod de Merula in Mi-
scellaneis cum professione honesta mentionem fecit. Quae sane
tenuit agnosce. Pugnant solis cum dictis, nam quoties expli-
care quippiam, & obscuros sensus explanare tentat, Meru-
lam perstringit. Hoc animadverterunt, & vident, qui Miscel-
lanea legunt. Et quod non bene literati hominis esse iudicare-
tur, ne dicam circumducere ipse Merulam conatur, quae ali-
quot abhinc annos expressimus, & literis prodidimus. Her-
molai multos & utilitatis bona operamus in ingenue fatetur
per quos profecerit, ita forte sunt ex aliena, Politianus plus
aequo sibi arrogat, nec pati potest, si contra quisquam sentiat,
aut scripserit, quippiam proferatur. Multi assentatores ha-
bent quidem sibi eorum persuadent, & ut audio, velut disci-
plinae suae praeceptorem in literis sibi vendicant,
qui sine sale, pudore, & lucis parari nihil potest. Pu-
gna velim est perpetuo pro literis: nunquam abest ab inania ha-
ec infirmandi concertatio, ut nihil honorificentius, aut quod ma-
gis con-

pis conducat studiosis, fieri possit. Caeterum quid tantopere desyderat, ut quae iam tricennium conscripsi, edam an non, ni hil damni sibi statuo, ut careat adhuc, & corrigere pos sit, quae multa crudius conscripserim: illud, ut certissimum, ho minem ad edendum pungit, quod libros, ut aspicit, & nostrae diligentiae inuentos, Florentinos accessisse, semel, atque iterum illos effugit [illegible], breui exibunt in publicum, itaque gratiae habebit posteritas, quod tuo auspicio magis [illegible] te, quam [illegible] litterae Romanae faueris. Vale princeps potentissime. Ex Mediol. iiij. Cal. Mart. M.cccclxxxxiiij.

IACOBVS ANTIQVARIVS
Angelo Politiano suo, S. D.

GEorgio Merulae nunquam uideor familiarior fuisse, quam cum e uita modo discessit, neque sciens unquam tanti feci, quanti cum illum amisimus. Ipse enim non docen do, non quoque scribendo admodum occupatus, nisi cū ani mum contentionem aliquando relaxaret, nihil de stu diis reliqui faciebat. Et ego principis negocio assidue impli citus ad eum non accedebam, nisi in aliis forte sermonis cōspe ctus, gressum ad salutandum deflexissem, illi officiū prae stans [illegible]. Coeperat proxime aegrotare, de cuius acceptione morbo, cum ad principem Ludouicum, qui tunc prandebat, nuncius esset allatus, animum, & mensam non mediocri ter cōturbauit. Est enim princeps ipse natura sua in omnes bonos facile procliuis, sed Georgium in primis uehementer amabat, quia de se, & de maioribus suis ab eo singulari fi de, ut dicam aeternitatis spe, scribendi studium susceptum fuisse animaduertebat. Itaque de eius [illegible], atque diuersi [illegible] turbae, quae mansionem circumstabat, sensim me subtrahens, ad aegrotantē cōuolaui. Offendo nō synanche, & angina, sed

 quodā

*quendam nouo sumptum casu oppressum, libero alioquin ani-
mo necnon loquentem. Salutato, hortatoq́; ut bene speraret, ani-
mo respondit valido se esse. Et quanquam terrerent medicos
[illegible] ponderosi, ipse tamen nihil metuere simulabat. Qui
infectatus est, ac tertio etiam die ad ipsum redeo, arbitror si
fila argentea in [illegible] filii: quoniam ex [illegible]
fluxu materiae neque mansam, neque gustu deglutire per
se quicquam poterat. A cibo prorsus, cuius alioquin per aeta-
tis indulgentiam, ac etiam per morbum auidus erat, Me-
dici semper auidum fore praeceperant. Dies decem produ-
xit, praeter pollinctorum [illegible], in bonam spem. Ubi ue-
ro e uita discedendum esse cognouit, expiato animo, et re-
ligione Christiana rite recognita, in somnum abeuntis mo-
re, ad superna, credo, receptus est. Concordiae filiis, con-
[illegible], et [illegible] testamento reliquit. Atq; in his quae
scripsit de Latinarum literarum nouellis obseruationibus,
et caeteris id genus, ob Miscellanea tua, nomen tuo parce
mandauit. Nam ut totam eam eruditionem tibi condonaret,
semper sic praedicabat: Mi Politiane, nullis equidem lucu-
bris consequi possem, quantum mori cum, qui principis gra-
tiam, qua nihil illustrandae iuuentuti, rerum memoriae, et iu-
cunditate omnes celebrabat, doloris mihi attulerit. Verum
abs te illud contenderim, ut uelis eam nostram tibi commen-
datam recipere, et quod semper fecisti, suo sanctam illa tua
probitate consequaris, per quam in tuo nomine illius nomen
semper celebratum appareat, et quae forte in diuersum alte-
rius fuerat censura, utriusq; studium pari uoluntate semper
copulasse uideatur. Vale, Mediolani.*

ANGELVS POLITIANVS
Iacobo Antiquario suo, S. D.

Admirro

Ain tu vero Merulam nostrum fato functum? O incertā spem, fragilitatemq; [illegible] [illegible] ... [illegible]

[illegible]

ANGELVS POLITIANVS
Georgio Merulae suo, S. D.

Dederam commendatitias literas ad te, quibus ad carte [illegible] [illegible] quas pridem acceperam, [illegible] ... [illegible] epistolae exemplum, quā tu [illegible] ad Ludouicum Sfortiam sapientissimum principem scripsisses.

 Merulae

Miratus in ea epistola sum, non quidem quod me indoctum me colligeris, aut quod errores in literis praeclarissimis, quibus ego sum usus, obiicias per scriptores, neque enim haec ita te tam quisquam miratur, sed quod apud eum principem tam multa, non dico mentiaris, sed certe fingas, cuius & autoritatem vereri deberes, & ingenium. Caeterum ego ad conuitia illa tua, sive quae pro palam adversus me, sive quae adversus homines me calui ipso charissimos obscure fudisti, nihil in praesentia respondebo. Non quia non & facultas nobis, & materia superfit, sed quoniam certare maledictis tecum, hoc est cum homine maledicentissimo, non libet. Illud adhuc ut taceam persuaderi mihi non potest, nullum me unquam abs te beneficium accepisse, praeter hoc unum forte, quod arrogantem me vocas apud principem. Licebit enim tandem correcto mihi (quando aetas mea discendi nondum praeteriit) docere abs te modestiam & humanitatẽ: qui cũ sis homo omnium (sicut ais) eruditissimus, adeo te ipsum despicis, adeoque summisse geris, ut conferri te cum professoribus caeteris non patiaris. Hermolaum vero laudas hominem doctum, & probum: quem tamen si adiveres, ut meorum suum teneres, nõ laudasses. Is enim semper a nobis, nescio quo pacto contra te sentit, ne tibi ex illius iudicio tantũ placeas. Illud omnino verum, quod semel atque iterum me dicis a te libros istos efflagitasse: quod ego prorsus nec feci, nec si fecerim (quae tua liberalitas est) impetraturũ confiderẽ. Petro autem quod ais non posse me pati, si contra, quam sentiam, aut scripserim, quippiam proferatur, adeo quasi nobilium tantum, libertatemque nostram, quibus ad eorumdia, quae adversum me scripseras, cohortabatur, debueram tibi me magnopere professus, si mihi vel quod desiderem

obiiceres

lesta aboleuerat. Sed erit satius aliquam urbis nostrae recognoscere, ut ex iis et ueterum iactura consolemur, ac forte quorundam deprehensa facilius possint, si haec aliquando qui togati obambulant, pro suis depromunt. Haec igitur Politiani manu inter enchartabula quaedam deprehendimus, quae et noster Fabianus, cum legit ... Politiani manibus non ... Subijciam autem ut in pagella erant, ad hunc modum. Capita Centuriae secundae. De diuinatione, Stratocles, Sybotes, Mansuetudine, Manumissione, Osyris, Erynnis, Dodalissimus, Harcus, ..., Pausanias: pro Plinio contra reprehensorem, castratio, Polyphemus, quadrupes nodus apud Terentium, decassare, Cresphontes, Taras apud Statium, ferramentorum nomina, Flora meretrix. Et haec Alexander, aliaque permulta a Politiano in secunda Centuria explicata sunt. Sed ego dum singula respicio, dum ex ipsa Idiographia multa quaedam quasi ... conspicio, nec me contineo, nec reticeo, quin studiosos nunc omnes adhorter, ut multo collectio ... in illos, et plagiariis ... faciant. Commodum uero erit, si de ... plura suggeram, quae de multis notam perpauca. De Thalamego igitur nunc afferam haec pauca: quemadmodum apud Suetonium Politiani obseruationem, tum ueterum codicum testimonio, quod nec tu ignoras, sic utique legendum in Iulij Caesaris uita: Cum Cleopatra Caesar ... in primam lucem saepe protraxit, et eadem naue Thalamego pene Aethiopia tenus Aegyptum penetrauit. Haec enim uera, et germana lectio. Caeterum quae nauis Thalamegos, quae forma, et habitu fuerit, docent ex Graecis permulti. Ut enim Appianum modo Alexandrinum mittam, Suidas de hoc, et Pollux

Capita secundae Centuriae Politiani.

Thalamegus nauis.

& Pollux, Athenaeus quoque in quinto Dipnosophistôn copiosissime, cuius rei testimonium & Azarolo nostro da cam. Aedificauit, inquit Athenaeus, Ptolemaeus Philopator nauem etiam fluuiatilem, quae Thalamegos uocabatur, longitudo cuius semistadium, latitudo quae esset amplissima triginta cubitis, altitudo ipsa cum suggestu tabernaculi paulo minor quadraginta cubitis: figura eius neque longis nauibus, neque rotundis assimilis, sed ex utroque mixta. Prosequitur

Trechedipna uestis. deinde partes omnes, & ornatum nauis, quod ego breuitati studens, praetereo. Ad Trechedipnam uestem accedam. Apud Iuuenalem de Trechedipna ad hunc modum:

Rusticus ille tuus sumit Trechedipna Quirine,
Et ceromatico fert niceteria collo.

Recipdina. In hoc autem loco, Recipdina uulgo legitur, sed Plutarchus in Symposiacis de Trechedipna ueste meminit. Athenaeus quoque libro Dipnosophistôn sexto, cum de parasitis loquitur, Alexim Comicum citat, mentionemque de Trechedipna ueste pluribus facit. Quibus adductus credo Politianus, Iuuenalis carmē atque caeteri aliter exponebant. Possent & alia

Aetia Callimachi. afferri, sed ea parum nunc suppetunt. De aetiis Callimachi uersiculus est poetae Martialis: Nec te scire iuuat aetia Callimachi. Quid autem operis hoc titulo à Callimacho editum sit, ex multis elicitur, nec enim contra quicquam dictum sciunt. In epigrammatis igitur Graecis cum locis peruolutis, tum libro maxime primo:

Καλλίμαχος τὸ κάθαρμα, τὸ παίγνιον, ὁ ξύλινος νοῦς,
Αἴτιος, ὁ γράψας αἴτια Καλλιμάχου.
Callimachus purgamen, ludicrum, ligneum commentum,
Author qui scripsit aetia Callimachi.

Afferuntur de Callimachi aetiis à Stephano de urbibus,

& Clemente

& Clementi Alexandrino in Stromatis. Sed et grammaticae nunc graecos uertunt, illud a me quoque obseruatum, quemadmodum & Probus Valerius de iis, & Priscianus ad Iulianum, qui uersiculos quoque ex aliis citat. De iis memini etiam me apud Politiani libros in aduersariis. De Dorsenno poeta dictum a nobis in libris de poetis, quos propediem editioni damus, deductus enim is liber prope ad umbilicum, quod alias ad te litteris scripsimus. Porro autem de Fabio Dorsenno in Senecianis collectaneis, apud Plinium quoque, Horatium, & Annaeum Senecam mentio est. Epistolam nos Bessarionis adeximus ad Theodorum Gazam, in qua de hoc agitur. Vel id Alexander est illud, ex quo Politiani Centurias audiui conquirebam. De Amaebaeo uersu, Cresphonte, Caprotinis, & nodo Herculeo tum multa Politianus scripsit, ut nisi omnem ego nunc explicem bibliothecam, parum mihi satisfaciam. Quanquam de nodo Herculeo memini ab Hermolao, multisque a me locis de hoc iam dictum, ex Annaeo Seneca, Plinio, Macrobio, Seruio, & aliis. Nam & de Nonis Caprotinis, ut breuiter tractem agam, Varro Terentius, & in Conuiuiis Macrobius, ac Plutarchus locis multis, qui tamen inter se dissentiunt. Poterit autem Politianus de Caprotinis apud Ouidium intelligendum uersiculus ille:

Dorsennus poeta.

Nonae caprotinae.

Porrige & ancillae qua poenas luce pependit,
    Lasa maritali Gallica ueste manus.

Iam & illud alias ad te scripsi, quod apud Iamblicum de Pytismate sententiam commemoraui, affirmans in Pytismate lachenem regis quondam in Laconici frequentem fabulam, cum quis alter alteri aquulam instans collideret, quod in Heronem de Spiritalibus id esset, unde illud Terentii pytissando:

Pytisma.

quanquam & Epicharmus alicubi patrocinentur, & Clemens in Stromatis. De Amystide quoque Threicia apud Horatiū nunc salit Bassum Threicia uincat Amystide.

Amystis Threicia.

De hac autem uoce Politianus multa ex graecis scripserat, non ut plerique quidam agunt literatores, qui cōmentariis, non authoribus nituntur. De Amystide enim Athenaeus quidem libro Dipnosophistōn sexto, quo loco Epicharmi etiam Comici uerba citat, sed & libro etiam Athenaei x. Eustathius quoque in xi. Homeri Rhapsodia. Haec satis pro tempore Alexander, in quibus nostram nolim eruditionem probes, sed ingenuam magis simplicitatem, qui sua uelint authoribus restituta. Alia dum cum inciderit, ad te mittam. His enim scriptae angustiis, uix etiam ad authores respiciendi sunt ea etiae, ordine schedulas omnes commentariosque propè inanes re licuit excludere. In summa nostram magis tibi obsequium probari nunc uolo, quam ingenium. Vale, & Alfanū nostrum saluta. Idibus Martijs.

PETRVS CRINITVS
Alexandro Sartio, S.

Nimis tu mihi, tamen ingenio fines Alexander, qui nostrum hoc studium tam operose inditer probabas, ut uadit tam probent. Verum tu scis quam par est humanitas qui ... quandoque tuis tribuas. Ego enim uerus adhuc tenetur scalae ista uelim persuasione tua oppleri, ne sic extra omnem hominis sensum uidear, ut quod caeteri de me non sentiant, credam tamen quod tu magis credas, sentiam. Si accedas propius, si me introspicias, Crinitū dicet tamen in literis quidem crevisse, sed nec tamen ita processisse, ut studiosis omnem transiliat. Satis id mihi, si intra meam me classem retineo, & studiosi gradum teneo. Ignosco enim

& tuae

& tuae de me opinioni, & officio. Quippe nec is reprehendendus, qui ad bonas artes studiosorum ingenia hortatur, atque impellit. Sed ueniam ad epistolam nunc tuam, qua nos iterum mones, ut a promissis me absoluam, ac ea mittam ad te, quae ex Medicea bibliotheca inter Politiani libros inuenta sunt: ne post hoc etiam tuis muneribus non respondeam. Mitto igitur praelectionem illam, ut sum pollicitus. Sed addidi ad haec, ut & capita subiiceram ex secunda Politiani Centuria, quorum nec argumenta inueniantur, quod in parte alijs ad te literis scripseram. Futurum enim puto, ut ex horum saltem indicijs, facilius istis plagiarijs pudor imponatur, si quando aliena pro suis edent. Subijciam uero ex Politiani autographis, quae tradi tibi a me cupis legeram. Capita ex secunda Politiani Centuria.
Haec igitur sunt de periochis Terentianis, de Vergilio uatere apud Gellium, de Lyde Antimachi, de seruis orcinis, quid dinstitorium, quid Augusti clauis, quid minimulus, fam, & pedagogia, quae apud Suetonium contra rei quorum sententiam explicauerat. Ita enim ipse Politianus mihi retulit, atque illi hoc idem sciunt, qui pudore sequestrato scrinia haec domi detinent. Illud autem taceo, quod & uerbum hoc quod est necessitudo, contra Gellij sententiam apud Tullium obseruarat. Quam rem & homines quidem non ignorant, qui Gellium quoque istoc defendunt, quoniam sciunt id inueniri apud Ciceronem saepe, quod enim fieri solet dicitur, ac si nunquam fiat, ut Politianus ait, accipi solet. Ego tamen Alexander, ut non Gellium quidem in hoc defendam, ita & ancipiti puto excusandus: quidem proprium aliud sit ... introducere, & auctorem. Tu autem scito id a me uerbum saepe in Marco Tullio obseruatum, reperies etiam in libro tertio de Oratore

ad Brutum, quod omnes sciunt: sed usi in epistola ad Octauiam, & in oratione pro Roscio Comœdo, quæ tamē errato rarissima adhuc est inuenta. Sed ad Politianum redeo, is apud Terentium obseruauit argumenta illa, quæ senarijs cōstant, ac initio fabularum apponuntur, haudquaquam esse poetæ Terentij, ut uulgo fere persuasum, sed Apollinaris Sulpitij; quod esse uerum nullo pacto potuimus addubitandi, modo antiquitati fidem non derogemus. Hic autē Sulpitius Apollinaris Gellij præceptor fuit ab eoq; in Atticis lucubrationibus pro uiro doctissimo laudatus. Verum suo loco de Apollinari a me dictum. In uetustissimo itaque Terentij codice, literis ut nostræ Pandectæ maiusculis, ad hunc modum super Terentianis argumentis. C. SVLPICI APOLLINARIS PERIOCHA. Cuius rei testis mihi & Petrus Bembus, miræ iuuenis & indole, & ingenio. De Pygmæa matre in Ouidiano nil scribo. Alteræ Pygmææ fatum nec ulla extat. Fabula uero est de re hac memorio cum locis multis, tū apud ipsum Athenæū libro Dipnosophistarum decimo. De ijs autem locis apud Suetonī, de quibus summa adhuc eruditorum cōtentio, quædam quondam in Politiani autographis deprehendentur. Sed iam in eos agitur, uti lectorem sine ad Cēlanariam alterā relegat, quoniam de ijs copiosa illic explicatio ita, ut in eum demum locum, ut facilius omnia commodus deprehendamus. Illud autem scito Alexander, non idem me semper de ijs sensisse, quādo & ipsiorum sententiæ inter se longe dissentiunt: ac ipse quidem Politianus nunc eadem credo reperisset, quæ in Commentarijs indagationibus extrita sunt. Tātum de Lyde nunc Antimachi ea subijciemus, quæ haud tibi erunt ingrata. Versiculus est Ouidianus ad eorum: Nec tantum Clario

Argumēta comœdiarum Teren. cuius sint.

Sulpitius Apollinaris Auli Gellij præceptor.

Lyde Antimachi.

Lyde

Lyde est dicta poëtae. Fuerunt autem qui Clarium poëtam de Apolline intellexerint: tum de Lyde alia quoque nõ nimis absona cõfinxerunt. Caeterum in eo quidem loco de poëta Antimacho intelligendum, Colophonius fuit, hoc est Clarius, ubi & Clarij quoq; Apollinis templum. Nam & Nicander ipse Colophonius Antimachi civis fuit, sicuti de se ipso in Alexipharmacis. Constat autem ab Antimacho Lyden dilectam, ac de eius obitu carmen eũ scripsisse. De qua re perinde Suidae astipulatur & Plutarchus, qui in consolatione ad Apollonium prodit, inquit Antimachum Lyde uxoris eius obitu, quã vehementer amabat, elegiam scripsisse, qua scripta sit consolatus. Sed & de Lyde Antimachi frequens apud graecos grammaticos sermo, velut apud ipsos quoq; Apollonij interpretes, Lucillum Tharraeum, Sophoclem, & Theonem. Sed haec Alexander à me dicta copiosius. Venio nunc ad eam partem epistolae, qua meos poëtas flagitas: quoniam superioribus nostris scriptis in hoc me operis ita ingero, ut crescat indies & labor, & laboris amor. Facis tu autem amice, qui nostris quoq; vigilijs studeas, mittam meum librum ad te primum, quo antiquiores cõplexi sumus, eos videlicet ex latinis omnes, qui ante Vergilij tempora scripserunt. Ex eo tu facile quae mea est eruditio, de caeteris coniectabis. Aldum nostrum etiã, atq; etiam salutes. Vale. Calend. Aprilis.

Epigramma de Angelo Politiano.

Hic hic viator paululum gradum siste.
Vatem poëticis spiritus vides clarum:
Qui mente promptus acri, & ardenti spiritu,
Ac summa quaeq; & alta conspicans fertur.
Is ille ego Angelus Politianus sum.

Fecit benignus me suis Flora, & ille
In sinu cepit, [illegible] reges
Cum Gallica arma [illegible] [illegible].
Tu vale, & hoc sis [illegible] memor nostri.

MICHAEL ACCIARIUS UTIANENsis Angelo Politiano suo, S. D.

Cum tibi togatus iam [illegible], & cum lautior [illegible] sua comites suis princeps non nullus compleat, nihil tamen te dimitto. Miratur me hercle liber [illegible] [illegible], cum plura contra excogitasti, & pretiosiora multo, ex uberrimo isto fonte si pectoris tui penu nobis apponas. Si Graecum [illegible] scriptorem, si Latinum interpretaris, [illegible] acute scribere, quam prudenter dicit, quam [illegible] pure, quam eleganter eloquentius [illegible] scriptor [illegible], quisquis est, tum [illegible] te [illegible] [illegible], tum [illegible] [illegible], tum [illegible] apparuit. Non enim id modo capis, quid scriptorum omne genus dicat, verum (mirabile dictu) quid item dicere, vel cogitare debeat, quibus etiam singulis sita longiore [illegible], & diuturno perpetuo diu silentio [illegible], crudelem [illegible], per [illegible] & liberaliter [illegible], atque [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. & ne multi barbare loquuntur, sua quoque [illegible] linguae reddidisti. Quod si quis timere, [illegible] est [illegible] ingenium, [illegible] bonae [illegible], [illegible] classis, & [illegible] loquuntur, atque adeo Miscellanea ipsa [illegible] testantur: omnes plane eruditissimi operis gratia, eos quidem qui legunt, & qui per te ipsi leguntur, [illegible] tibi [illegible], [illegible] [illegible] devinxisti. Tu [illegible] obscuris, & [illegible] [illegible], [illegible] [illegible] restituisti: [illegible] quasi [illegible] gubernator scopulos, qui in latina, & graeca lingua latebant, longo procul signato

cui, signato studiose iuvenes pariter indocuisti. Ergo cum te vel audio, vel lego, non equidem priscis Romanis invideo, illi suo, nos de nostro Cicerone lætamur. Et ne videar laudationem aggressus, quoniam pro rerum omnium scientia summa, & uberrima facultate docendi, unde multi iam doctissimi defluxerunt, inde coepisse videris, iam silebo. Cur enim te laudent, tuas cum laudes vix iure consequi dicendo nemo posset: sua culpa scilicet, qui tantum ingenio, & doctrina cæteris antecellis, ut superare amulis nisi a teipso non queat. Transeo igitur, Sylvasque tuas haud certe Statianis absistendas: immo vero si materiam, si flores, si fructus inspectes, illæ Sylvæ pæne relinquentur: tua vero Sylva iure potius nuncupanda Arcadia, pomariique dicetur. Prætereo quoque Herodianum, sed licet mihi irato commemorare, qui sic a te in Latinum te duce benignissime translatum. Itaque in Romanam civitatem consulto quasi postliminio adeptum, ut pene patrii sermonis oblitus, melius multo Latine sibi ipsi iam loquatur. Omnia præterea nunc prudens omitto, ut alias te tractaturum magis, toto tam uberrimum nunc rogo, post epupara hac, si Iulii dudumque dapes, quas tu tum intimas, bellaria ponas, id est epistolas aliis, quæ tanquam singulari modo, concisæque succinctæ sint sermone tacite, ut summa denique totius corporis ornamentum sit academia Florentina iubeat unde quod opus peperisti te audacter in omni eruditionis genere cum ipsa quoque antiquitate conferre. Atque adeo si codices, & testimonia veterum literarum incuriose barbarorum, vel temporis pereant, pro cunctis unum te habeat, secura quasi nihil amiserit, quem liberaliter legat, imitetur, & colat. Vale.

SCIPIO CARTEROMACHVS
Angelo Politiano suo, S. D.

PVdet equidem Politiane praeceptor optime, tam pertinaciter expectasse ad te scribendi occasionem, unde necessitudinis potius quam voluntatis, aut officij ratio appareret. Nã cum deberem iam statim quo hinc profectus sum, scribere ad te, ut est amici officium, ac multo magis discipuli, ego id praetermisi, tamen cum poterã honestissime facere, ut nunc scilicet non sponte (ut videor) sed coactus efficerem. Verum si cogites, cur id effecerim, aut qua ratione scribere supersederim, invenies nulla alia de causa id esse factum, quam nimio tui stupore, ac potius reverentia. Quoties enim mecum ipse cogitabam, ad quem esset scribendum, si ad te scriberem, cõtinuo animus decidebat, omnisque statim infringebatur scribendi cõsilium, ut sentirem imbecillitatem meam, quae sive timiditas esset, sive reverentia, sive utrunque, me ante nunquam ante hunc diem praeciperet aliquid, considerareque semper scribere ad te posse esse. Atque in hoc ego (nisi fallor) non accusandus magis quam venia dignus videor, quod eius viri iudicium tantopere perhorrescerem, qui ob ingenij praestantiam, eruditionemque doctrinarum omnium cognitionẽ, omnium animos in sui admirationẽ solus converterit. Sed cur nũc demũ

In hoc certamen ventum est.

Amicitia emolumentum non videtur.

[illegible], [illegible]. Quaeritur ut scis, [illegible]. Cum enim esset aut amici perdenda salus, aut ad te scribendum, satius esse duxi non periclitari potius in re minima, quam maximam perdere. Cum praesertim si ad te scriberem, et amicum diligendo, et discipulum me gererem, si vero nõ,

Si vero nõ

praeterquam quod et amicum perderem, et discipuli officio nunquam perfungerer, in hoc quoque minimum cõfidere viderer: a quo tantum me amari scirem, quantum potest a praeceptore discipulus. Cur igitur verear amici salutem tibi cõmendare? nã si meam

ipse

ipse diligit, ut professus diligis, procul dubio & amicissimi nobis non negliges. Is enim est, de quo ad te scribere instituerant, quo nemo nobis in hac urbe familiarior, cognitus à teneris annis Romae, cum iisdem studiis, sub iisdemq; praeceptoribus ambo erudiremur. Atq; (ut verum fatear) nihil me hic vel tantum tamdiu retinebat, quin me ab hac consuetudine distraheret. Quin & cum profectionis nostrae non [illegible] permansisset, hac una tamen re hoc me venisse gratulabar, quod amissum iamdiu amicum recuperarem, de quo enim iam decennio nihil rescivere, in nimirum amissus mihi credebatur. Qui & iterum nunc amissus per se denuo recuperandus est, atq; eo honestius quam prius, quo tunc è nullis insidiis, sed ex absentia tantum, & quasi oblivione est nobis restitutus: nunc è summis miseriis, & calamitatibus est restituendus. Quid enim homini miserius esse potest, quam in [illegible] (quod dicitur) [illegible] astrictus est carcer, cui hic noster supplicio damnatus est, quia monachum eiusdem ordinis, cuius & ipse est, induxerat, quo illum ultro re mori contigit, τὸ τοῦ φωκυλίδου: [illegible] Cum enim ille in eorum coenobio [illegible] in hunc nostrum asserentibus, nescio qua de causa prorupisset, percitus ira noster, cum primae animi motiones (ut dicunt) nostrae non sint in potestate, communi cultello, quem secum habebat, hominem attigit, non se eum interempturum credidit, quando nec uellet. Nam quis credendi gladiolo hominem se occisurum crederet? Atqui [illegible] (ut Pindarus inquit) [illegible] Excurrit namq; ictus in dextram mamillam profundius, quam sperasset quisquam, pulmonemq; interius commaculavit. Ex eo paulo ille superstes diebus decessit misere. Atq; hic noster continuo ca-

Iuxta illud Phocylidis. Saepe enim [illegible]

Casu [illegible] hominem [illegible]

petit à suis, in carcerē est trusus, ut aliā ibi sentiat, nec cœlo fruatur amplius, nisi tu auxilio sis. Qui cū plurimū gratia & authoritate valeat apud Medicē Petrū, ob incredibiles eius uirtutes, admirabilēq; sapientiā, simile (ut puto) impetrabit, ut generalē eius ordinis moneat, ut uel hūc carcere liberet: aut si hoc nimiū est, alio grauius supplicio afficiat, aliorsum petitat tradat, quā hic cū sinat marcescere. Quod eo etiā libentius exorabit, quo generalis ordinis sunt semper, ac nobis dicitur, si modo aliquid honestū rōnabile sic factū uideat. Nouit quisque per quē hominē sit liberatum, graeci, & latinis literis adeo eruditū, ut rarū sit, & antea tantū uirtū in eo ordine tale extitisse uirū, philosophiae uero studijs nulli eius ordinis inferiorē. Nā de integritate, ac moribus quid attinet scribere, sī ad hoc ipso persuasum tibi puto, uirtutem esse optimū, quē sic tantopere nobis probatur. Denique is erat hic, qui & ordinē suū illustraret, & gloriā illi (si uiueret) parere poterit. Nomē uero Ioāni Benedicto Fulginati. Qui si per te redditur nobis, tuq; efficeris, ut ita uiuat, primū eius patriae suā columē, & salutē reddideris: deinde omnium literatorū collegio nō parum amicitiae & solatiū & adiumenti, postremo & mihi ipsi amicū recuperaris, quo beneficio uitā & illi, & mihi simul restitueris: illi, quia in carcere (ut dixi) uiuere, nō est uiuere: mihi, qui sine illo uiuere nō uideor. Et quanquam nō una scimus, & ubique ubi sumus, tamen uel hoc satis est nobis fructus, quod cū uiuere sciamus ubi sit, ut nos angat continua memoria sanissimi carceris. Pluribus apud te uerbis opus esse nō existimo, aut enim causa ipsa te persuadebit, uel quia de optimo uiro, uel quia nostri: aut si hoc nō persuadeat, nec quauis nostra oratio te persuaserit. Vale, Patauij, iiij. Calend. Maias. M.cccclxxxij.

Scit enim

Scipionis Carteromachi carmen.

Nobile sumebat, sua si sibi quisque; nihil sit
    Terra aruis, cuius Pergama salsa forent.
Anglia at nobis nimat pretor omnis, et omnis
    Barbaries Latio cedit abacta foras.
Cliniaden genuisset nunquam o clarissimus Athenae,
    Lysandros nec habet Oebalis terra duos.
Anglias et nobis sic non erit unus, et alter.
    Natura ostendit quid bene possit in hoc.
Aurificis quondam ditata est insula Solis
    E pluuia gentis tota, solemnis Deo.
Nunc Latium totum pluuio perfunditur auro,
    Labitur hic mitem inde Anglis ipse Tagus.
De patria magni certatum est semper Homeri,
    Vindicet ut tantum hunc urbs sibi quaeque virum.
Tu maioris eris certaminis Anglia causa,
    Terra etenim, ac cunctis te volet esse suum.

Eiusdem Graece.

Ἀγγλίη τῶν ἀγαθῶν [illegible]
    [illegible]
[illegible]
    [illegible]
[illegible]
    [illegible]
[illegible]
    [illegible]
[illegible]
    [illegible]
[illegible]
    [illegible]

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Angele [illegible] magna & [illegible] bona,
Omnibus [illegible] angele [illegible],
[illegible] lumen [illegible]
Vere [illegible] vero sapiens,
[illegible] caput & ut in [illegible]
[illegible] quidem super [illegible]
[illegible] hunc quidem [illegible],
[illegible] vero maxime, & [illegible].
[illegible] homine, [illegible],
[illegible] omnia [illegible],
[illegible] in hominibus, [illegible].
[illegible] quispiam [illegible] dignus est esse [illegible],
[illegible] omnia [illegible],
Vt [illegible] ex [illegible],
[illegible] vero [illegible] & [illegible],
[illegible].

HERMOLAVS BARBARVS M. L.
Phosphoro Episcopo Signino, S.

QVod in [illegible] prebes, amicitiae est, quod alii felicitati: quod ad eos populi concursat fiat, partim lector, partim doleo: alterum, ut adventu [illegible] aemulatio excaecat; alterum, quia fore video ut multi me rideant, quasi aut cum Plauto certare salibus, et eloquentia contenderim, aut non latinum suppositium quendam partu edere [illegible] re cogitauerim, cum non multo melius sit, Comoedias eius graece [illegible], et mutilas circumferri, quam recentiores esse, interpolatasque de novo, nõ secus Herculem, quam qui statuas antiquas operis sine capite, aut pedibus inuentas reficiunt, ferruminantque, nec uident longe minus sic integras place-
Plautinus re, quam truncas. At enim inquies, Plauti gloria ex comparatione crescet. Id curat scilicet celeberrimus poeta, qui tot seculis

det secundis in supremo stetit, in cōparationem modo ueniat, in ordinē se cogi, & subiici sentiat. Alioquin stultitiae proximum est, ut aliena famae consulas tuo ipsius nomine officere. Sed si hoc uidebam, cur nō temperaui a scribendo? Ingenium (ut sic) erroris. Nec in eā rem (ita mihi iratus Platoni non irascatur) amplius sesquihora impensum est, sed nec edidi ut laudarer, nec [illegible], sed ne tacito reclamantiq; [illegible]. Vitium non est scribere quae scripta non placeant, sed emittere: nec fama scribentis agitur in eo quod scribit, sed in eo quod probat: scripsi sane, non probaui: tu probasti, non scripsisti: tua res agitur, non mea. Si fabulā esse uides, penes te ius, & potestas eius rei tota est. Itaq; eam non doleo, nec cū bellissime deridetur. Labor meus est, periculum tuum. Quod si laus aliqua sequatur, utrius futura est: tua qui probaueris, an mea qui considerauí? Dubium non est quin mea, unde quem in locum rationes tuas cō iecerim: si laudatur, aliud egi: si damnatur, male egi: si nec recipitur, nec exploditur, nihil egi. Vale. Pridie Nonas Decemb.

HERMOLAVS BARBARVS M. L.
Phessboro Episcopo Signino, S. P. D.

LOcum in Plinio de cometis, ubi legitur, Obscurus autē paruulus, &c. ut interpretarer a te rogatus. Quia nullam nec [illegible] tumultuario imperio, subitarius eidem parui, & hercle tam inuitus, ut nihil unquam scripserim inuitior. Uram forte cum pater tuus affuit, non dico impediuit, sed obruit negociis. Nihil minus cogitabam, quam de Plinio, aut etiam Cometa: sed Mediolanum erat eūdum, nec uitari, nec differri poterat quod iubebat. Proinde studiū meū sit, nō interpretandi subtilitate, sed obedientia placere. Nō

probo

probo ex omni parte quod scripsi, alia uidelicet in nostibus expositio. Duo signa ingenij eruditionisque esse geminos, & longitudinem, aut his similia. Verum id quidem est illius, ut Plinianus, & apud nos Merula, & Maternus docent. Sed uerba quae sequuntur, ad aliam sensum me trahunt, ut lectionem eius loci corruptam arbitrer, atque ita restituendam putem. Tibiarum spectat arti musicae pertinentiae. Obscuris autem membris in arcendis partibus signorum ingenij, & eruditionis, si triquetram figuram, quadratam ue pertibus angulis ad aliquos pertinentes similitudines sine addit: & sane uetusti codices non habent, sed aliud habent. Vale.

Locus Politiani.

HERMOLAVS BARBARVS F. PICcolomineo, Cardinali Senensi, S.

INterrogatus Aristoteles quid ideo argento indignum quendam, & improbum donasset. Respondit cum se pecuniam non personae, sed homini erogasse. Si tu quoque hoc exemplo erga me liberalis esse uoluisti, recte facis, & grauissimi philosophi consilium authoritate tua redimis ab omni culpa: sperans ex eam esse me cuius te uenerorem esse uel absentia oporteret, lac fallerit. Alioquin nihil miror, quandoquidem ex candore tuo metiris alios, & putas (ut Bianti placet) facile decipitur, callidita, & omnia circumscribi se non patitur, halucinantur, & commune bonitas, praeferunt uos praesidijs maxime, quod in te cernimus. Haec ad animum tuum dixerim. Quod uero ad munus ipsum attinet, scito succhareas tuas placuisse, cum modo sabrates, & uoluptarias nobis fuisse, uerum etiam eruditionis causam interpretandi occasionem dedisse, ut uiderem cur ab Iudiciore Martios panes appellatos dicamus (nam & Martios pastillos, & marzapanes argumentum in medicinis legimus) aut si hoc parum placet, a

Martij panes.
Marzi panis.
Marzapani ergo quid.

marza

maza & pane, marzapanes uocatos existimem. Est autem maza graecis modo panis offa, quae aut uinum, aut oleum, aut contritum liquidum acceperit, modo panis genus crebrum, modo libum, placentae; sed sat, atque etiam generis, cuius species Athenaeus innumeras fere commemorat. Quia porro ista scella haec Bibrasca ex amygdalis, saccharo, simula, lacte rosaceo pretiosissima uidetur, hodie per quandam excellentiam marzapanis dicitur, ut poeta qui sit Homerus, aut Vergilius. Bibrascam dici, non quod aliae non persicae, singulare, sed quod isthic apud nos egregie praecipua in eo gratia, quod non siccescat, sed diutius, molliusque seruatur. nec periculum est ut hoc illorum, quasi casum Xenocratis obtineat. Nos quidem istam istic cum magno literarum censore lusitamus, personam deponere principes, saepe grauitatis, qui sit in utroque summus: quod & reges aliquando facit carmine. Ego alias ut nostri, multa de saccharo commentati sunt. Sed dii boni quantum interest, ego saccharum scribo, tu donas. Vale.

Marzapanes. Maza. Misceste citandum. excellentia. Casum Xenocratis.

HERMOLAVS BARBARVS ORATOR patriarcha Aquileiensis clarissimo uiro Antonio Calbo, patritio Veneto, S. D.

AMantissimis literis tuis Antoni suauissime, non respondi, quod propediem sperabam castigationi Plinianae extremam manum imponere, sed creuit opus, & labor, & laboris amor. Quis enim credat nullum utriusque linguae extare authorem, quem saepe non legerim, ut hoc nostra lucubratio communiri posset, idque spatio non amplius semestri: quamquam multa in eo libro adhuc iterata coeperamus, non pridie, tandem ut tertiam, sed multis retro seculis multa, & recepta lectionibus. Peruenimus quidem iam ad umbilicum. Sed nullus tamen dies est, quo non aliqua fiat accessio. Nam cum aggressori

impressoribus agitur cum librariis, de industria non differunt, ut studiis in ferendo sit, nihil timet. Diligentiam adhibebo summam, qualem in altera editione praetermissam saepe meam quaesieris. Erit autem ordo noster talis. Verba Plinij corrupta primo loco ponimus, per singula cuiusque libri capita. Deinde quemadmodum corrigenda sint, adiungimus certis autoribus, unde id quod adnotamus, facile comprobari possit. Idque praefationibus summotis omnibus, et sine ulla verborum pompa, quod multi faciunt, dum nimis labores suos mirantur, lectorem suis ostendunt ansulam, oratione ambitiosa detinentes. Ita defatigatior evadat, antequam perficiat: et bona aliqua pars fastidientibus, antequam discantur. Multo autem plus operis, et laboris mihi, quam putabam, quod omnium rerum quae in caelo, et sub caelo sunt, genus eum esse aperit, qui Plinium profitetur intelligere, nedum magis castigare. Nihil vero me torsit aeque, quam situs ipse terrarum. In quo maxime per imperitiam et negligentiam librariorum corruptela increvit. Operae quidem septentrione, ut optimus vir adesset Antonius Leonicenus noster, cuius consilio adiutus, et authoritate confirmatus, difficultates, et nodos in eo genere inextricabiles non tam multiplici negotio solvissem. Mille et quingenta, et amplius, in ea tantum parte loca manifestissime depravata restituimus, ut tandem naturae sanasse videar, immo vero monstra domuisse, minora quidem omnino, sed longe plura, quam Hercules. Certe enim secare non tenor hoc praesertim tempore, quo nihil quidam, et multa amicorum consilia concordiam mihi pariunt, ut dolui. Alij filium frontis parum decere sic tanta volumina lectis praedicant. Alios nostra laedit, vitijque consilijs, et haec natura. Multo plus aestimant qui noceat, quam qui bene

mere-

nocetur. At ego nihil magis unquam expertus in me sum hoc animo, quo me deus maximus robore praestituat, nihil in cõlli- (ut quemadmodum aliàs ad te scripsi) nõ solum fero aequo- animo, quae patior, verum etiã multo saepius studium, & voluptatem ferẽdo sentiã. Nihil queror, nihil quaero, nulli sum infensus, ac usq; veniunt, pax, felicitas, & gratiarũ actio angelorum me solantur, dormientem fouent. Non sunt composito sunt animo, non dico qui me persequuntur, sed quos etiam persequitur. Nõ tyrannus est hic, aut stupor, nõ item contemptus, aut superbia, sed humanae sortis expensio, & meditatio interitus. Si magna sunt pro quibus ista dimicat, parui aestimanda sunt, quae breui duratura: si sint parua, nosti quod sequitur. Vale. xiij. Calend. Ianuarias. M.cccc lxxxxi. Nunc nũc literas alteras accepi tuas, quibus respondebo, cum primũ licuerit, quanquam spero fore, ut hac satisfaciam parte aliqua. Didymus plurimum se tibi cõmendat.

HERMOLAVS BARBARVS ORATOR, patriarcha Aquileiensis, Antonio Caluo patritio Veneto, S. D.

QVam nihi nouum sit audire sibilum me de pagano seculi militem CHRISTI, intelligere enim est intelligere Caluum meum ex Hermolai sui litteris felicitatem voluptatem cepisse. Quicquid hoc est, quodcunque mihi status obtigit, quaecunque fortuna alter, a fortuna sum, Antoni suauissime, tibi, cõmodisq; tuis, perinde ac mihi seruit, ac seruiet. Agnosco pietatem tuam erga me, studium, charitatem, fidẽ, ita plane amo, ac sentio, ut nihil possint magis. Ago gratias & referre cogito, cum primum licuerit, studium mihi semper fuit, ut gratus erga omnes essem. Hanc virtutem coeptam in sortem domini, augere cogito, intẽ-

 pendere.

perdere. Tu interea vocem preces ad deum funde, ut haec dignitas mihi non ad inanem gloriam, quae mortis est imago, sed ad animae salutemque proficiat, ut & cum Augustino discamus terrena calcare, & sitire coelestia. Vale. Romae, octavo Idus Aprilis, M.cccclxxxxi.

HERMOLAVS BARBARVS ORATOR,
patriarcha Aquileiensis, Antonio Calbo,
patritio Veneto, S. D.

ANtoni vir praestantissime bono sis animo, qui me ad sacerdotium dominicum, atque adeo rebellantem vocavit, etiam constituere, & firme esse volet: aequiore animo adversa haec fero, quam secunda illa tuli. Deum iustitiae & innocentiae meae testor, in hac omni sollicitudine sum, in haec cura, ut vereor, ne mea severitas aut temeritas, aut negligentiae argumentum sit videndum. Misit mihi dominus auxilium de sancto, & de Sion tuebitur me: illi in curribus, illi in equis, nos autem in nomine dei nostri invocabimus. Iterum dicam bono sis animo, surreximus, & erecti sumus. Mirabiles elationes maris, mirabilis in altis dominus: qui cum tandem annos philosophatus sum aliis, credo sciet, ut mihi quoque philosophari posse videar. Dicis fortiter, quia bona spe sis futurum, ut tempestas ista tranquilletur, & quemodo te oderunt, ament, & amplectantur. Nihil hoc cogito, nihil me spes in laniorem eventum collocet sublevat; non est fortis, qui fortis est spe: fortis est qui praesentia mala sustinet, & perfert, atque ita perfert, ut etiam si duratura videat, contemnat, in futurum nihil respiciat: alioquin si praesentia incommoda expectatione commodorum tolerat, compensatio est, non fortitudo: aut si fortitudo, non ingenua certe illa, & absoluta, sed mercenaria plane, atque manca.

Vere fortis quis.

Cum

Cum spem à fortitudine sumamus, non illam spem intelligo, de qua dicitur: Bonum est sperare in domino: sed illam de qua scribitur: Maledictus homo qui confidit in homine. Tibi porrò Antoni suauissime quantum debeam, quantum semper debere uelim, ex magnitudine, & pietate amoris erga me tui pensa. Literae tuae adeo pietatis, & charitatis plenae sunt, ut omnibus quos diligis, & uoluptatem in prosperis, & solatium in aduersis afferre possint. Nicolaum Foscarenum non minus mihi, quam tibi amicissimum salutes meo nomine. Vtinam mihi aliquando liceat, ut aliquando lepidis, urbanissimis, & festiuissimis altercationibus uestris interesse. Vale. Romae Idibus April. M.cccclxxxxi.

HERMOLAVS BARBARVS ORATOR, patriarcha Aquileiensis, Antonio Caluo patritio Veneto. S. D.

Distineor, & distineor me, quanquam ad nobilitatem perdiscendam fuit Plinianis castigatio, quo minus aliquid tibi de rebus non dico meis, sed communibus, immo tuis plane scriberem. Dolore aliquo, aut maerore id factum putent alij. Tu qui me nosti, caue suspiceris. Fortunae ludum uideo, tempestatis uim intelligo, animos detrahentium considero. Quid dicatur, quid item dici possit audio, & cogitatione consequor, animaduerto quanta mihi fieret iniuria, nisi fieret à patria, à qua nihil iniquum crediderim, & iniuria factum uideri potest. Non ideo dolere careo, quia haec aut non percipiam, aut parum sentiam. Cognosco Antoni omnia haec, & quanti sint ipsi mo forsitan [illegible] quam caeteri: quia studio saepius in uidentur nostra, quàm alienis: itaque, multa sunt,

C 2 quibus

quibus efficitur, ut dolere non solum frangi, sed tristitia me-
nem sentiant, priusquam conscientiam suscepit, non modo sine sor-
dibus, sed sine ulla cupiditate, aut praemium suffragione sacer-
dotij, quam constanter semper uox Alexandrini, quae belle men-
ti fecit, quia cum pudore periculo, deum aspicio, aio, non
capio cogitationes, actiones, iudicium. Quae innocentia tan-
tum ualeret non bonae existimationi quid puer, quae sermone,
quod transcripsi patrono, et assertore tanto formidaret.
Ego uero nedum ut doleri laesus sum, etiam laetari possum,
Fortunae gloriae carnifex. et debeo, cum fortuna gloriae (ut inquit ille) carnifex non
parit gressione, ut multo plus in patientia sit commodi,
quam in ipso iure ualere dispendij. Vide quantum absint,
ut expostulare, aut accusare te conquerar, qui ultro fortu-
nam ipsam defendo. In quo certe obscure ista nobis luminis ob-
esse potuisset, quam, si tam Reip. superstite familia, intro bona
re domestica, multitudine corporis et animi prosperitate,
sensissem particulam bonorum caducorum (quid honores dico,
non omnis potuit; quod sane curiosum est, ut uos late patet,
at qui hoc non uidet, aut dissimulanter uidet, non potest esse
non iniquissimus. Nihil te fortuna accessio, nihil damno. Si
magnam sine nobis cladem hanc rebare, falleris; si terrore
cogitabar, gaudeo; si fortitudinem experiri fortasse debe-
bam, uolebas, ago gratias. Nihil est hac uirtute animi
praeclarius, nihil erectius, nulla plus existit, nulla pacis, et
nobilitatis maior opifex. Et cum omnia imperitae fortunae
pareant, sola fortitudo contumaciter obniti, et tenacius for-
tunae uincula. Sed finge magnum me aliquid, et insigne
uidisse accepisse, quantum mihi censes esse praesidij, et
superesse solatij ex ijs literulis, quas a puero hausi. Quae
mihi secum uenit, ac corpore nunc posset accidere calami-

tas,

tat, ut studia mea mihi excuterent quibus semotis exceptis quae non potest mihi uita esse non tranquilla, non iocunda, non splendida. Literis natus, literis educatus, sine literis esse non possum, sine iis possum quae literas impediunt, interpellant, submouent. Honores in Rep. gessi maiores, & magnos, qua fide, qua opinione, qua gratia, non dixerim. Plane quidem impubes se annos praeter duodecim, sed octo Reip. continuos, totum id eorum tempus literis sum periisse. Appellabant me quidem illae, seruiq; id sibi a me tenuissimum debebant. Ego contra in diem docere, ac disserere, non quidem honorum, & magistratuum dulcedine: sed ut patri, fratribus, & amicis obsequerer, qui meam operam in Rep. profuturam putabant, ipse non uidebam. Cum ergo totius communium professionis, & uitae postremo reuertere uellem, aut non possem, retractus sum a fuga in, per uelle ea mihi sit dilicentia, praeterquam a literis: quae sibi me iam certius exigerent, & excubantes liberum uindicare uoluerunt in seruitutem, excogitata ratione, ut etiam non sine dignitate conscientiae a negotiis publicis excluderer. Hae sunt illae meae quas multi sic appellant, ruinae: haec illa clades, illa calamitas, qua me plerique profligatum, & consternatum putant: haec illa fortunae scilicet acerbitas, cui me posse imparem fore amici timent, inimici praedicant. O felix calamitas, quae literas mihi, & me literis, immo ipsum mihi restituit: o beata clades, quae etiam mihi patriae reddidit: o candida tempestas, quae mihi securitatem peperit, o dulcis acerbitas, quae me in suauissimum portum e longa iactatione, ne dicam naufragio reduxit. Si tranquillitas quaeritur, parabunt literae: si gloria, literae: si caetera, quae partim suppetunt iam, partim continentur, literae. Unam experior iam

modica in me doctrina, quantā uix ulteriti sperare possent in morte: si qua nomen nostrum uoluntate dei surgetur, non eo id legationibus, aut magistratibus, quos gessi acceptum refero, sed literis, multo pluris Hermolaum, quam Cardinalatum me ducere. Falluntur quidem fortasse illi, sed ita est, honores in Repub. soli metantur municipes, literarum decus ambitur orbis. Vale. Quintilianum à te patri restitutum scribam, quamquam non restituat qui saepe restituit: eterum tua esse uolo mea omnia. Romae xi. Calend. Augusti. M.cccclxxxxi.

HERMOLAVS BARBARVS PATRIARcha, Antonio Calvo suo, S.

Literas tuas, quibus dolorem nostrum ex Zachariae patris obitu lenire uoluisti, gratissimas habuimus. Non ibimus inficias tibi praestantissime Antoni amicorum fidissime, durum id nobis, & perquam triste nuncium fuisse. Quid enim obsecro magis alieno tempore aut illi, aut mihi poterat contingere? Atque ut alia praeteream, quae tibi aeque ac mihi sunt cognita, utrum ei molestius fuisse putas, quod decederet, an quod absente me decederet? Nosti quo affectu erat in me, quam nō communi, & pro consueto, sed ultra quam patres solent. Compertum, & exploratum habeo, si fuit ei graue mori, nō propter se, sed propter me tantum fuisse. Angebat & illud eum certò scio quod nesciebat quam aequo animo tantam cladem meā laturus essem, & qui securus ibat ad mortem, erat de meo tantum dolore sollicitus: qui si affuissem, & uidere illud nostrū, quo me non aetas, non doctrina, non usus rerum aliquis, sed solus deus sepsit, uidere potuisset, nihil dubito, quin si nō alacriter, certe nullo dolore abiturus fuerit è uita. Quamquam et

quantum et ex literis tuis, et aliorum intelligo, ea fuit hominis in obeunda morte constantia, ut non dico animi consternati, sed ne moeroris quidem cuiusquam signa praetenderit, atque adeo semper intrepidus, ut in discessu aliquam e domo, non e vita migrare videretur. Triduum continuum de deo, de religione, de animorum immortalitate, vel disserentes audiret, vel ipse dissereret. Sacramenta illa extrema, quae nemo non reformidat, et quorum aegroti fere a necessariis suis, et medicis interpellari solent, non modo non refugeret, sed prior, et ultro deposceret. Sensus omnes animi, et corporis, quibus pauci cum morientes utebantur, non solum integros, verum etiam longe subtiliores, quam prius usquam ad extremum usque ostenderet. Denique iconculas duas, alteram Christi, alteram virginis in sinum manu sua compositas, et ad pectus applicitas, arctissime complexus, deosculatusque, halaret animam. Hoc genus, non dico mortis, sed gloriosae mortis, immo vero salutis, et vitae aeternae, quantas vires habeat ad temperandum dolorem, explicari satis non potest. Accedit quod septuagesimum ingressus annum, quamdiu in familia nostra amat nemo, cum filiis omnibus honoratus, quod Rempublicam incolumem, quod liberis honesto loco positos, incredibili desyderio, et amore civium excessit. Frequentia funeris tanta (ut aiunt) quanta in alio nunquam. Reliquum est, ut fratres tibi meos commendem, et quando tu parens esse non potes, illos tibi, non modo ut consolator sedulitate, sed ut pater amore prosequaris. Vale. Romae, Idibus Decemb. M.cccclxxxxij.

Iconculas Imagines pendens

HERMOLAVS BARBARVS PATRIARcha Aquileiensis, M. L. Phosphoro pontifici Signino, S. D.

PVtabam Sipontina literas nostras, atque patria celebrari, sed nullo & Sipontinis epistolis suum decus esse. Placent mihi, tua semper omnia, sed quae cum patria proxime scripsisti, mirifice probauimus, adeo ut prae illis patria, quae alioqui praestantissima fuere, sorduerint. Inter perorationem tuam de Gellio ita plane sequor, ut nihil magis possim. Delector uero maxime, quod Plinium a nobis sane laudatum credas, quod sunt nonnulli, qui siue quod libros eius non intelligunt, siue quod praepostere iudicandi sunt liberi, ita ipso autore fierent tantum uni uero tribui, quantum ipsi perspicere, & assequi coniectura non possent. Ita est, idemque semper fuit. Damnat quisque quod ignorat. Dolent fere si eo quemquam uideri sapientem, in quo ipsi nullo modo sapientes esse possumus. Nec est hoc uulgi modo uitium, magna quoque ingenia plerumque implicat. Crescit hoc multis, hominique labes aliorum ut ..., quasi quod sentiant, libere loqui uelint: bene autem sentire, cuius quisque ignarus sit, non potest. Ita fit, ut qui se ipsi nosse debent, & suspendere iudicium de aliena professione, petulanter & temere pronunciant, quodque sequens est, merito rideantur, & sugillentur.

Candor / Cuius / officium.

Huic pesti contraria uirtus est candor, qui bonis, & simplicibus ingeniis, etiam si non summa illa, & eminenti doctrina culti, adesse solet, sua uitia cognoscere, aliorum uirtutes extollere, quae sciunt ipsi paruis docere, quae alii sciunt non contemnere, uires suas ex alienis laboribus expendere, non ex suis aliorum aestimare: quid suo studio profecerint, quanti sit, quod sciunt, quod sperant, quod in certo uersantur hominum, quantum operae literis impenderint, quantum diei, quantum noctis, in locos [illegible] absumpserint, quantum legerint, quam multa non legerint. Faciunt hoc alii, &

sic gra

(ut graeci dicunt) bene nata ingenia: quorum summa, et vera proprietas est, nunquam docere, doceri semper velle, iudicasse odisse, amare silentium: quibus duobus tota Pythagoricorum, et Academicorum continetur praeceptio. Haec illa est, aut non magnopere dissimilis virtus humilitatis nomine celebrata Christianis: quae ut ad salutem, aeternamque gloriam commodissima est nata, sic in omni vita homini praecipue literato necessaria comes est, sine qua nec dociles unquam sumus, nec prudentes in iudicando futuri sumus. Sed transversos rapit audacia, et superbia. Imperitia sua cuique malum est, sed ignorata pestis. Initium sapientiae (ut Plato scribit) imperitiae suae agnitio, neglectum hoc confidentes, et insipientes facit. [illegible] sum, non dico [illegible], ultra quam nobis: sed nunquam satis est arrogantiam increpare, alioqui si [illegible] parcat, nulli hominum generi [illegible] periculo maiore fiet, quod nunquam de se dubitant, quod omnia sibi tribuunt. Castigatio Pliniana, quando ita vis, [illegible] liber, purgat, interpolat, reddit quocunque alter. Miratus [illegible], quantum doctis viris improbarent haec nostra cupiam, ut mihi, quod alii quoque plurimi [illegible], non fuisse istic erratas, sed parum intellecta, quae mihi errata videntur. Nam indocti nostra accipiant, an respuant, parum interest: ab his enim laudari etiam laudanda, laus non est. Nunc mihi fortasse [illegible], vel authoritas tua, vel Signina certe provincia sunt. Vale, xi Calend. Novemb. M.cccclxxxij.

Humilitas.

Audacia.
Superbia.
Imperitia.

HERMOLAVS BARBARVS
patriarcha Aquileiensis, Pico
Mirandulae suo, S. P. D.

SAlutem sit. Accepi literas tuas, quibus magnopere laetari te scribis, quod Plinianam castigationem susceperim.

Lectitare me hoc opus naturalis historiae nobilissimũ, & sine dubio coeleste, in quo uno barbari, & graeci nobis inuidere possunt, miraris unde à ueteribus corruptũ fuisse, serò in manus haberi, parcissime legi coeptum. Respondeo uerum esse. Ita praedicare soleo, eiusq; rei argumenta duo sunt. Primum, quod cum paucissimi citent, alij in leuissimis ferè causis, aliqui etiam corrumpant. Gellius dum maligne laudat, in credulitatem quoq; redarguit. Macrobius post Q. Fabium refertur quidē eum, sed si legisset, coenas suas fortasse lautiores fecisset, nec aliquas pomorum uera in secundas, & arborum nomina cõtulisset. Hieronymum aliquanto plus studij circa eius hominis fuisse cõspicio. Nam Seruius grammaticus uidetur eum nō gustare, sed olfacere, immo quasi canis Aegyptius currendo lambere. Alterum indicium, quod nullus ferè liber mendosior habebat, & pluribus nō dico uitijs, sed portentis scatet, neque quia diu iacuit infrequens, & custoditur adhuc. Sunt libri eodē quo arua fato, si negliguntur sentes alunt, & monstra, quibus tollendis non unus Hercules sit satis. Dixi rem, nunc causam eius accipe. Duo sunt propter quae ad nouos libros cõcursus fiat, res & uerba: utroq; ueteres affluebāt, nobis emendicanda sunt temporibus uel maxime. Illis Romanae linguae decus stabat, nobis concidit. Latinus illis sermo quasi uernus erat, nobis alienus, externus, aduentitius. Illis utraq; lingua suppetebant authores, à quibus omnia tanquam è fontibus hauriri non solum facilius, sed uoluptas erat. Vnde istaec praesidia nobis? unde antiqui libri? unde uoluminum illa copia? In tanta librorum non iactura, sed naufragio, nō clade, sed interitu, non fuimus omnino dijs odiosi, quando superstes est Plinius, sufficiat ille uel utcunque mancus, decurtatus, lacer. Nisi extaret, actum esset, nam-

deremus

derectoas aequum omnium, si eadem quae caeteros admisisset nobiliorem claritas, profligata spes omnis esset latinae rei constituendae. Nam ego duos quamquam familiares, et etiam propinquos amem: et nisi ipse mihi blandior, videtur industria prosperare, habetur in manibus, celebratur, colitur. Ad eum omnia fere scripta, et dicta redigeretur. Confiteor indoctum, qui Plinium non legit: indoctiorem, qui lectum contemnit: indoctissimum, qui non sapit. Debet aetati nostrae plus quam suae Plinius, sed nos ei magis, qui per illum maxime subsistimus. Alii non latinum fecerunt, ille ipse nobis est Latinum. Tria millia, et quingenta errata in eo, nondum toto comperi, et quatuor in me fuit, restitui: edenda primo quoque tempore, si amici probauerint. Vale.

HERMOLAVS BARBARVS Paulo Cortesio, S. P. D.

PEriculosius mihi est ista, quae postulas, decernere, quam laboriosius. Sunt enim talia, in quibus dubitasse Laurentium audiam, ubi nec possum negare, nec debeo aliquid sine mea causa periculum adire, minus dolebit. Dicam igitur quod sentio. Sturionem graeci modo appellant hyssicam, sive hyccam, id nomen porcum significat. De lampreda non constat, ipsi tamen Lampetras dici crediderint fortasse tincas, et vulgo nominatos lampetras, quasi a lambendis petris. Sunt qui a fulgore lampyridas vocent eas, sed auctorem nullam habent. De tructa non video quid sit, nisi troctam quis vocet. Ita enim piscem nominat Ambrosius in Hexamero, itemque Aelianus, sed inter marinos. Vale.

Sturio. Lampetra. Tinca. Lampyridae. Tructa. Trocta.

HERMOLAVS BARBARVS Ioanni Pico Mirandulae, S. D.

Tu vero

TV vero Pice adeo nihil mihi debes, aut studiorum, aut officij alicuius erga te mei nomine, ut mihi literae tuae magno etiam rubori fuerint, qui negligentiam meam pro tua deprecaris apud me, cum utrumque a nobis apud te prius quam usque mercede redimi debuerit. Haec ingenij tui bonitas, candor, aequitas. Agnoscis alienam culpam, tuam aut negare, aut purgare certe possis, in mutuo crimine solicitus es, qui et autocategoria, et causae etiam meliore securus esse poteras, aut reus est uterque, aut non tu. Alioquin tam quod ad te attinet, purgasti. Reliquum est, ut et ipse satisfaciam. Sed quid iam ad te pensitatum scribi potest? liberi labor, ut literas amare pergas, in quibus et eminentissimus. Moxque bonas artes, et bonis moribus de denique quibus tantum profecisti, ut difficile cognitu sit, utri philosophiae parti maiorem operam impenderis, ei quae speculatiuae, et instrumentaria continet, an ei quae dogmaticum, pareneticumque complectitur. Omnino summum, et humano captu maius est, quod tu aut genio, aut certe opifici tuo debes, tam tenera aetate consecutus, quod extremae senectuti imprudentissimis etiam sit optare. Non sunt haec Pice tua, natura sunt, dei sunt: quamquam si aliquid tuum est, haec maxime tua sunt. Vide quanto minus tua dici possint, nobilitas, fortuna, valitudo, forma, quibus bonis tam nulli cedis, quam nec illis, quae magis tua sunt. Hinc te horror conterreat, hoc die, et noctu volue, quantum tecum ei sit, qui te usque adeo ditauit, ut nec soluendo, nec expensilando sis unquam futurus, quae possides. Cogita quantum possit, qui te ista posse voluit, quantum amet, qui te de tam multis millibus sibi legit, qui seris puer fere iuuenem quasi, ac iam ephebum, eruditorum hominum coronas in admirationem doctrinae tuae uerteres. Nisi hoc uides, nisi efficeris,

existimas, iam nunc affirmo tibi, & libere inter praedico, te non tantum esse, quantum es, sed maiorem, & infinitum est quod mihi de te pridem spopondi, & spondeo: sed optarem tam praesumptam nec oratio, nec praedicatio consequatur. Facio ergo ut solent qui quanto plus aliquem mirantur, & explicare volunt quod sentiunt, eo minus id assequuntur, qui ubi tacent quicquam magnum dignumque animo conceperint, ut silentio desinunt, & mirari potius quam dicere potuisse videantur. Proinde tu et haec aestimato, quae nunc describo, ceteraque premo, sed illa potius intellige, quae tutus de te silens, & tacitus loquor, tanto hercule maiora, quanto cogitatio sermone hoc est. Marsilium saluta, & Salviatum nostrum. De Politiano nihil opus est laborare, qui (ut audio) tantum erit, quo nihil mihi poterat in hac legatione tota iucundius accedere. Bibliothecam istic audio maiorem & ornatiorem instrui, eam gaudeo, ac nihil supra. Debent Florentinis literae, & inter Florentinos Medicibus, & inter Medices Laurentio, qui gentilitatem hoc familiae suae decus, non minori cura fovet, quam rempublicam, cuius administrandae, constituendaeque ius habet. Vale, Mediolani, Calendis Ianuariis. M.cccclxxxviii.

HERMOLAVS BARBARVS
Roberto Salviato, S. D.

FAlleris Salviate, si quid aliud praeter occupationes meas suspicaris fuisse, quamobrem tibi nondum respōderim. Vulgaris haec, & tritata silentii redemptio, sed me hercule tam vera, ut nisi ita tam probes, de vero in te amore, fide, studio male meritus esse videaris. Gratissimae mihi semper literae tuae fuerunt, sed illae supra modum in quibus Mediolani tuo nomine, atque [illegible] mihi est [illegible] literis,

nemo

nemo quam laudari, ornari, in coelum tolli mallet, uerùm à tuis praedicationibus digredi minus possum: in quo sum fortasse, nihil tamen esse uideor intemperans, tam cupidè in eo laus, tam nulla sim, ut tamen & ambitioni, & assentationi locus desit. Apologiam tuam legi, & in ea me, Quid ille mihi tantum tribuit, tam paruum commentatorem ordinario testi, ut dicā gregario, tam honorifica praefatione denunciatum? Illo praesertim opere, quo nihil subtilius, uehementius, acutius, de quo tamen satis est iudicium meum desiderari libenter dum planè totum perlego. Quaeris autem rescire cupis quid agam: nequid aliud possum dicere, quam studeo? Publica quidem curatio nobis nil instantiae illius nec detrahit, omnino studijs non instantiae: tollo enim acriùs, & pensum exigo attentius: quod mihi tui maior est studij, assiduitate sarcio: quanto mihi negociorum plus accessit, tanto de studijs, & doctrinis plus excessit. Itaque ferias illas omnes, quas ualitudini priuatus homo dabam, in publica substituo: ita quod mihi ex una causa deperit, ac decedit, alia ratione corrigo. Credo aliàs ad te scripsisse, me dimisisse tibi, quae ex me audierint instructoriae Aristotelis, ita enim logicen Peripatetici ferè appellant, itemque libros octo de auscultatione physica, & tris cum rhetoricos in latinum à me pridem conuersos esse. Dioscoridem iam perfectum est, manus ei nunc à me summa imponitur: pars illa sola deest, propediem localiter. Tam Iouanus nunc Aristotelem aggredior totus totum, qui nisi aliò me deus aduocet, ab Dioscoride edito, sub biennio ferè perdiderò, absoluam utique in logicis, & cum eo commentarijs, quos in posteriores analyticos iam perfecimus. Post emissa haec tribo naturalia, & diuina, item rhetorica, & poetica, partim commentationibus, partim annotationibus,

certis

omnia eius philosophi uolumina pro uiribus ea inspicerem. Sunt enim & in problematis, & in animalium historijs nonnulla, quae claritatem, lucemque desyderant, ea cursim, & breuiter annotarem animi lumine praeterfluam: per alias nihil praeterea nouum aggredi locandum. Etenim comprehendendi nobis est auiditas, nimio improbitas hec ingenij, ac dum resistibile, ac simile haberi solet, id est operosum, & ambitiosum esse uideatur: cum sperarim experior, quod dici solet, parum esse amplecti omnia, & nihil. Vale. Mediolani, xiij. Calendas Nouembres. M.cccclxxxviij.

HERMOLAVS BARBARVS
Ioanni Pico Mirandulae, S. D.

HEptaplon tuum nudiustertius ad nos Saluiati opera delatum, ita auide legi, ut prima statim die, nec tota, sine intermissione totum hauserim. Tria me in eo potissime delectant. Primum, quod oratio tua docet, & mouet, id quod & in sacris literis antiquos theologos, & in philosophia etiam naturali Pythagoricos & Platonicos obseruasse constat, praecipue ubi in docendo tacitum studuerunt. Alterum, quod in tanta rerum copia, & supervacaneorum dicendi, id caueas, & immodicae nimium habes, ut in hoc scribendi genere templum non aliud sequendum esse uideatur: atque hoc idem nec cum ueteribus, nec cum recentioribus commune, sed tibi peculiare, atque tuum est. In quo quidem (fatebor tibi rem aperiam) ita sum affectus, ut quaecumque hic priores illi aut dixerunt quae tu dixisti, nihil fere dixisse mihi uideantur. Tertium, quod uideo te non tam Aristotelis quam Platonis, & sectarum eius sacris initiatum, plenas inde hastas in hanc lucubrationem contulisse. Omitto quam multa ex Plotino egregia, quam cursim, & eleganter attigeris, ut quicquid fere quatuor & quinquaginta

quinquaginta uolumina in sex enneadas à Porphyrio digesta continent, nõ plus legisse, quàm attigisse uideatur. Nec illud praeterire possum, quod inter nostros, & ueteres theologos ita medium se gerit, ut nec illorum simplicem auctoritatem oderit, nec horũ ambitiosam subtilitatem repudiarit. Insiste, ut dum alter eo petis, utriusque generis optima decerpseris, id quod in ipsa quoque Damilani poematis enarratione facturum te speramus. Vale. Venetijs, Pridie Nonas Septembres. M. cccclxxxiiii.

HERMOLAVS BARBARVS IOANNI Pico Mirandulae. S. D.

Veritatem laudat.

SAlue humanissime Mirandula. Ego uero de te ita libenter ubiq; praedico, ut nihil maiore uoluptate faciam: non solum quia nihil (ut inquit Plato) iucundius auditur, quàm ueritas, sed etiam quia (ut Polemo inquit) suauius est dicere, quàm audire uera laudantem. Accedit quod labore nullo (ut est apud Aeschylũ, Menandrũ, & Euripidẽ) saepe etiã non quaesita ueritas prodit, nam ipsum te omnia plerũq; homines cognoscunt, nullis quaestionibus, sed sua sponte. Haec est tyrannis illa, quam tu candorẽ tuum scymus, humanitatem, & bonitatẽ interpretamur. Et hercule tu id maxime es, ut qui te nõ laudat, iudicio, & existimationi suae detrahat. Rem suam agunt, rationibus suis cõsulunt, suam famã redimunt, qui faciunt, & capiunt eam. Multa sunt in dicendo tuo mirae quae tu nescis, tibi creditores tui debẽt. Itidem cõsuetum Prodici sequuntur, dant ut accipiant, manum manus scabit, ut Epicharmus recitat; quanto sane creditor ibat, id est laudatoribus tuis magis debes, tanto plus tibi, qui eos uelint uobis, creditores fieri tuos. O mandatũ genus eius aliorũ, & discere esse, non esse dediscerẽ. Sed occupatior sum, quàm ut

secum diutius instare possim. At tu quem solatus es, dij boni, ut quemquam patiare sententiam: obsecro me tu sors; longiorem locum aliquem admittas, non postulo, effusius tamen calere benevolentiam possido. Vale cum Politiano meo. Romae, Idibus Augusti, M.ccccxc.

HERMOLAVS BARBARVS ORATOR
Vene. patriarcha Aquileiensis Ioanni Pico, S. D.

BEne est, bene convenit, qui multum amas, multum ut mihi pontificatum Aquileiensem congratulatus sis, multo etiam maiora mihi tribuas, & ominaris, quam aut possim sperare, si sim cupidissimus: aut promereri, si modestissimus. Scio pietatem tuam erga me, adeo quanti me facias, agnosco iam antea tui, nihil habeo compertius. Utinam aliquando sit, ut mihi tecum vivere, de natura, de deo, de sanctis moribus philosophari liceat. Quantum hoc cupiam, quantum secundis meis rebus accessionis factum iri iudicem, si hoc contigat: nec possim exprimere, nec si possim, hoc utique loco velim. Obsecro, si me unquam benivolentia tua dignatum existimasti, eodem numero, & loco etiam meliore, si fieri potest, apud te censeatur Hermolaus, & sacerdos: ut quem paganum fortasse dilexeris, redditum CHRISTI filium ardentius colas, & chariorem habeas. Ego te, & clarissimas virtutes tuas tam possum non praedicare, non admirari, nõ extollere, quam tu non augere. Si assentior, aut mentior tibi, hoc est doctis omnibus sim cõtemptui. Tenuit me pridem su per te, tuisque: tuis   mox stu por, & omnibus scientiae. Patienter haec leges, nec ex altitudine animi cor tuum, nec elatos habebis oculos. Cur enim tibi placeas? qui novit ii haec bona quae possides, non tua, nec de pe

calculo tuo esse, sed praefiscine, & doctrina. Ignosce. rapui, & currit hac transuersum uerecundia: Aquila, & charitatis Fauentiae. Vale. Romae, pridie Cal. April. M. cccclxx.

HERMOLAVS BARBARVS Georgio Merulae, S. D.

PLato in diuinis illis sua institutione de legibus inter primas commentatur, in omni republica praescribi, eamque oportere, ut cui libros quae composuerint, aut priuatim ostendere, aut in usum publicum edere, antequam ea constituti super id iudices uiderint, nec damnarint. Vtinam hodie quoque haberetur haec lex Merula uir doctissime: neque enim tam multi scriberent, neque tam pauci bonas literas discerent. Nam & copia malorum librorum offundimur, & omnis uetustissima auctoritas, plebeiis, & minutulis confecta tur. Et quod calamitosissimum est, permittitur imperitis de studiis iudicare, ac promiscue iudicant. Ex hoc sinite persuasio illa exitialis, & monstrosa manauit: philosophos, in reconditisque non posse eosdem esse & eloquentes. Quam sententiam qui a multis locis tam saepe coercita, cum scribens doctissimorum, non dubito quin odia, & offensiones malorum incurreris, aut quod tibi frequens prouerbium est, irritaueris crabrones. Sed quando multitudo huius sacramenti tam adiungere, capitale est deserere praesidio. Equidem si locus mecum in me aliquid facultatis sit, non iurando, iurgando, sed scribendo, interpretandoque probare causam meam conabor; doctissimus ipsa mihi res testimonium afferat, nullum esse omnino auctorem, qui genus illud dicendi prossum, ac floridum aeque recipiat, atque historiam naturae. Non eam modo, quae rationem eius particularem, & sensilis continet (nam hoc Plinius secundus extra omnem controuersiam constituit) sed

lati) sed etiam quoque in quae universales, et speciatim quaeruntur. Quod graecis in Themistio primus ego attigisse, quod sciam, credo. Hoc igitur propositum, rogo te Mirandule, quibuscunque potes rationibus proveho. Esto mihi non defensor vero, sed adiutor, et censor. Quoniam vero negari non potest, interdum in philosophia locos, quibus explicandis fingere, ac novare quaedam necesse fuerit; et M. Tullius, et omnes priores concedunt, modo id nobis cum praefatione quadam, seu praefatione honore agatur: aut ut ille ait, modo quae ita nova nominibus notamus, Latina necessitate videamur peperisse, in hoc te expositionis habere velim aestimatorem, et iudicem: ut si quae in libris meis inveneris, aut omnino fictitia, aut licentius, ut dicam immodice, ac durius translata, aut per abusionem audacius transgressa, aut imitatione aliqua fortiter efformata, culpam in nobis hanc totam praefers, atque condemnes. Nec tamen multa te, ut arbitror, offendent. Decem summum, aut circiter verba opere toto comperies, quae arrepta de foro dici non possint, atque horum etiam nunc aliqua sunt Latinis auribus trita desumpsimus, aliqua ipsi peperimus. Caetera non abhorrent ab usu vel doctorum. Sed explicare non possem, quam mihi haec quae scripsi non satisfaciant. Non quod melius potuerim tum cum illa scribebam, sed quod nunc si mihi eadem congerenda stilo essent, infinitum quiddam videor mihi posse et commodius, et locupletius dici. Nec mihi desit qui illud obiiciat, cum te excusaris, Barbare quid sequeris? Non enim ad id valere hoc quod modo dixi, volo, quo quam perfecisse se queramur, sed ut declarem me in illa haeresi constantius perstare, ut putem fieri facillimum esse philosophiam Latinis literis reddi: quandoquidem illa ipsa nemo Latina, quae

aut quod in arbore sunt ipsa, aut quod primaria, & sua philosophis sunt, quae siue noua dicere necesse habuimus, nihilo minus arbitror etiam posse illustrius, & elegantius nominari. Alioquin ego ea non pro eo fugienda esse, recipienda que censeo, sed tantisper dum aptiora uel inuenio, aut ab aliis doceor, tanquam precario iis utor. Dicauimus porro tibi libros Themistii de ingenio animae, utrunq; ob causam, & ut argumento hoc utecunq; scires te a nobis amari, coli, & ut agnosceres in nobis imperium aliquod, bene fungi si uidetur, pro tua bonitate, humanitateq; quibuscunq; rebus possis, fueris. Vale. Venetiis, M.cccclxxx.

HERMOLAVS BARBARVS PETRO
Carae uiro consulto, & oratori facundissimo, S. D.

Duxit uxorem clarus bello, & pace uir Triuultius, Neapolitanam, praenobili familia. Inuitatus sum ad conuiuium, imo ad pontificium, & adipalem coenam. At ego ad epulas primas fame, spectator potius quam conuiua fui. Credo gratum fore uel tibi, uel posteris, si ferculi quandoque historiam descripsero: non ut Macrobius apud nostros, nec ut apud Graecos Athenaeus in suis Dipnosophistis, sed ut occupatus homo, & ad epistolae mensuram. Primo aqua manibus data, non ut apud nos stantibus, sed accumbentibus, atque rosacea. Tum illati pugillares ex nucleis pineis, & saccaro pastilli. Item placentae nucleis amygdalis, & saccaro confectae, quos uulgo Martios panes uocamus. Secundum ferculum altiles asparagi. Tertium pulpulae, ita enim popinae appellant, & isiciola. Quartum caro dorcadis cocta. Quintum capitula uitulorum, uitulinumue, una cum pellibus elixa. Sextum capi, gallinarum, columborumq; pulli, bubulae cum suis

linguis

lingulis, & pistaculis, ac simul contextis ebiciis, addito
leucophaeo paliario, sic enim Capellanij Mediolanenses
uocant, quem nostri fermiacam. Septimum boues integri
tosti, in singulos singuli catinos, cum iure, quod ex ama-
racis crassis, siue ut quidam malunt appellare, laser crassis,
condimenti uice fingitur. Octauum turtures, perdices, pha
siani, coturnices, turdi, ficedulae, & omnis plumei gene-
ris auiculae, molliter, & studiose tosta. Columbulae oliuae cõ
dimenti loco appositae. Nonum galli gallinacei, saccha-
ro incocti, & aspergine rosacea madefacti, singulis cum
sinis singuli pauones argentei, ut & caetera quoq; uascula.
Decimum porcellos integri tostos, in singulis singuli crate
ris insculptis quodam liquore perfusi. Vndecimum paui to
sti, pro condimento leucophagium, imò farraginem è ie-
cinoribus pistis, & aromate pretiosi generis, ad portio-
nem, & symmetriam additam, Hispani ap-
pellant. Duodecimum tortae confectae ex ouo, lacte, saluia, pol
line saccharo, saluiatam uocamus. Tertiumdecimum fru-
ctus cotoneae ex saccharo. Quartumdecimum, carduus, pi-
nei, acclymon, siue cynaram potius appellare conuenit.
Quintumdecimum à lotis manibus bellaria, & tragemata
omnis generis saccharea. Induxit mox histriones, pantomi-
mi, petauristae, ornitalogi, funambuli, choraulae, citharoedi.
Singulis porrò ferculis praeibant fistulae, atque tubae: sub fer-
culis inclusa canes, auiculae, quadrupedes, aniculae, omnia ai
malia generis eius uidelicet, cuius ea quae magistri, & stru
ctores cocta mensis inferebant. Mensae per atrii abacis sin-
gulae singulis dispositae, sed & peculiares priuati ministri. Ante
omnia silentium, quale ne Pythagorici quidem seruare po-
tuissent. Vale. Mediolani, Idib. Maij. M. cccclxxxviij.

[illegible]

[illegible]

HERMOLAVS BARBARVS
Iasono Decasio, S.

ET [illegible]

[illegible] Vale.

Ἑρμόλαος ὁ Βάρβαρος Ἀντωνίῳ [illegible]

[illegible]

Καὶ πολλάκις καὶ πολλαχόθεν [illegible]

[illegible]

HERMOLAVS BARBARVS ANTONIO Pyropylo Medico philosophoque clarissimo, S.

ET ex multis & saepe audire nobis licet referentibus generosum illud ingenium & philosophiae dignissimum institutum, [illegible] non tam in ceteras disciplinas, quam mathematicas & physicam [illegible] in dignitate praecedentem medicinam. Denique quod [illegible] [illegible]

[illegible]

HERMOLAI BARBARI IN PARAphrasin physices Themistij praefatio, ad Antonium Galateum.

PHiloxenum Eryxidis, & Gnathonem Siculum gulae proceres, immo uero extremos, ac perditos gulones, expeditiores quae infamant literae, quod conuiuijs adhibitis emungere se in patinis soliti essent, ut abstinentibus caeteris, soli epulis amplius fruerentur. Idem mihi uidentur peccare, qui studia liberalium artium docere, aut scribere ingressi, uocabulis sordidis, & ex intima plebis sermone fere acceptis, foedant, & contaminant omnia, ut bonis mentibus, & praeclaris ingenijs, aut auersis, aut perterrefactis, soli rerum potiantur, uoluptatibusque citra aemulum. Ita fit, ut qui pulchro modo humanitatis educati, initiatique sunt, non reformident haec adeo,

sed fu

sed fugiant, oderint, despiciant. Contra rudissimus quisque, *insulsissimusque, admirationem iis addebat.* Quod non contingeret, nisi quod (*ut in prouerbio est*) *balbi balbos intelligunt. Ac sunt quidam natura & consuetudine affecti, qui putantque, ut putent quae in philosophia, mathesi, diuinis scientiis tractantur, Latine dici, aut explicari non posse: non tam propter egestatem linguae, & rerum nouitatem* (*ut Lucretio videtur*) *quam quod sentiunt humanitatis litteras, quasi negocium facessere, & impedimento esse maioribus doctrinis.* In quo alii etiam imperitiores, *studiisque affirmant pugnantia esse haec non alio genere, quam ea quae disparata, & contraria dicuntur* dicuntur. *Proinde actum verum, si qui utrunque aut linguam condiscat, aut eloquentiae studio se ad philosophiam conuertat.* Hi sunt qui plausu modo in celebritatibus capiunt, qui per urbes urbanitatem conspiciunt, qui maior sit Aristotelis lectorum, narrantque & credunt, & praedicant. *Verius fortasse verbum, quam ut vel homo minime linguosus, commodusque afferat, vel ut abesse ab eo tamdiu possit. Sed, fortis fortuna, dicendum est. Nihil aeque perniciosum in omni republica est, quam ista persuasio: nihil tota vita incommodius, indignius, foedius, quam peruersio haec, & deprauatio studiorum. Addiceram hoc necessariis rebus, & utilibus, sed nolo esse longior in re non dubia. Illud non possum tacere, hoc quod vulgo creditur, philosophos non esse nisi generalis ..., nam quae non aliunde habuisse ortum, quam quod ex iis plurimi, dum se totos penitus ... illi, cui addicti sunt artis, assignarent, & desererent caetera, eloquentiam abiicerent, id est cultum, & elegantiam vitae, historiam negligerent, id est magistram,*

magistram, & doctrinam bene, ac beate uiuendi, de qua & ipsa rerum omnium prouenit, & peritia tota reipublicae administrandae, constituendaeque pariter. Hi cum legati ad externos mittuntur, cum praetores iuri dicundo sedent, cum in senatu sententiam rogantur, mirum non est, si aliquando praesentibus risum excitant, si sinistre, si dextre, si extrema deblaterant, si tota eorum non plus inepta, quam infantium oratio est. Et Hercules nullum hominum genus existit tam abhorrens a sensu communi, tam distorto, & corrupto iudicio, quam qui aut philosophiam, aut ius ciuile sine literis cultioribus adeunt. Sed mitto eorum obscoena, quae non uerbis, sed ferula commouendi essent: nisi quod senex est psittacus, negligit ferulam. Prius tamen quam hinc discedo, de genere hoc ita statuo, quemadmodum lusciniae si exquisitius cernunt uespere quam interdiu: ita hi similiter praepostere, & confusa, quam recta, & explanata percipiunt: & quemadmodum qui in antro degunt (ut inquit Plato) dicunt humanum genus felix, ac beatum esse non posse, ita qui diuersum a Musis ingenium obtinent, negant habitare eas posse, in quibus ipsi aridius sentiunt. Caeterum hortor te mi Galatee, ut adolescentibus illis nostris nouitios philosophos cum ueteribus conferas, perspiciasque, ut quantum intersit intelligant. Incumbe omni studio, labore, dexteritate, prudentia, ut opinionem illam, de qua superius dixi, quae fere in hominum mentibus obduruit, aut discutias, aut mollias. Ita enim & illos grauiores, & literatos omnes in commune promeritus fueris. Adiutum te in hoc iuuabit Pontanus noster, cuius tanta est, uel doctrinae, uel autoritas, uel utrumque, ut sperare sit eum (si uires intenderit) talem huic malo futurum, qualis aut sphingi Oedipus, aut hydrae Hercules fuit. Quod si quos nostra

fuerit

fuerit egregie pertinaces (sunt enim & insectorum, in terrestrium genere animalia, quae foetidis gaudeant) ad hos tu eos aut praepostera arte, distractos, & intempestiuis alios, ac plane depositos, despectos atque, ut munus quidem admoueas. Nunc restat, ut de nobis ipsis tibi aliqua dicam. Mirari te nolim si infinitos errores, quos isti partim imperitia linguae, partim Aristotelicae disciplinae inscitia praelegunt, & defendunt in scholis, non coarguo. Nec enim hanc prouinciam suscepimus scribendi res physicas, ut cum illis tanquam in palestra (ut dicitur) certaremus de laude & gloria: quippe quos uincere nullius negotium sit, sed ut uel nobis ipsis commentaremur, haec si nullos habituri lectores essemus: uel si quos haberem qui nobis stomachum esset, iis ad bonas literas aliquid operulae adderemus. Nec enim spiritus magis magnos in hoc, quam utiles (ut ille inquit) afferimus. Nec de nobis quicquam magnopere ardui pollicemur, sed quaedam tamen inuenisse non negamus, quae aggredientes ad haec tam insperata non inuenta potuerint. Illud tempus est in calce uti dicamus, nec ubi interpretationem in paraphrasi physices, pro nostra ueteri, ac stabili consuetudine uoluimus dicasse: aliquando dicaturum hanc singulatim a nobis ea, cum essemus istic, oppignerati tibi fide tenemur: quanquam praescriptione uti poteramus & fieri, & decimi sed beneficio harum legum resoluti philosophi, quibus in fraude ponitur, uel sudasso aliter ac gladio. Vale, Venetiis. M.cccclxxx.

HERMOLAI BARBARI IN PARAphrasin Themistij Peripatetici praefatio ad Sixtum IIII. pontificem maximum.

QVi mihi studiorum suorum opera nuncupant, Sixte pontifex summe quarte, alij id agunt ut se Maecenati;

sibi

sibi promereantur, alij ut studium aliquem sentiant industriae suae, alij ut alios [illegible] propellantur, alij ob alias caussas. Ego uero haec tibi dedico, tum ut meam in te obseruantiam, praesertimque Zachariae patris, qui illic ad te pro Venetis egit legatum, agnoscas. Tum ad maxime ut te pro fide ea, quae a me tibi ut principi meo debetur, summa, testificari illius tui praeclari & diuini commemorem, quod protinus quam creatus pontifex es, flagrantissime amplexus es, deditis adiuuandi prouehendique literas, quae procul dubio sine auctoritate & diligentia summi principis, aut interitura penitus uidebantur, aut ad pristinam barbariem reditura. Nam & ingenia undique conduxisti, & bibliothecam [illegible] Nunc te obseruant, celebrantque bonae omnes artes, ut quae tam maxime occupationem sine negligentia [illegible] habeantur. Erant qui crederent grauius esse cum gubernaturo hostibus, quam cum imperitia, & inscitia bellum. Imo fallebantur hoc, & [illegible] pariter, ac perpetuum illud extra omnem [illegible]. Imo libertas, imperium, uita sub alea est: in hoc labes animi certa. Per illud discrimen [illegible], ut res pessime cedat; per hoc nihil omnino, sed uiuat non homo. A barbaris, a feris, a uulgo differimus, quod literas habemus, illi non habent. Caeteris miscemur. Tolle hoc discrimen, deteriores sumus, quam barbari, quam ferae, quam uulgus. Hoc tibi (quod conspicis) illustrandum [illegible], promouendumque assidue propositum est. Nullae sunt cogitationes tuae tam multae, tam arduae, quae curam tibi hanc, aut excutiant, aut offendant. Sub Nicolao principe coeperunt se, ac reuiuiscere studia corpore. Nisi tu (quod facis) fouere perseueres, necesse est consenescant denuo, atque decidant. Igitur Themistium e fundo

Aristotelis

Aristotelis elegantissimi philosophorum, ad te in Latinum sermonem conuerti: atque nos ingratissime uideremur nisi faciarem, si philosophia ea quae de natura est, Latinis litteris quantum modo legitur in scholis, contineretur. Videbam nihil incultius, horridius, ineptius, quam eam partem illam literatura haberi. Placuit periclitari in Themistio, an ille quoque proprietatem & leporem Romanae linguae reciperet. Quando quidem liberatum mihi in hac interpretatione est. Non tam quod nihil iuuari ab iis authoribus potui, qui Aristotelem commentati sunt & ac barbare prodiderunt, quam quod ne ab illis quoque qui aetate nostra Latinam eloquentiam professi Graeca eius philosophi commentaria transtulerunt. Horum plerique dum alienam inscitiam insectantur, suam prodidere. Adeo omnia ab iis peruerse depravata quae sunt perscripta, ut si quis interpretationem eorum cum illis nostris conferat, quae reprehendunt, uel in aliquo Aristotelis libro, aut Graecis appensa examinet, utra eorum ambigua, internosci non possit. Fecerunt sive singulatim quacunque peccassent, ubi plura commisissent errata, quam uerba. Adeo qui non incessendi quempiam, lacerandive studio, sed ut iuuandi bonas mentes haec scribimus. Magnam incomparabilemque iacturam acceperunt studiosi postea maxime in Theodoro Gaza, qui ut Graecos Latinos omnes in hoc munere scribendi interpretandique superauit. Is si diutius uixisset, linguam Latinam hac quoque parte locupletasset. Quod & fecit in libris illis absolutissimis de animalibus Aristotelis, & Theophrasti de stirpibus. Hic unus mihi certare cum antiquitate ipsa uisus est, hunc mihi quem colerem, quem imitarer proposui. Ab huius scriptis adiutum me & fateor, & praedico. Huic ego non magnopere imitandum legi,

quam

quàm Marcum Tullium, Plinium, Columellam, Varronē, Senecam, Apuleium, & cæteros, qui in hoc genere commentandi diligenter euoluere necesse iam est. Ne illud quoque mirandum labor noster fuit, quod in iis libris uertendis, non modo non expreßimus uerbū e uerbo, quod interpretes indisertos solere Cicero monuit, sed libere & translationibus, & figuris, & tropis usi sumus ad mores Romanum scribendi stilum. Lusimus arbitratu nostro, sed sententiā integram dedimus authori. Tantum uero abest, ut aliquid prætermiserimus dissimulauerimusue, ut illud periculum sit, ne quod eruditioni impense studuimus, addidisse aliqua potius quàm detraxisse, iniquioribus uideri poßimus. In plenum non tam Latinum reddere Themistium, quàm certare cum eo uolui. Hæc enim lex, ut ille ait, linguæ Latinæ est, ut Græcam proprietatem, & gratiam in transferendo, aut æquet, aut etiam antecellat. Hoc me non dico aßecutum fuisse, sed crimen meum confiteor. Laboraui plane hoc ambitu. Sed an effecerim quod quærebam, alij iudicent. Ipse certe meo, nec magnifacio, nec probo. Sed quid te princeps humanißime oratione longa detineo? Finē faciā, si quædam de Themistio dixero. Is Libanij sophistæ, & Iuliani Cæsaris temporibus floruit. A quibusdam abbreuiator creditus Alexandri ex Aphrodisiade est, sed falso. Nam & ab eo dissentit haud timide, cum collibuit, & ab ordine, ac serie tum recedit. Præterea ipse non se paraphrasten Aristotelis facit. Est autem paraphrasis exercitamenti apud rhetoras genus. Ita finitur à Græcis hoc modo, ut sit, quæ narrationem proportione respondeat, aut sic in qua terminos aliorū scriptor, nō in alia, quæ haud alio grandiora ut sint, ut à Metaphrasi differat, sed in paria sensu modo seruato,

quod &

quod & Fabius duobus locis sic explicat: Versus soluere, mutatis uerbis interpretari, tum Paraphrasi audacius uertere, quae & breuiare quaedam & exornare saluo modo sensu conceditur, quod opus consummatis professoribus difficile, qui commode tractauerit, cuicumque discendo sufficiet. Alio uero loco sed & ipsis, inquit, sententijs adijcere licet oratorium robur, & omissa supplere, & effusa substringere. Neque ego paraphrasin esse interpretationem tantum uolo, sed circa eosdem sensus certamen, atque aemulationem. Dicta est & a quibusdam Ecphrasis. Est autem Ecphrasis uera, planaq; enarratio. Quod ergo dicimus inter initia doctissime pontifex, susceptum abs te patrocinium litterarum ne deseras, cum dico litteras, philosophiam intelligo, quae cōiuncta cum eloquentia sit. In te eruditio summa, & summa fortuna: facile sperare possumus, temporibus his futurum ut recta studia iacentia te (nam potes, nec alius potest) ad dignitatē pristinā reuocentur. Vale. Venetijs, M. cccclxxx.

HERMOLAI BARBARI IN CASTIgationes Plinianas, ad Alexandrum sextū pontificem maximum praefatio.

QVi lucubrationes suas regibus inscribunt Alexāder sexte Pontifex maxime, ueterem consuetudinem sequuntur. Nec interest quae materia, modo non obscura. Quando ea litterarum dignitas, & quasi praerogatiua semper fuit, ut dicari eas sibi principes & honestum & gloriosum putarent. Adeoq; nullum genus fastiditum est, ut Iulius Pollux ad Commodum Caesarem de grammatica, Vitruuius ad Augustum de architectura, Oppianus ad Antoninum de piscibus, Diophanes ad Deiotarum regē de agricultura scripserint. Ego uero Plinianas castigationes, quas

Lucubrationes literariae principibus dicari solitae

legatus Romae, nec dum sacris initiatus inchoauerat, ... opti-
mus, & doctissimus uir ... [illegible] ...,
... [illegible] ... (qualescunque fu-
erint) ... [illegible] ... essent. ... enim
erat, ut cum alia, tum illud quoque ... [illegible] ...
... [illegible] ..., aut qualis ... ingenij fuissent,
aut quo demum animo principes ... in bonos, & studiosos
homines futuri essent. Nicolaus quintus, ... [illegible] ..., cum
ei renunciatum esset, ... esse Romae, qui bonos uersus fa-
ceret, ... bonum esse. Cur enim, inquit, ad me non ac-
cedit, qui ... [illegible] ... homo sapiens
in urbe sua esse, qui ... sciret, & ... [illegible] ... Quanto
... [illegible] ..., si & militiae &
sacerdotiorum ... [illegible] ...,
... [illegible] ...
... [illegible] ... (quantum-
cunque ... [illegible] ...) ... hoc est ... [illegible] ...
ipse Plinius, si ... [illegible] ... ita redi-
re posset ad ... [illegible] ... salute, & dignitate sua,
quam ... [illegible] ... suscepisset, pe-
riculum non esse, ... (quae ... [illegible] ..., & ... est) ... [illegible] ...
... [illegible] ... Quamquam, ... [illegible] ...
... [illegible] ..., aut certe ... [illegible] ... pos-
sint, ... [illegible] ... ut quis aut ... parum ... [illegible] ...
... esse, aut Plinium errasse dubitaret. Erit & haec utilitas,
quod in ... quoque ... [illegible] ... corra-
... [illegible] ... in aliqua autori-
bus ... [illegible] ..., aliud agentes cor-
... [illegible] ...
... [illegible] ...

fenda. Iam quaedam ex confesso falsa, quaedam ad dictionē libera. Erunt & quae tacuisse mauis fuerat omnino, si attribu- conuictis fa praetulissem, aut placere magis, quam prodesse laborassem. Nulla aliqua, & quae uidi notare inter agno- sitiones satis habui, aliqua paulo pluribus uerbis explicata. Passim uero authores posui (id quidē uerbosum fuit, sed occurrendū erat inuidiae) paucissimis exceptis, in quibus ta- men non dicam, aut libidinem, sed rationem aliquam secuti sumus. Nec mihi satis est, ut (quod Fabius quoque dixit) ea sola esse contendam. Scio quosdam inuenturos adhuc, qui sa- gacius indagent et uelerent. Vtinamque sit tempus aliquan- do, quo nostra haec & inutilia, & parum necessaria fuisse uidea- tur. Ego uero tametsi quantum uel diuersitate malui, satis tamē in iis quaerendis, & exponendis studium adhibui. Quia ta- men nec scire omnia profiteor, & errare multo saepius, atque falli proprium est hominis, paratus sum, si in ullo un- quam opere, in hoc praecipue, quod ad beneficium humanum aliquam utilitatem comparatur, non pudorem modo adire deprehensus, sed & culpae satisfacere. Reliquum est ponti- fex summe, ut Plinium, & in Plinio literatos omnes fidei tuae creditos, ita tuearis, ut omnes intelligant te non modo reli- gionis, sed etiam studiorum, & bonarum artium esse prin- cipem. Passim, si alium fuisse pontificem existimat, de quo sibi omnis ordo, sexus, aetas, uel maiora, uel plura spopon- derit. Assentari nescio, & si sciam, nolim. Ridiculi sunt, nec animi tui magnitudinem intelligunt, qui ea te praedicant fecisse, quae nemo princeps nondum facere potuerit, impe- rium propagasse, aut ciuitatem seruasse, innocentissimas ma- nus habuisse, religionis & iustitiae pertinacem fuisse. Vul- gata sunt, & expectantur haec a te sine adulatione,

prius quam fiant, nec possint, nec patent. Atque ut haec ipsa feruntur cumulatissime praestiteris, nescio tamen quo pacto pinguiora quaedam, et grandiora desiderantur in principe. Illud vero citra suspicionem capere gratiae te scribit, cum tu maximo rerum usu, incomparabili prudentia, suprema gloria, incredibili felicitate, admirabili facundia, promptissimo ingenio, castissima eruditione polleas. Facere non possunt homines praesertim eruditi atque studiosi, quin summa omnia de te sibi etiam tacente polliceantur. Huius autem spei suae fructum satis uberem consecuturos se putabunt, si Politianum, sive quo alio potest hominem consistere, ac clientelam tuam susceperis: atque ita susceperis, ut opinionem de illo iam receptam, non solum agnoscere, sed etiam approbare videaris. Consulti quidem existimatio eius nullo modo potest. Habetur in manibus, celebratur, colitur, persuasissimum est indoctos esse quibus ille non sapit. Vir tamen dici potest, quantum ornamenti atque praesidii eruditissimo authori patrocinium tuum afferre posse videatur. Romae, xij. Calend. Septemb. M.cccc.xcij.

PRAEFATIO HERMOLAI BARBARI, cum libros Aristotelis [illegible] coepit praelegere, quas lectiones [illegible] vocant; coepit autem eas sub exortum solis fere.

[illegible]

QVod propositum meum esset in hac provincia, quam suscepi adulescentes optimi, quamquam privatim, et sic illud vobis saepe dixi, tamen nunc quoque dicendum mihi arbitror, et in commune puto. Animus est, et professio privata Aristotelem ipsum tum verbis, tum sensibus interpretari, deinde quid expositores eius utraque lingua dixerint, referre, sed breviter, et cum delectu ita nec oneratos, nec inanes

dimitte-

adhibent. Id quod contrario faciunt philosophi aetatis nostrae. Expositores enim ipsos magna cura perlegunt, Aristotelem ipsum negligunt. Quam quidem rationem docendi satis saepe reprehendi, nec me, nō sum dissimulaturus hoc loco, certe non fugiat. Sed aliud est reprehendere, aliud non fugiat. Illud sine iniuria cuiusquam modeste dictum arbitror, eos qui philosophiae praecepta tradunt Aristotele postposito, philosophos fortasse magnos, & admirabiles dici posse; Peripateticos utique, vel saltem Aristotelicos nec haberi, nec appellari posse: nisi quis contendat Peripateticae sectae placita melius ab aliis, quam ab Aristotele ipso tradi. Neque tamen deterreri volo quenquam, si qui sunt e vobis, qui praeceptores huic instituto nostro contrarios audierint, imo gratulari possunt utrunque, & quod perspicaciores facti sunt, & quod facile iudicabunt, quid intersit inter hoc, & illud praecipiendi genus. Contra quoque si qui penitus rudes accessistis, nihil propterea desperandum vobis est, nisi potius gaudendum, quibus contigerit incunabula philosophiae ab ipso prolatam Aristotele discere, & eam statim viam ingredi, quam clarissimi, & celeberrimi quique sectatores eius sectae tenuerunt. Aliquanto qui putant hanc adversam patrum memoriam, qui scholas illas philosophiae nunquam intrarunt, in magno versantur errore: quandoquidem tales scholas nec M. Terentius Varro, nec Brutus, nec Plinius, nec Calcidius, nec Boetius ingressi, non Alexander, non Themistius, nō Porphyrius, non Iamblichus, non Simplicius, philosophi tamen eruditissimi, & Aristotelis interpretes acutissimi fuere. Sed revertor unde sum digressus, credo gaudere vobis posse duas res. Alteram, interpretaturum me vobis intra triennium, vel summum quadriennium, Aristotelis omnia volumina,

Philosophi Peripatetici Latini & Graeci.

hoc est quicquid ad dialecticen, quicquid ad philosophiam naturalem, quicquid ad transnaturalem pertinet, item quicquid ad moralem, ad rhetoricen, ad poeticen. Nam de omnibus iis Aristotelem scripsisse constat. Quorum ut copiosissima pars quidem legitur, nec ipsa plane legitur ut videtur. Nam ex voluminibus Aristotelis centum & sexaginta, aut sex, aut septem tantum leguntur. Alterum est, studeatis ut pro viribus, ut nihil sit in Aristotele tam difficile, tam obscurum, quod assequi non possitis omnes intelligentia. Reliquum est, ut horter vos non ad haec studia, ad quae enim incitatissimos vos esse, sed ut ad hoc desiderium vestrum ardens, & constantiam assiduitatis & diligentiae, & constantiam: facile magis cogitatum, ut in auscultatione naturali legitur, sed magis facile non consequimur. Nihil est tam arduum, quo humanum ingenium penetrare non possit; sed sine labore, sine vigiliis pervenire nemo potest ad ea, quae nos a vulgo separant, & a populo. Cavendum autem vobis maxime primum est, non dico, ut per ignaviam desistatis ab incepto, sed ne nimia difficultate videamini, atque ita in numero eorum esse, quos ipsemet Aristoteles a lectione commentationum suarum reiicit. Omnes enim philosophi discipulorum suorum ingenia probabant. Pythagoras ex insomniis, quae per quietem vidissent, Plato ex conviviis, atque potu. Aristoteles utroque mutato ex ipsa sermonis obscuritate, ad quam non praesentes solum, sed & posteros exploravit, quasi aquila infantes suos, ut quorum oculos conniventes senserit, praecipitet e schola tanquam adulterinos: quorum vero acies firma contra steterit, educet, & recipiat ut legitimos atque suos. Quamobrem cavendum vobis est, ut harum aquilarum generosa soboles sitis,

Aristo. vo- lumina [illegible] [illegible]

ne pulli

non passi degeneres, & exiles. Cæterum tacere nolo unũ, quod ego meditans, & præcipuum ad studia philosophiæ comperi: quod quidem qui scire uolet, tamen est ingenio tam retuso, tam hebeti, qui cadere non possit ad huius apicem doctrinæ. Quæritis quid hoc sit? Absolute breuiter, uidelicet [illegible] fugæ, id quod [illegible] non præteribo. Voluptatum fuga.

[illegible]

Venus quidem [illegible].

Quem per locum nos expressimus paraphrasi:

Venter, pluma, Venus laudem fugienda sequenti,

Sed si eum dixeritis faciem, si [illegible] ijs quæ dixi, [illegible] sententiolam. Non sum adeo tardus, nec impudens, qui magnitudinem huius professionis meæ ignorem, sed fretus sum non eruditione aliqua mea, sed nouo [illegible] diligentia, ut quod uel ingenio, uel doctrina non possim: labore suppleam, & cura perficiam. Propterea quæ si sunt e uobis aliqui uel studiosi, uel amantes mei, hortor eos maiorem in modum, ut Aristotelem non dico diligenter assiduitate, sed diligentius, atque amentius. Atque amari quidem & ipse uelim, sed si amare simul duos non potestis, Aristotelem solum pro me diligite, atque amate. Amabitur autem bene à uobis, cum eum perite intelligetis. Illud uero persuasissimum habetote, nullam nobis maiorem uoluptatem futuram, quàm cum ita studiosum uidebitis Aristotelem, ut libros eius legere continenter, & intelligere ualeatis, expositoribus non consultis. Hæc enim summa professio est, hic finis laborum, unde studiosi ille summa dignitatem, & uere beatam capiant, ut cum ipso planè uiuo, & præsente loqui uideamur. Sed iam dicendi tempus est ad institutum nostrum. DIXI.

ORATIO HERMOLAI BARBARI Zachariæ. F. Legati Veneti, ad Federicum Imperatorem, & Maximilianum regem Romanorum, principes inuictissimos.

POstquam litteræ tuæ, Sacer Imperator, iocundissimum reipublicæ nostræ nuncium attulere, Maximilianū ad studiis tuæ filium principem celeberrimum & fortissimū, admirabili populorum & optimatum consensu lectum, & salutatum esse regem Romanorum, Senatus & uniuersa ciuitas nostra non contenta id per epistolam fecisse, congratulatum utriq; nos misit, & in mandatis dedit, ut magnitudinem gaudij sui, quod pro tanta re merito concepisset, non duobus modo uobis principes inuictissimi, sed Galliæ, sed Germaniæ, sed omnibus gentibus, omnibus nationibus, testatissimam & conspicuam faceremus: cū quia nihil tam amplum, tam gloriosum sacratissimæ maiestati uestræ potest contingere, quod sibi quoq; pro sua in uos obseruantia, fide, beniuolentia commune non putet: tum uero maxime, quia cum Christianum nomen, & Romanum imperiū hoc altissimo prouidentiæ uestræ consilio diuinitus amplificatū sit, hoc tanto & tam communi bono sic afficitur uniuersa ciuitas nostra, ut solicita sit admodum, ut lætitiam incredibilem suam oratione consequi ualeamus. Quamquam enim Cæsar gloriosissime, ut à te primum incipiam, nihil esse fere, quod uel à natura, uel à uirtute, uel à fortuna sit expectandum, quin cumulatissime consecutus esse uidearis: & complurimas res gesseris artibus, pacis, & belli, quæ nomen tuum æternitati commendare possent: hoc tamen opinione nostra fructum omnis anteactæ uitæ tuæ maximum

cepisti

cepisti, quod filium genuisti, qui nobilissimas gentes, ferocissimos populos, bellicosissimas nationes tuo maior animi quam sapientia uicisse, regnum Romanum et auo retinendum perspexeris. Multa sunt maiorum tuorum, Caesar egregia, cum bello, tum pace monumenta, quorum per se unum, neque loci, neque temporis habet est: sed omnia ea, ut per se magna sunt, & immortali memoria digna, ita cum hoc uno tuo facto comparata multo reperiuntur esse minora, quam prae se ferant. Ac gesserunt quidem alii rem Romanam tam praeclare, ut nihil addi potuerit, sed quamdiu uixerunt, & uiuere sibi. Tu autem filio tuo ad gubernanda tantarum rerum promoto, posteritati quoque consulis, & pluribus in futurum seculis prouidere, ratione inuenta, quemadmodum etiam publicae saluti uideare tu etiam post mortem talis id quod est, imperatoris esse boni, prospiciente ne possit esse malus imperator. Principem esse malum, quem uitia successoris commendent, & bonum uideri faciant. Nam quotus quisque princeps non bonus sit, ad alterum collocatus? Congratulamur ergo tecum tibi, & felicem tibi principem contigisse, non respublica modo nostra, sed Christianus orbis uniuersus, quod principem eum quem cernit tantum omnes esse legitimum, & tibi simile, & sibi habere contigerit. Rara & inaudita felicitas tua Caesar beatissime, filium genuisse, quem Galliae, quem Germaniae, quem Barbari, quem Romani, quem populus Christianus imperatorem optare te uiuo, te reluctante, non erubescant. Dixi te reluctante, nam haec tua diue Federice propria laus est, non maius tibi quam ceteris moderari. Verebaris enim modestissimus & grauissimus imperator, ne si precibus populorum & principum omnium protinus annuisses, ad

charitati patris in filium, aut ambitioni datam esse iudicaretur: parum tibi uidebamur praestare Caesarem in alios, nisi aduersus teipsum quoque praestitisses, imò qui clementissimus, humanissimus, & facillimus es in caeteros, id quod ego non fama credo, sed expertus loquor: in te parū aequus, & durus satis esse uoluisti. Nihil erat apud te fuga uoluptatum & continentia, quas uirtutes unus te, nullus ante te magis commendauit, nisi & paternam assiduitatem, quo nihil esse constat in bonarum potentia, nihil tam legitimū, castigasses & compensasses. Nec enim satis erat in Caesare liberos suos, qui & ipsi sunt Caesares protinus quam nascuntur, reges esse cupere: quandoquidem non magis honestum est regem uocari, quam Caesaris esse filium. Nam patris in filios indulgentia popularis, & plausibilis quoque solet esse, utcunque uel insidiosa sit, uel probosa. Nam in Caesare commendabilis semper fuit, in te uero etiam expetitur quasi debita. Nec tam indulgentiae nomen habet, sed iuris & aequitatis. Quis enim est filio tuo uel bello, uel pace clarior? quem res aduersae magis exercuere? Quis prosperis & secundis minus intumuit? quis in utraque fortuna constantior? in labore pertinax? in remissione diligens ac pervicax? Mitto bellicas uirtutes, quae ut in eo praestabiles & eximiae, ita nec temporum sunt omnium nec locorum. Attingantur pacis artes, quae semper & ubique sunt usui, sapientia, temperantia, placabilitas, innocentia, religio, frugalitas: hae in iuuene uno tam praeclare, tam eminentes esse perhibentur, ut ne in sene quidem imperatore maiora desiderare posse uideantur: futurae prorsus incredibiles, nisi eum ex Austria gente celebrari fama, & filium tuum esse meminissemus. Quae cum ita sint, Impera-

ratoris

[illegible] tibi gratiae provinciarum, oppidorumq; habentur, & semper habebuntur imperator cōstantissime, quod pro clementia tui [illegible] & modestiam tuam expugnari passus es. Ergo his tribus [illegible] Caesar invictissime. Primo, cū oblatum filio tuo regale munus dissimulanter aversatus, & deprecatus es, naturalemq; patris in filios pietatem virtute plusquam heroica, imo divina quadā mentis & animi magnitudine superasti. Secundo, cum hanc ipsam virtutē, quā modo recusasses, utilitati publicae contemplatio [illegible] & impetravit a Caesare, quod impetrari non potuisset a patre. Sed laudandum mihi Caesar venit, Maximiliane Auguste princeps generosissime, ut a se digressam orationem ad te convertā, [illegible] liberius, atq; laetius: cū quia laudes tuas pater aequiore animo quam suas audit; tum quia per hunc modum imperio firmatur, & desiderio reipub. [illegible] & [illegible] satisfacimus. Ergo munificentiae tuae nomen apud nos tam celebre semper fuit, ut ad diligendum amandumq; te propensior, etiam ad colendum & observandum [illegible] ferit. Est hic [illegible] reipub. nostrae [illegible] atque [illegible] [illegible] & [illegible] tyrannos [illegible] [illegible] & [illegible] non solum [illegible], sed etiam [illegible] & [illegible] [illegible] qui, dignitatem [illegible] & amplitudinem [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]. [illegible] nostra [illegible] & principū [illegible], quae [illegible] & [illegible] [illegible], [illegible], & [illegible] apud nos, in quo [illegible] [illegible] quam [illegible] [illegible], [illegible], [illegible] sit: [illegible] debeat, [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] incomparabilem, quam te Romano rege declarato conceperunt, [illegible] nullo modo possunt. [illegible] ac [illegible]

[illegible]

cere in uno te scit inueniri, mirum dictu, uirtutes omnes im-
peratoriae, iustitia, liberalitas, animi magnitudo, clemen-
tia, placabilitas, abstinentia ac longe itam continentia: & ut cō-
plectar uno uerbo omnia, quas summatim ante te omnes
uiri, Aemiliani imperij te cognouissent. Peruidit hanc
Carolus Burgundiae dux. tu solus diuinitatem Carolus rex Belgarum, experientissi-
mus belli dux, & acerrimi uir ingenij, qua ex re adeo exar-
sit, ut nihil prius habere uideretur, quam ut unicam sibi fi-
liam uirginem magnae spei, formam bellissimam, heredem
multarum gentium, nationumque futuram, & omnibus quā
multi reges appeterent, obseruarent, ambirent, tibi uni soli
puero, nec uocato, nec quaerenti despondere posset. Vndecī
gessisti autem aetatis anno, quum princeps ille cui tu asci-
scendus gener eras, ab Lotaris, & Heluetijs interemptus
esset, soceri tui regnum a Gallis occupatum aggressus, pa-
na manu fusis & trucidatis ingentibus hostium copijs, fer-
ruam liberasti, uxorem desponsam duxisti, & filiam fortuna-
tissimam modo florentem, tum miseriarum & cantiones, nec
plus inter ore quam uerbis confectam, omni diuina & huma-
na spe destitutam erexisti, sublimasti, roborasti, ut antea carā,
& dignitatem, & publicam conseruasti. Hoc mater, hoc
praesentie tanto & tam immortali beneficio domicellae uirgi-
nem ope tua recreatam, uirtute tua defensam, tuis armis ui-
uentem exceptam uxorie, desponsatam a patre primo ani-
mo, tum etiam opere tibi collocarent, uidelicet ut eundem
generum atque uirum haberent, quem habebant & assertorem
rem, & uindicem. Habemus rudimenta uirtutis, & fortitu-
dinis tuae documenta. Quid illa quae tunc egisti quam fuisse
rata quam mira quam insolita? Nato tibi filio ciuiles ortae
seditiones sunt Moriniis authoribus, quarum opera sedatae

est, at

est, ut charissimum tibi pignus, nescio quo praeterito custodiendum & asseruandum eriperetur. Fuit hoc certe non perfidia, nō defectio, princeps gloriosissime, sed fuit uti hoc agnitis, ut per intestina quoq; bella clarior & celebrior fieres. Nec enim plus eos amat fortuna, quos indulgentior habet, & quibus parcit, sed quos iactat, quos exercet: quanquam clari nec bello, nec pace duces intelliguntur, quibus omnia prospere cedunt, sed quibus contingit per labores, per aerumnas, per incommoda splendescere. Nam ut secundae res stabiliunt, magnum certe faciunt aduersae. Alexandrum illum Macedonem, sunt qui omnes egregium bello ducem fuisse praedicent, quod ei in illius pugnae non secunda fortuna fuerit, quodq; in ipso rerum incremento horridam atrocem fortunam experturus iam a discessit. In te uero, quem certe sydera directa sceptro patris & solio destinauerāt, quid mirum si aliqui operam dederant, ut tristiora tibi tempora incidérent, ne aut aetas quiete languesceret, aut parum dignus imperio fuisse uidereris, qui omnino futurus esses imperator? Itaq; continuos nouem annos in castris agēs difficillima quinque bella profligasti, Gallicum, siue Francicū, Eburonicum, Sicambricum, Batauicum, Morinicū: quod quidem posterius haud facile iudicari potest, utra tibi re gloriosius fuerit, eo ne quod filium tandem tibi cōmptum, saluumq; recepisti, an eo quod nobilissimas gentes, fortissimos bellico iri populos, urbes opulentissimas ad deditionem & permissionem compulisti, id quod nec Carolus socer, nec prosocer Philippus excellentissimi duces, hic bello, ille sapientia, consequi potuisse uidebantur. Non ergo te Patergenicam rex clarissime, non labore aut bonum iam abit, nihil amplifico, nihil adorno, sed dicendo per capita, & nudas

rerum

rerum à te gestarum summa attingo. Mirantur tamẽ hæc omnes, mirantur etiam citra fucum, & negligẽter effusa; plus mirentur si qua te propius introspexerint, & uirtutes tuas intuerentur, quarum præsidijs nixus, tot insignes uictorias, tam multa belli decora consequutus esses: uiderent illud os tam probum, tam iucundũ, hanc tractã de cœlo speciem, istã lacertorum & pectoris firmitatem, hunc totius corporis uigorem, hanc animi impigritatem & alacritatem, hunc imperatorium ardorem oculorum; præterea quam ferox in prælio, mitis in contubernio, effusus alijs, tibi parcus, in castris nõ mollis, non mensa præcipuus. Algorem hyemis cum cætero milite sub pellibus, sudorem æstatis æqualiter. Ipse modico & castrensi cibo contentus. Iam quis te solertius castris locum capiat? commeatus expediat? hostem insidijs circumueniat? pugnæ tempus eligat? aciem instruat? urbes obsidione cingat? Neque uero partes imperatoris, & optimi ducis imples, militis non imples. Nullum tibi castrense munus sordet, non stare pro signis, non excubias forte agere, non uallum ferre, non speculatum egredi, primus inire prælium, postremus excedere, utrunque uicta doctus, opere militem, & consilio, ducem agere. Nullam tibi uel principalis fortuna, uel maiestas imperij [illegible] remittit, nihil tibi parcis, nihil blandiris, indulgentissimus cæteris, tibi parum lenis: & omnino nihil gregario plus habes, nisi quod plus laboras: ratus id quod est, non tam honorem quam onus esse quod regnat: imperatorie hoc esse iudicans, ut opes & magnitudinem suam non ad ambitum quem priuatam, sed ad salutem & commoda reip. conuertat, utque non imperium sibi, sed se ipsum imperio dedicatũ sciat. Sed & illa tibi peculiaris seruatur, diligere quidẽ omnes, sed amicos etiã diligere, nõ

oblitus

oblatos illos & pessime obuios, de palaestra, de sphaeristerio, de fritillo, sed quos ad innocentiam, patientiam, continentiam, ad algores, ad aestus, ad opera militaria saepius exploraueris. Nec enim amici sunt, quicunque nos sequuntur (alioquin tam multi, quam sint, ut Plutarchus inquit, in culina muscae, quae cum ipso nidore confluunt & recedunt) sed quos amicitia dignos esse iudicaueritis, eos debetis uos ultro sequi. Itaque cum illi qui se tibi adiungendo uirtute commendauissent, consuetudine delectassent, utilitate demeruissent, in omnia familiaritatis officia deferendo, & Caesarem obliuisceris, ut amicum praestare posses. Neque uero postremum inter laudes tuas posuerim, quod liberales & ingenuos (sicut studio) tam impense diligis, quodque bonas artes non foues modo, sed alis, atque promoues. Imperatoriam & hoc decuit, tam quod in nullo plus emicat hic nitor, & hoc lumen decentius, quam in regibus: unde natum sit illud ex Homero Platonis interpretatione, discipulos deorum non alios esse quam reges: tam uero maxime, quod praecepta sapientiae nō habentibus modo prosunt, sed in alios (etiam fere diuersos plus) redundant. Quid igitur ad Anaxagoram in Pericle, Platonem in Dione multum instituisse? Non nauigasset ab exercitu Cato Rhodum, ut Athenodorum audiret, nec Panaetium Scipio audire concupisset, nisi tantum in ea re, ad communem usum, uel fructus uberes iudicassent. Praeterea multa prudenter atque constanter, nihil me fugit, quam religiose, quam innocenter, quam sancte iuuentutem hactenus transegeris: paci consulueris, obsequentiorem te patri filium, nec esse, nec fuisse unquam. Scio, quam praeclare, quam magnificae cogitationes tuae sint omnes. Non ignoro quae prudens uota conceperis, uotaque digna principe

Christiano,

Christiane, digna maioribus tuis, digna Caesare, digna te ipso. Hae virtutes tuae illae sunt, imperator invicte, propter quas durum sit te bellicosissimae terrae Galliae pars Belgae, non modo non dedignantur alumnum et Germanum, quibus aliquanto non sunt infensi, quam proximi, lingua, caelo, moribusque distantes, sed appetunt ut indigenam, mirantur ut principem, diligunt ut parentem. Haec ingenuitas tua veritas, propter quae Federicus pater imperator sanctissimus, et gravissimus imperator adduci, persuaderique potuit, uti te regem Romanorum se vivo renunciari pateretur. Ac differebat quidem ille primum, et cunctabatur, simul ut verecundiam, et modestiam suam, quemadmodum prudentiam, ab omni labe suspicionis assereret: simul ut exploraret, assentirentur ne patri, qui pro filio tam multa laboraret, an consulerent saluti suae vellent. Sed tum ipso patuit acclamationem illam, atque preces non adulantium voces fuisse, sed studentium. Nam adulatio simul ut est, protinus frangitur atque languescit. Studia quo plus arcentur, eo magis gliscunt, et exardescunt. Quanto nunc illum Federicum gaudio perfundi arbitror, quod filium suum te incolumem plenum potissimum imperatorem? quam iucundum sibi, quod te comparari filio suo senatus? Et quoniam alternatim sancti iactetur, modo amicis, modo inimicis. Caeterum quid providentia tua dignius, amplitudini gloriae suae, clementiae, pietati, felicitati, commemorem fieri potuisset, quam ut quemadmodum auctoritate publica sibi ut genuisset, eidem quoque per parentem, et deinde, et nomen imperatoris accresceret? Magis ingenti utroque in principe, merito, etiam si difficile percipitur, ut aequat ille, pulchrius et honestius fuerit genuisse talem, an cooptasse. Non multo minor tamen veritas huius Germani principes asseverant, quorum vis id est, regem

Romanum

Romanum mox futurum imperatorem eligere. Nec enim possunt non optimi esse, qui principes sibi optimos prospiciunt. Proinde cum talis & tantus esset is quem legistis, ac & omnibus anteponi meruerit, & ab omnibus, sublato nos utrumque candidissime consecratos fuisse, & ut gratias vobis ab omnibus immortales & incredibiles haberemus, & ut nomen vestrum aeternitati commendatum & consecratum esset. Verum ut nomen Vitellij, vel Othonis subinde abhorremus eorum qui sibi illas atque posteros ad dissipandam & succidendam urbem intulissent, ita hoc optimi principis electio nunquam memoriae hominum sine uobis occurret, quotiesque posteri uestri res ab illo fortiter gestas recognoscent, toties laudabunt qui talem imperio praefecerunt. Sed redeamus unde nos contemplatio patris & eorum qui te legerunt, abduxit. Magna per se res erat, omnibus populis, omnibus suffragijs, & (ut ait dicere) tributim centuriatimque declaratum esse regem Romanorum: sed facit occasio maiorem. Ea sunt enim Reipublicae Christianae tempora, is habitus imperij, ut non tam speciosum fuerit te regem creari, quam necessarium, nec ad futura modo, sed ad praesentia rerum momenta salutare. Omitto singillatim enumerare publicas clades, omitto percensere quam late, quam crudeliter sint caesa religionis Christianae membra, omitto bella quibus imperium hoc distringitur: sit enim piaculum in tam festa praesentium gaudiorum luce enarrari tristia: illud sine periculo nostra publica laetitia dicetur, hoc quod principes Germani de creando te sibi rege cogitaverunt, non tam consilium fuisse quam remedium. Ergo non ad otium, non ad refectionem, non ad quietem (aliquam tibi debitam post tantos labores) sed ad nouas expeditiones, noua bella, no-

nae difficultatis, imperium tibi tradatur, omnibusq; per bonam solatium tibi, sed aliis quoniam nihil erat aliud cogitasse video summos viros, qui te patri tuo principi nobilissimo, sed etiam iam pleno socium addidere, quo et ille consilio Remp. in laboribus operibus adiuvari possit. Quid illud, quam gloriosum tibi, quam letum patri, quod in omnibus in tempore: ut regem deorum tamen dominum te contigeret, cum opera tamen non imperium, sed imperator, nec imperator, sed pater expectatione esse videretur. Accessit hoc ad cumulum amplitudinis & fortunae tuae vox praestantissimae, ut qui filium infantem e periculosissimi hostium manu eripuisses, apud eundem patris quoque certe ac gloriae fueret. Duos omnino legimus cognomento Pios fuisse, nec argumentum ignoratur, unde sic appellari meruerint. In te posteritas ambiget, utrum causam hoc nomen tibi conciliaverit, quod pius in parentem, an quod pius in filium apparueris. Sed iam tempus est, ut ad ea veniamus, proa longius nec quam vole, ea quae a parte legati sunt, laudem ac statuam splendore, numero, magnitudine detineri patiar. Quandoquidem si nihil est in rebus humanis principe Romano maius & augustius, si talis & tantus est filius tuus Caesar, ut ab omnibus legi debuerit, & ex omnibus deinde si ad illud nobilius ad gloriam, vel certius ad salutem excogitari poterat, quam ut ille Remp. difficillimo tempore capesseret, meritum videri debet, si quod per tuos testatum sunt, ad hanc magnitudinem letitiae nullius hominis facundia, nullius vis ingenii, pervenire potest. Sed haec transalpina sunt, communia sunt omnibus. Illa peculiaris Venetae causae, quod neque genus est ulla, neque natio (absit verbo invidia) cuius vel plura, vel maiora, & in Christianam Remp. cuius tu caput es, & in

Romanam

Romanorum imperium ac quantum beneuolentiae, fidei, pietatis apparerent. Non auderemus isto proposito Caesar optime, nisi et uera esse cōstaret, & tamen alibi iter audiremus: aliaquin studium socius esse conantem paruam certa dicere, nolumus falsa. Sunt & illa nobis propria Maximiliane rex foelicissime, quod clarissimum nomen Austriae familiae, qua nulla fuit unquam regum imperatorumq; foecundior, religiosior, & uenerabilior semper habuimus, quod Friderico patri tuo principi sapientissimo, quancunq; fere ter iuerimus, cultor studiosus, quibuscunq; cum locis & temporibus singulari significatione uoluntatis & obseruantiae prosecuti fuimus, quod ipsum te semper a teneris unguiculis indoluere quadam amatum non oculis inspexissemus colebamus, ac hominum tuae famae, amplitudinem quantam nos summe defendimus. Iam qui principibus Lusitaniae nobilissimis & fortissimis, unde tua Aemilia tibi genus est, qui socero tuo Carolo duci generosissimo, qui Philippo tuo patri sapientissimo principi carissimo tuo, quem Venetus Tot modis copulati cum ... fuere, quem Venetus Tot modis copulati cum sublimitate uestra fuimus, tam multiplici nexu uincti, ut qui haec non uidet, nihil omnino uideat: qui plus desyderat, nihil omnino desyderet. Gratulatur ergo proinde tibi nobis & uniuersa ciuitas nostra, non sibi, & inde nobis summus & uniuersa ciuitas nostra, non quantum caeteri fecere, sed quantum nulli nec quantam di-ci, uel cogitari possit, sed quantum nec dici, nec cogitari, uel cogitari possit. Sed quantum nobis tua celeberrima principum huic ri fas est. Et quoniam ambo tui celeberrimi principes, pater inde filius, in mutuo consilio, ut neque tu maior, neque iste foelicior esse possit: reliquum est ut deum optimum maximum conseruet hunc & florentissimi imperij statum, ut quando reip. Romanae publica uota comprecer & obsecret, ut quando reip. Romanae tuum principum decus patris & filij, haec, maturitate senatori,

ris, illius uertute iuuentus florentissimam esse uoluit, beneficio suo faciat, pietatemq; suam, & uoluptatem conseruandi per optimos principes generis humani faciunt, & perpetuam esse iubeat. Postremo, ut illustrissimum ducem nostrum, & inclytam Rempub. incolumitatis & gloriæ uestræ cupidissimam, quæ te Cæsar semper & patrem, & principem Christianæ religionis agnouit, coluit, & suspexit, sacrosanctæ maiestati tuæ quanta maxima possumus ueneratione, religione, deuotione commendamus, opes nostras omnis atque uires ad conseruationem & incrementum imperij, dignitatem & amplitudinem sacratissimi nominis uestri, promptas, expositas, & dicatas esse docemus. Dixi.

HERMOLAVS BARBARVS
I. Carondileto supremo regio
Bu. Secretario, S.

ORationem a me cudisque nuper habitam ad principes, amplitudinis tuæ nutu recognoscendam castigandamq;. Quamquam enim mei moris esset, nihil unquam temere, nihil non diu conditum atque pressum emittere, cum primum tamen desiderari eam a te subodoratus sum, solui te mihi uim & pertinaci tradere, ut instituto meo decedere meratus id quod erat, minus esse malum, adire periculum famæ, quam moram desyderio tuo facere. Quantis unde meri sit apud me, quem ne de facie quidem noram. Perspecta sunt omnibus eruditio, fides, integritas tua. Compertum nobis est quantum Veneti nominis studiosus sis, exploratum habeo quantum me diligas, quam memorem, quam me commodem & ad litteras meas commendes. Sed heus tu docte uir, obsecro te mirere, si qua leges in hoc libello, quæ tunc dicta non

ita non fuerunt. Nec enim addidi nunc ea, sed detraxi tunc: admonitus ab aliorum exemplo quibus saepe contigit, ut longiores essent, ambitiose viderentur, optima quaeque dicerent, patientissimis omnino, sed occupatissimis tamen principibus parerent. Antiquam subito consilio mutata, quamquam quo i potest consilium fuisse si subtractis quae tunc resecui, modo sunt enunciata tempori, antiquum exemplo facimus, quos .F. Quintiliano teste, constat longe aliter scripsisse, quam egissent. Exstabat Massiliae, A. Miloni quidem orationem .M. Tullij non quam habuisset pro eo, sed quam scripsisset, attulit. Tunc ille, si sic egisses, inquit, Marce Tulli, non esseret Massiliae barbatos pisces Milo. Caeterum non dubito quin nisi te amor fallat, ut audiendo tunc, ita nunc legendo non parum multa mihi displicitura sint. Sed equum te quaeso nedum et cognitorem et iudicem praebe, considerans hoc et aestimans, quod significaverant antequam principes adventus significatum nobis fuerit, non duas orationes seorsum, ut cogitaveramus, atque paraveramus, sed unam duobus nostris habendam, et recitandam esse. Plena difficultatis, plena discriminis res erat: tota mihi ratio dicendi punctoque temporis immutanda fuit, orationi universae filum retexui, atque ut brevi rem complectar, et cum, et sicubi ipsa pro se fuit interpolata est. Vale decus nostrum, et me principi nobilissimo, cuius es inter eos qui sunt a secretis, merito supremus, commendatissimum rogo facias. Utinam aliquando mei sim, ut res ab illo fortiter et magnifice gestas posteritati commendare possim. Tunc faciam id libenter, quod ipsi qui maxime desyderet. Ex Ilragii, pridie Non. Augusti. M.cccclxxxi.

LIBER

ANGELI POLITIANI AD magnanimum Laurentium Medicem Petri F. in Platonis Charmidem e graeco a se in latinum conversum, praefatio.

Cum saepe mecum animo reputarem magnanime Laur. Medices, et tanquam ex alta quadam specula humanae vitae conditionem intuerer, illud in primis cum admirabile mihi, tum vero etiam dignissimum visum est, quod cum omnes homines pari quodam studio ad felicitatem ipsam tanquam ad portum aliquem contendant, adeo tamen pauci tanta perfruerentur, tam multorum investigatione consisterent, qui ad eam adipiscendam recto uteretur itinere ingrederentur. Sed cum et natura quidem ipsa ad felicitatis indagationem quosdam quasi igniculos nostris mentibus inseruerit, et (quod in Protagora Plato ait) neminem omnino non invitum peccare sapientes arbitrentur, illud mihi profecto maximae causae visum est, omnium malorum omnium causam, quae quidem humano generi plurima fuere, atque acerbissima inciderint, quibusque universa vita nostra velut turbulentissimis tempestatibus hinc atque illinc perpetuo iactatur, non aliunde a nobis oboriri, quam illius investigandae difficultate contigisse. Hinc itaque effectum est, ut quae homines singuli per se ipsi nacti sunt, ea quidem veritas [illegible], alii vero, atque ad se maxime pertinerent, duxerint, adhaeserint pro se quisque [illegible], eadem [illegible] quorum aliquis potissimum [illegible], ac potiora esse arbitrentur. Atque alii quidem [illegible], ut est apud Flaccum, atque quadrigis bene vivere petentes, et tanquam inter omnia genera margaritam, pretiosissimam de qua divina sapientia locuta est.

cata est, in tenebris peruestigantes, cum neque pondere, neque mensura, neque etiam magnitudine eam à caeteris discernere ualeant, contendunt temere, & uariantur inter se atque infidis quibusdam magistris allecti, dum id quod indagatur habere se ambigunt, neque continere quae legerunt, neque à quaerenda dissidere, obstinatis iam animis desistere audent. Neque uero hoc aliud est, quod Homerus ille noster diuinae sapientiae quasi quidam Oceanus, herbam quam μῶλυ uocat, quamque Vlysses à Ioue per Mercurium accepit, quasi quoddam Antidotum contra Circes ueneficia afferet, nigra quidem radice ipsam, flore autem lacteo quam similem, uel uix mortalibus euulsu difficilimam esse dicit. Quapropter cum multis simus ignorantiae tenebris praepediti, tantisque idcirco laboribus, ac periculis circumuentur, non mirum profecto uideri quam Homerico illi Diomedi & uidere, & studere in confertis hostium acie laborantibus, sapientissimae Palladis, hoc est sanctissimae philosophiae auxilium implorandum est, quae & ipsa nobis caliginem illam, quae nostris nunc oculis obducta mortales deficit uisus, atque humida circum caligat, redem...: ut (quod diuinus ille Homerus recitat) sit nobis lumine promptum. Pergam tamen hoc latius explicare, dicamque. Nisi enim philosophiam ipsam totius uitae ducem, & uirtutis, ut ille inquit, indagatricem, atque expultricem uitiorum assequamur, quae immortalis dei munere è coelo in terras ad regendum, gubernandumque hominem demissa est, nunquam profecto nobis uel paruum hoc refulgere uel pretiosum illum Margaritum nostro (ut aiunt) marte inuenire, uel ab humanae huius uitae illecebris, quae nos circei poculi instar in feras, bestiasque ... nullo pacto eruere ... Verum enim uero ut donec ex ... , iam uero ...

Moly herba.

Philosophia uitae dux.

bla, Mercurius fingitur, ita profecto non cuiquam datum e-
st intima philosophiae adyta penetrare. Qui enim animo
angusto, sordidoque essent, terrenisque humanisque cupiditati-
bus mancipato, eos Plato in eo quem de Republica inscripsit li-
bro a sacrosanctae philosophiae limine, seu profanos quos-
dam, atque ad eam capessendam minime idoneos, non iniuria
ablegauit. Haud enim quaquam fieri posse arbitratus est, ut
quorum animum sordida illa rerum ignobilium cura occupa-
uerit, eo ipso humanarum, diuinarumque rerum scientia
comprehenderetur. Est etiam Platonis eadem in Phaedone
sententia illa, & tibi Laurenti certe non incognita, par om-
nino esse, ut qui ad sapientiae studium se conferant, prius qui-
dem moriantur, animamque ipsam ab omni corporis sensu,
contagioneque auertant, & quasi in suum ius, suumque liber-
tatem vindicent. Quod cum ita habeat, nihil profecto mi-
nus sapientiae studioso cōsentaneum esse potest, quam cibi,
potionisque, ac sordidis etiam corporis voluptatis, vestis
praeterea & calceorum, aliarumque huiusmodi nimia ap-
petitio, & cura, quae ipsius tantum corporis cultui, ac si-
nullius animi participatione subministrent. Quamobrem cum
ad philosophiam ingredientibus primus nobis consessio quasi
supercilio temperantia occurrat, eademque diligenti exami-
ne multum ac diu perscrutatos ad recondita usque sapientiae
arcana comitetur, nemini profecto obscurum videri potest,
ingens omnino quiddam, atque eximium, maiusque multo, quam
quantum facile praestare homines possint, suscipere, ac profi-
teri eos, qui se philosophi nomine, maximeque Platonici cen-
seri non erubescant. Itaque cum complures id temporis gar-
rulos, nugaces, petulantes ineptos, cessatores, pusillos, in-
uidos, gloriosos, auaritiae, luxuriaeque turpe addictos, etiam
uideremus,

Qui a philosophia arcendi.

Temperantia.

auderent, qui hoc sanctissimum philosophi nomen illotis (ut ita dicam) manibus Harpyiarum more attrectare & contaminare ausi non fuerint, atque in ipsam academiae sacraria tam infracta iam pudoris, ac reuerentiae claustra, quasi canes in templum temere, impudenterque irrumperent, operaepretium facturum me existimaui, si quem ego uel ab ipsis inferis tantae temeritatis uindicem excitarem, qui aut interdicto cum homunculis istis, abiectissimisque homunculis contenderet, aut ex iure manum consertum uocaret, quod in alienas (ut inquit Cicero) possessiones tam temere irruissent. Atque ego quidem cum id esse qui hoc prouinciae susciperet perquaerendum toto animo, & cogitatione conuerterer, in ipsum peropportune incidi Platonem philosophorum omnium sine controuersia principem, ac deum, totiusque sapientiae quasi quoddam (ut aiunt) terrestre oraculum. Qui cum perdiu iam (ut uidebatur) latine loquendi insuetissimus fuisset, subito eandem ego hanc ab eo gratiam, quam uidebam uelle inire, eumque paucis admonere decebat, quam apud me sit diuersatus, latinum sermonem doceat. Quippe quidem ille (quae sua est docilitas) ita sane auide, celeriterque arripuit, ut ad literam iam ipsam philosophorum suorum intelligendam certo studio accingi uideretur. Quapropter cum ille nomen magnanimi Laurentii Medicis, id quod uidere aliquando ille, perquam impense cupiebat, ex uniuersa hominum multitudine cognosce-re intelligat, qui & temporis sapientior graecus, & philosophiam ipsam omnium bonarum artium parentem longo iam tempore exulantem, quasi postliminio in patriam reducens, nihil profecto antiquius habuit, quam ut cum illo incredibili quodam animi ardore, summaque alacritate assumeret, saluteretque, tamque amaret, quo adeo fieri posset grandia-

F 5 tum

tum demonstrat. Tertium scitum [illegible] causa dubiorum, percipitur nonnunquam. Tertium ut cum optimo ac eximio patrono, accepti ac identidem a similis ipsi amici et contuentiumq; liberius expostulares. Tertium de hac ipsa, quam saepe dicimus, temperantia seuerissime disputarent, & quid de ea ipse sentiret, subtiliter persequeretur. Quam quidem ille ab ipso statim disputationis exordio, quasi quandam in diuini vestibulo aditum collocat. Haud enim omnino quisquam penitissimis illis philosophiae mysteriis initiandum censet, qui non ipsam prius depurationem sit consecutus. Neq; vero immerito. Ut enim agricolae, cum iam stirpibus sentibusq; agrum bene omnem purgarunt, tum demum sementem ipsam aggrediuntur, ita profecto homines debent, cum iam omnem rerum sordidarum cupiditatem, atq; intemperantiam ex animis penitus exuerint, animosq; huiusmodi affectibus [illegible], atq; [illegible] disciplinarum emendatione perfecerint fuerint, tum demum purgatis iam animis verae sapientiae semina excipere oportet, et nulla pabulis cupiditatum quasi spinarum [illegible] suffocare, ad ipsam beatitudinis frugem maturam perueniant. Atq; hoc est scilicet quod prisci illi theologi Homerus, Orpheus, Hesiodus, Pythagoras item, & hic ipse de quo agimus Plato, aliiq; quam plurimi magnarum artium sapientiae studiosi, multiplicem illam totius philosophiae cognitionem per quaedam fabularum, atque aenigmatum inuolucra, integumentaq; tradiderunt, & quasi sub symbolis [illegible] obtexerunt, ut religiosa quodammodo [illegible] diuinorum mysteria profanarentur, & quasi sues (quod dici solet) margaritas obtererent. Verissimum enim est quod Pythagoricus Lysis in epistola ad Hipparchum scribit. Qui corruptis, obscurisq; mori-

Prisci theologi.

bus,

lat, speculationem, sermonemque diuinum immiscere, nihil cer-
[illegible] facit agere, quam si caenoso puteo, purissimam infundat
aquam, quae & caenum conturbet, & suam ipsius contaminet
puritatem. Quod cum ita sit magnanime Laurenti, dignam
profecto te, namque uirtute, ac sapientia fecerit, si diuinam hanc
philosophiam amas, ueritatisque magistram, nec iam id est cum
[illegible] semper [illegible] de temperantia disputationem, prae
stantis illa tui uultus hilaritate, atque [illegible] quadam, qua ta
[illegible] excellis humanitate [illegible], benigneque complexus.
Et quicquid tibi uel familiae curae, uel amicorum negotia, uel
reipub. tribuunt otij, id omne ad illam per tempora celebrandam,
[illegible] recolenda potissimum confers. Si enim caelestibus ha
[illegible] [illegible], [illegible] adhibueris, [illegible]
[illegible] ille noster Homerus [illegible] (quam tamen
profecto [illegible] ille noster Homerus [illegible] sed
ipse [illegible] tam aetate a tua non modo [illegible] sed
etiam [illegible] in hanc usque diem [illegible] prudentia
[illegible] ille te blandissimis
[illegible] [illegible], illecebrisque [illegible].
Sed at Platonis tandem [illegible] latine [illegible] de [illegible]
[illegible], atque hanc [illegible] graece, qui sacrosan
[illegible] Platonici philosophi [illegible] tam [illegible] sibi, tamque
impudenter arrogant [illegible] religionis [illegible],
[illegible] quidem potissimum [illegible], [illegible]
[illegible] [illegible] [illegible]. Age uero
[illegible] philosopho [illegible]
patronem [illegible] accommoda. [illegible] te
animum, [illegible] accommoda. [illegible]
[illegible] Angelum Politianum tuum semel tibi,
iterumque commendamus. [illegible] [illegible]

[illegible] Felix [illegible] [illegible]

PLATONIS CHARMIDES DE temperantia, ab Angelo Politiano in latinum e graeco sermone ad magnanimum Laurentium Medicem Petri F. conuersus. Socrates.

VEneram quidem pridie uesperi ex Potidaea ab exercitu, tum (ut qui peregre diutius abfuissem) libenter me ad consuetas amicorum conuersationes contuli, atque in Taureae palaestram, eam quae ex aduersum templo Basilicae sita sit, ingressus, magnum ibi hominum numerum offendi, quorum ego alios ne noram quidem, plerique autem ipsorum noti mihi aderant. ut uero me de improuiso ingredientem conspexerunt, statim omnes eminus alius alio me salutare. Chaerephon uero insanienti similis e medijs exiliens currere ad me, apprehensaque manu. O me inquit Socrates, et quemadmodum nobis e pugna saluus adestis. (Haud enim ita paulo antequam illinc proficisceremur, bellum in Potidaea gestum erat cuius belli rumor, apud eos quidem, qui illic adessent quam maturrime increbuerat) huic ego at nunc inquam ut uides. Atqui huc inquit nunciatum est, cum ipsum commissum bellum atrocissimum fuisse, tum in eo illustrium quam plurimos occidisse. Et uero inquam uera ad nos perlata sunt. Tum ille an tu inquit pugnae interfuisti? Interfui, huc ergo agedum ait, sedensque nobis singula enarrato. Sicque cum dum omnia liquido intellexerimus. Et cum dicto, sessum me adducens, secus Critiam Callaeschri filium constituit. Ut uero consedi, tum ipsum Critiam, tum alios salutaui, siueque iis enarraui, quae me de exercitu, diuersi pro se quisque diuersa interrogarent. Ut autem super iis satis cuique factum uisum est, ego item ex eis

adspiciens

uicissim percunctari occepi, tum quo nunc pacto philosophiae studia in ciuitate uigerent, tum uero ex adolescentibus essent ne aliqui, aut sapientiae, aut pulchritudinis, aut utriusque pariter gloria excellentes. Hoc locum ad hostium Critias intuens, cum gregem adolescentulorum intro ad nos ruentium, interque se altercantium, simulque alios turbam à tergo subsequentium conspiceremus, de formosis quidem, o Socrates confestim (ut equidem) certior fies inquit. Qui enim huc ad nos pergunt, tum praecursores sunt eius, tum amatores, qui nunc censetur (et nunc quidem est) adolescentium, habetur pulcherrimus. Atque & ipsum quoque aspicio, iam prope me ad nos accedentem. Quis uero inquam ego? et cuius tandem est? nosti sane & tu inquam (tametsi ille nondum adolescentiam inierat, cum tu a nobis profectus es) Carmidem Glauconis auunculi nostri filium, meumque sobrinum. Noui equidem per Iouem inquam. Neque enim malus, sed tunc erat cum adhuc puer esset. Nunc uero (ut arbitror) facile iam in adolescentiam peruenerit. Statim inquit scies, & quantus ille, & qualis euaserit. Haec dum loquitur commodum Charmides ingreditur. Et mihi quidem o socie nihil pensi. Quod enim ad formosos attinet, facile equidem albus sum regula carpentarij. Omnes enim ferè, qui ea aetate sunt, formosi mihi uidentur. Verum tum ille mihi, tum uel corporis amplitudine, uel forma admirabilis est uisus, tum caeteri unus omnes eum amore correpti uidebantur, adeo exterriti, tumultuantesque fuere, ut primum ille in palaestram concesserat. Complures praeterea, & alij amatores à tergo subsequebantur. Quod uero ad uiros attineret, minus equidem admiratione dignum ducebam. Ego autem uel ipsos quidem ad pueros animum aduerti, ut nemo ex ipsis aliorsum quispiam intueretur,

mirabar, ut is omnino quidem, qui inter nos esset minimus. Sed illum omnes veluti tanquam dei statuam contemplabantur. Tum me compellans Chaerephon. Quid tibi vero inquit videtur adolescens O Socrates, nonne vultu honestus est? Et adeo inquam sane. At vero (inquit) si sese nudare vellet ne ille vultu tibi, vel deformis esse vultu videbitur, ita omni prorsus reliqua corporis forma pulcherrimus est. Atque hic quidem ipsi, quae a Chaerephonte dicta essent, et reliqui consentiebant. Et ego O Hercules inquam ut mihi virum inexpugnabilem describitis. Si modo unum ad haec accesserit adeo parvulum quiddam. Quidnam inquit Critias. Si animum ad virtutem, haud ineptum habet. Sane vero par est O Critia talem modi esse ipsum quandoquidem vestra ex familia ducit originem. At vero inquit ille et hoc quoque ipso, quam pulcherrimus, quamque optimus est. Cur vero inquam non hoc ipsum primo denudamus, idemque prius quam corporis speciem contemplamur? Omnino enim (quae sua aetas est) disputationis iam sategit. Et valde inquit Critias siquidem ille, et philosophus sane est, et ut aliis, sibique ille videtur, admodum poeticus. Hoc vero inquam bonum o amice Critia ex alto vobis principio ab ipsa iam Solonis cognatione communiter. Sed cur non eundem mihi vocas adolescentem, atque huc ad nos accersi iubes? Neque enim arbitror, quod iunior sit, turpe illi erit nobiscum disserere, cum tute hic adsis, qui illi tutorem consobrinumque simul. At pulchre inquit dicis. Eum iam accersamus. Et cum dicto ad servum, qui subsequebatur, voca inquit puer Charmidem accersi, eique dicito, velle me ipsum medico inspectandum praebere, qui eum de imbecillitate consulam, quam mihi nuper dixit laborare se se. Et ad me conversus Critias, Hodie inquit cum bene mane surgeret, capitis

gravedine

grauedine nec nihil assiduam grauius est. Sed quid te tandem prohibet, quo minus simulare possis, aliquod capitis habere te pharmacum. Nihil sane inquam. Veniat modo. Atquidem inquit adueniet, id quod est factum. Venit enim, risumque maximum concitauit. Vnus enim quisque nostrum, qui vna considebamus, dum adolescenti locum cederet, proximum detrudere obnixe, quo ille apud se potissimum sederet, usque quodam eorum qui in extremo acquieuissent, alterum quidem in pedes consurgere perpulimus, alterum vero obliquum deturbauimus. Ille vero cum ad nos peruenisset, inter me et Critiam medius consedit. Hic vero iam o amice haesitare ego, et mea omnis illa audacia excussa esse prorsus, quam ego prae me a principio ferebam, quasi cum illo essem perquam facile disputaturus. Vt vero Critias, cum me ipsum inquit esse, qui id tenerem pharmacum, atque ille aspexit me oculis, quiddam prae illis ferens, o generose, mirabile, simulque se ad me interrogandum pararet, omnesque qui in palaestra aderant, eodem tempore circum nos undique circumcurrerent, tunc ego iam o generose, et quae sub vestimento essent inspexi, et urebar, et iam non amplius apud me ipsum eram, et sapientem Cydiam in amatorijs iudicabam, qui de formoso puero alij praecipiens cum loquitur. Caue inquit ne cum aduersus leonem hinnulus veniens, partem illi capiat carnium. Ipse enim mihi videbar ab huiusmodi prorsus expugnatus esse. Quaerenti vero illi, an ipse capitis pharmacum tenerem, vix id quodammodo respondere tenerem. Quid igitur inquit est? Et ego folium quoddam, et cantatio super pharmacum, quam qui canat, simul adhibeat, incolumis penitus euadat. Necesse est, Cantationem vero.

Reliquum summa diligentia quaesitum, habere negauimus,



ANGELI PO-
LITIANI MISCELLANEO-
rum Centuriæ primæ ad Laurentium Medicem,

PRAEFATIO.



Vm tibi superioribus diebus, Laurenti Medices, nostra hæc Miscellanea inter equitandum recitarentur, delectatus arbitror nouitate ipsa rerum & uarietate non illepidæ lectionis, hortari cœpisti nos, ut unam saltem ex eis Centuriam (nam centeni libri singuli capitibus explicantur) publicaremus. Quod nunc utique simul autoritate tua, qua maior, nobis quidem, nulla in terris est, simul ratione adducti facimus. Quandoquidem nostra studia nonnulli uel cum palæstrita contemnunt, sic ut aliis prodesse, sibiq; nostrorũ studio laborantes animi placeãt. Quanquam scimus inuidia magna fore hos libros, & multum sermonis subituros, ut qui de magni nominis autoribus libere pronunciet. Sed non id nostrũ exemplum. Nam scriptores fermè omnes sic suas tuentur partes, ut alienas oppugnent, ac laudis occasionem plerumq; de aliorum erratis petunt, tũ sæpe à tenuioribus, & gregariis nobisq; postremæ notæ, qualis ego uel Chœrilus, etiã proceres illi (ut ita dixerim) & antesignani quidam literarum sugillantur. Vetus est autem dictum, Conscientia mille testes. Scit illa profectò nihil hic odio datum, nihil stomacho, candidè omnia, & simpliciter, nihil aut insectanter, aut maleuole, nihil

G oblatrandi

oblatrādi studio, nihil obtrectādi uoto prodidimus, animoq; semper ad probandū (si liceret) quàm ad improbandū propensiore fuimus. Neq; iudicior strepitu aut cauillatu, sed libero examine, libera autoritate frontē gessimus. Ac non id quaesiuimus, ut aliquid doctis hominibus uelut labeculā asper geremus, sed id cauimus potius, ne sub incertis auctoribus studiosorum fides periclitaretur. Deniq; in eos potissimum cum animi hoc ex professo direximus, in eos hic aciem ex destinato temperauimus, qui cum sacri sint, pro oraculo quidē sibi, sed marginario tamē sensu frontē durant, eos acie stili maxime cōpungimus, qui stilū uertere, hoc est, qui sua errata dispungere nō didicerūt. At inordinata ista, & confusanea, quasi siluā, aut farraginē perhibēri, quia nō tractim & continuanter, sed saltuatim scribimus, & uellicatim, nemo absit qui doleamus, ut cui titulo non sane aliam, quàm Miscellaneorum exquisiuerimus, in quo gratiam apud Helianū, Latinos sequuti Gelliū, quorū utriusq; liber uarietate sunt, quàm ordine blandior. Quanquā me Clementis quidē Alexandrini Pontificis, apostolici, uiri cōmentarii, quae Στρωματεῖς, quasi stragula picta dixeris, inscribebantur, absterret profecto nobis titulū, nisi autoritati aspiraret. Etenim de Aristoxeni uero cōmentariis, quae pari ferme titulo cita est in uoluminae Porphyrius, quod in Harmonica Ptolemaei cōposuit. Deniq; si uarietas ipsa, fastidii expultrix, & lectionis irritatrix in Miscellaneis culpabitur, una opera reprehendi nouū quoq; natura poterit, cuius nec quidē praestitor, tā dispositione discipulū. Quod si ad uetustē se maiestatem deuoluit, hoc uero apud Latinos incipio etiā Caesaris, Varronis, Messale, Ciceronis, Plinii, Quintiliani, aliorumq; similū facere liber, quos eruditissimos, & imitare horrestum.

Helianus. Gellius. Varrius Flaccus. Clemens Alexand.

nostrum. Quare quod istos veteres patricios decuit, etiam me quasi minorum gentium non dedecerit. Par adeo celebritas nominum, vel graeca refert, vel ex cõmodo interpretatur, idq; nunc ad sensum, nunc ad verbũ, quod hic utrũq;. Iam si cui parum quaepiã cavillatis, forsitan etiã nimis dura, obscuraq; videbuntur, certe ut nec ingenio satis acuto, nec eruditione solida, fideliq; fuerit. Si cubi barbara quaedã, & obsoleta deprehendẽtur, ea vero de industria dispersimus, etiã ut barbaris & ineruditis placeremus, & fieret liber contrectatu dignior gratiosior vendibilior. Si qui remotiora dicet hic inveniri vocabula, quã ut sumpta credantur de medio, ne illi & biter sententiã suã mutabunt cũ adusq; eruditam literaturã promouerint. Nec enim desunt, quibus etiã (ut ait M. Tullius) alabastrus unguẽti plenus putere videatur. Tum in hoc genus scriptoribus, quae nõ se populo venditãt, sed paucis modo parantur, ac sic ipsi usq; adeo reconditae supellectilis, praesertim verecũdiae, causam improbatur à bonis. Nec enim vero nare sit probrũ, quae iã pene exoleverant, si modo haec ipsa nõ vetustiscere adhuc, sed veterascere de integro possint. Vetustisco Veterasco

Si quem nõ nulla interim offendent eloquendi diverticula, meminerit forsasse homines nos, qui decem tantum Ciceronis paginae, nihil praeterea lectitaverit, utiq; ob hoc ego, ad eruditos provoco, praecipue credo laudaturos, quae ab ipso improbabuntur. Nihil autem forsan intolerabilius, quam ut de te sententiam ferat indoctus, qui tamen sibi ipse doctissimus videatur. Si quis ubi quid refellitur, multorum vel auctoritatum, vel rationum moles desiderat, at victoriam sciat illic à nobis, non victoriae quaeri satietatem. Si longiuscula capita alia, breviuscula rursus alia putabuntur, credamus hanc quoq; esse legem novi operis, ut aequale habeat nihil,

tus, quam sibi sit par, semper dissimilitudine claudicet, ut deinque istam regulam imitatur, ut quid ad regulam, ut quid ad perpendiculum, libellamque moneret. Si liber iste fallat insolentis consilium habitur naturae, forsan benigniore interpretes simplicitati potius tribuent, quae nec ingenuos dedecet. Sin ubi porro con-
Consuetudo. suetudo refragabitur, at veritas, quae negari non potest, aut veritatis vicaria consuetudo melior patrocinabitur. Nam et scriptum consuetudine dicitur, quod adversus autoritatem sit receptum, et error saepe consuetudinis obtrectatur a doctis. Tum pulchre sic ait quidam, Consuetudo sine veritate, vetustas erroris est. Denique si pauculis ut per fenestras obiter scrupulosa, et anxia, quoque minus fiet subacida, vel ex philosophia, cuius iam pridem sumus candidati, vel ex orbe illo disciplinarum, quae studio sapientiae famulantur, ut ea stomachum meum lectoris praedulcibus nauseantem, recreabunt fastidia, et excitent. Nam quo haec omnia grammaticae conferent, et quod in libris antiquis scribitur, pene de calcaria (quod
Proverb. dicitur) in carbonariam libet currimus, et id operam dedimus, ut alternatim deinceps inter se contraria quoque subsequerentur, quae ne querelae huiusmodi extarent. Nec enim desperi apud nos etiam patiuntur, quae sint amoena magis, et oblectatoria, ut doctrinae sincerae, quibus vel utilia vel necessaria si quidem (sicut ait Varro) aliud homini, aliud humanitati sa-
Homo. Humanitas. tis, etiamque citra emolumentum. Speciosa interim pellicere, non Hercule minus, quam sint specie compendium. Ergo ut agrestes illos, et horridos quandam ex his impolita, et rudia delectabant, exculta atque magis quam dolata, nec modo levia, sed nec ramina experta, nec scobina, ita diversis vermiculatum interim dicto, et tessellis pluricoloribus variegatis, delicatiores hos capiet, volsos, et pumicatos, ut constati utrinque

terisq; uocibus, & aequabili uel plausu, uel sibilo, aut ad cae-
lum efferatur, aut ad humum deijciatur. Medius aũt inter hos,
& neutro notandus, quasi quandã diuersorũ Censũ (ut ait Ci-
cero) satisfaciet, non uno aliquo excellens, & omniũ tamen
particeps. Nec enim gustus idẽ omnibus, sed suum palatum
cuiq;. Tam credo & expetunt in conuiuio gaudia, pro fastidio
suo, & usu, quod nunc in culina pro suaui ligurriũt, & opti-
mo. Nos ista certe nõ foro & curiae, sed cubiculo, & scho-
lae parauimus, eisq; studiosis, nescio an & praestitimus
ut si quae hic essent, communia similes essent, & simplicior mun-
ditiae, nõ operosa, & pigmentum lenocinia, color, nitorq; ue-
rus, & ingenuus, nõ ascitus, & ex arcula cõquisitus habi-
tus, & expeditus, non onerosus, & lasciuus sit. Postremo
cuiuscemodi erunt, quoquomodo haec accipiantur, minime Calcidimo di.
profecto recusamus, sed nec opinor cuiusdam cõmentum il-
lius scribentiũ fore, male audiemus, sit modo in cerdi lectori-
bus. Quatenus ista dire caput obstinamus, neq; quo contrã
respicimus, quod ultro nobis admirimus esse. Deterrunt
quae potius in nos, traducantur, uertantur, quãtum nõ literarũ
publica fraus, quarũ nobis est honor proprijs nationibus
antiquior, etiã nostro aliquo, uel famae, uel ocij dispendio tra-
dimatur. Nã quid ista quaeso studiorũ cõmunis professio, si
iam uentum ad haec usq; est, ut quod officium studijs uniuersi
deberemus, cessare omnino tamẽ suspitione degeneri pati uolet?
Quo pacto uel dicere ultra, uel esse iã poterit honestarũ li-
beralium synceritas, solum penitus cẽsura, dũ sic atque con-
tra inuidiã perhorrescimus? Quanquã (qđ ad me attinet) Inuidia.
ueniant liberi mei nõ contẽptus potius quã inuidiae debea-
tur. Illud enim prope in uotis est, si modo quod ait Liuius,
Inuidia uelut ignis alta petit. Quae agitedum studiorũ cul-

tores optimi, pro se quisq; alacres, gnavare hoc intercapedi
bile, quo bonae fruges humanitatis proficiuntur, sarculis, sub
nascentesq; sacris stirpibus, quasi perniciosissimas herbas,
& omnem earũ succũ lapsibus creaturis exsorbentes, abrum-
pere penitus, & deracinare. Nõ desunt interpolatores veri
tatis, ne desint quoq; redintegratores, mysti vindex aliquis
rogo, & patronus perditarum disciplinarũ. Nam ego ut
animi e sententia, quid mihi liberum sit, usq; experiar. Faciam
tunc ut opere pretium possit videri. Quae si iam tunc fluxerit,
aut quocunq; res ceciderit, aequi boni faciam, planeq; indul-
gentiam non consulam, & obtrectationem usurpo, nõ desperabo
modo, sed (quo sum stomacho) etiã concoquam, & vel certe
tis hanc esse quasi genituram, simul atq; in publicũ appareat,
ut edita, invisaq; sit vulgo. Contineant igitur alij hoc,
& dicere verum malint, ego vero professio (quod quod erit)
non dissimulabo iudicium, nõ supprimã quae sensero, nõ in-
dulgebo iã cuiquam patientiã, sed vel hoc libello meo, sedme
scribere, sic insultarabo. Vidi, vidi ipse libelle, commodosq;
nuper unum in litteris fieri capitulis, compelleri subdole alie-
na, confingi ad libidinẽ, quae cui commodum, asscribi etiã ido
neis, quae nec agnoscãt, allegari qui non extent auctores, ci-
tari quaevis pro veteribus, vellibet comparatos codices, con
pilari libros omnes & oppositos manibus, falsa pro veris,
aliena pro nostris, nova pro vernaculis, supponi, pollui,
adulterari, oblini, incrustari, distorqueri, cõfundi, praecipi
tari, invertiri omnia, nulla fide, nullo nec pudore, nec iudi
cio, quodq; his omnibus pessimum, occasione quoq; recente
his artificijs, quilibet stolidissimas opiniones in malũ uulgum
nunc tradices mendacio propagari. Postremo (ut semel di-
cam) vitiũ nõs multos, auriculas habere asini. Dicat hic ali-
quis

Malim solũ multis non m-
dem alij Politis

quis. Quid tu autem? Ego uero equidem, possum falli, ut ho-
mo natus, sed neminem profecto sciens fallo, et ut mendacium fu-
gisse dico, sic certe non uideor. Tum ignorare me agnosco,
Neminem rogaui, immo alii (extra locum) me ignorare me agno- Au. Gell.
sco, et si quid indoctius, incautiusque protulero, refutari a
quouis cupio, refutaturus ipse me, si fuero admonitus. Non
enim sic me peruerse amo, ut errare alios malim, quam ipse
fateri quod errem. Sed ex eorum sum numero et ipse, qui
proficiendo scribunt, et scribendo proficiunt. At de isto qui-
dem sic uiderit. Illud certissimum, si domi commentarios istos
diutius, atque in manibus habuissem, et repetissem interim ex
interuallo limasse, longe instructiores fuisse eos, locupletio-
res, admirandiores, proditurus. Videlicet hoc illud est
praecipue studiorum genus, quod singulis augescat, ut cui subi-
inde seu fluminibus ex decursu, sic accedit ex lectione mate-
ria quae fiat uberior. Tum incidisse nunc quoque, plerasque. in-
eliquata, indiscussa, non rotunda, non tornata adhuc, sed quae
aurem prorsus praeruerint, utpote festinatius cogitata, et
ex tempore potius, quam a cura, quamquam ex abundanti
pene sibi negotium curat, et dictionem concinnat, quod ca-
ne et ueritas, et fides praecipue sollicitat. Enimuero nec pu-
tent homines mediocriter, nec ista quicquid sunt, de suo hau-
sisse, neque grammaticorum transiliisse limites, Pliniano sta-
tim exemplo nomina praetexuimus autorum, sed honesto-
rum, antiquorumque dumtaxat, unde ista sumant, et a qui-
bus uersum sit scriptis, nec autem, quae alii nuperi citaue-
runt, ipsorum opera temporibus interciderunt, sed quae iam
nescit ipsi thesauros tralaticios, quorum fama per li-
teras peregrinati, quanquam et uetustis codicibus, et
monasteriatam fidem, et in aes aut in marmore incisa anti-

quitates, quas tu nobis Laurenti suppeditasti, plurimum enim praeter librorum uarietatem, nostris commentationibus suffragantur. Ut autem uel exemplo doceremus circulatoria praestigias, & imposturas omnes esse tollendas, refricandasque adeo quorumpiam lasciuiam, quae iam sicut cancer late serpit, iuuenilia de praescripto, & licentia egrediendi, nusquam aliquando ueteris scripturae testimonium citauimus, ne quod adscripsissemus, ne ut quid a se quam super doctissimum praeualeret, quas suas quodque suis repraesentaremus, & eas appositis nuli notas, unde cognosci possit usque a stirpe possit auctoritas. Atque ut numeris hanc nostri nullus pro suis appendices desiderentur, etiam capita ipsa uerum, singula inclusa breuissimis, sed in quis maior quidem pro numero arbitrar collectura ctarum, & cum breuibus certis ingentes summas, calculatorum more colligimus, quo negligentiae delicati lectoris ipsi potissimum subscriberemus. Proinde fidati sub Aiacis clypeo Teucer Homericus, sic nos atque sub umbra tua nominis latitantes, contortiores dabimus in barbaros impressiones. Ita additione subinde aliqua, uel aequis, uel iniquis mos geretur. Et quidem persaepe nos, sicut illis quod obscurius, iis his abunde suppeditemus, quod mordeant. Mordebunt autem pato nostra, uel rabiosuli quidam, quos eleganter Cato uitiligatores appellat, isto postremum linguarum uitio, uelut morbo laborantes, cerebrosa gens & irritabilis, qui sine causa, sine discrimine, clausisque (quod aiunt) oculis, quoduis nomen adlatrant. uel qui uersus aduocatione mercenaria, uenalique sententia, cuicunque semel addicti, atque addicti, quoque dedititii mancipio sunt, uiolentam, pugnaciter, pertinaciterque quo iure, quaque iniuria obstinauerint. Vel lactanticuli alii, & [illegible], sed & fama [illegible],

qui sci-

Appendi- cem gen.

Impressio- nes, impressi- onem [illegible].

Vitiligato- res.

Pli. in praef. [illegible]

Quod [illegible]

qui sibi, & sua dumtaxat etiam sine vindiciis adorant, subinde parant, alios obtrectant. Vel postremo lucifugae quidam veritatis, & (ut planius dixerim) blattarii literatores, qui dormientibus oculis, interq; noctuinis, non dico tantum splendorem, sed nec umbram sublustrem satis ferunt. Nam de illis dubitat nemo, quos livoris tinea comesit, quos rubigo sordidae invidiae, qui gloriam alterius, suam poenam, felicitatem alterius, suam carnificinam faciunt, qui profectu contabescunt alieno, quos aegrescens prosperis malevolentia, ceu tortor intestinum ingenium excruciat. Sed & censores item pulpitarii (nec autem de doctis, bonisq; nunc agimus) solent plerunq; iudicare nos, & studiis obstrepere istis. Etenim pleni inanitatis, literae humanioris, apud insciam plebeculam, pene doctrinae solum dominatur, buccis concrepantibus insimul, & crassa rusticitate firmoculi, quam solam (quod & Hieronymus ait) pro sanctitate habent. Hi sic in eas, & earum studiosos, ampullosis proclamationibus, insurgunt, insectanturq;, desaeviunt, ut facile se declarent etiam Graecos illos improbare, & pene odisse, viros sanctissimos, Basilium, Chrysostomum, Gregorios, etiam Latinos, Cyprianum, Ambrosium, Augustinum, Hieronymumq; ipsum, & alios id genus nostrae religionis antistites, graecarum, linguarumq; omnium disciplinas, velut spolia Aegyptiorum sibi ordinantes. Quo mihi etiam videtur admirabilior delictatus Marianus hic Genazanensis, vir in theologia cuiquam secundus & omnium quos in ecclesia concionantes audiverim, non prudentissimus modo, sed & facundissimus, cuius neque suspecta populis ad bonam frugem ... eloquentiae, quem tam vitae incredibili severitate commendatur, nec e diverso tristis, aut reformidabilis austeritate, quoniam poetica delectamenta, pulchramq; istam literarum varietatem,

Pulpitarij.

Tenocoli.

uiscerum, delicias non aspernatur. Vt igitur lana, priusquam ea bona fide purpura, certis prius inficitur medicamentis, ita literis arbitror, doctrinaque; talibus, excoli animos (quod ait in Hortensio Cicero) & ad sapientiam excipiendam imbui, praepararique; debere. Atque non tamen ob istos pigebit, aut

Exclamatio

exigere suo, quicquid hoc nostrarum lucubrationum est, aut experiri, quid conueniat in illos, qui fraudes in literarum negocio concipiunt capitales. Nam & ego Philotimo ignosco, sicuti Cicero idem, ad Atticum scribens, redire in carcerem. Quare mancipare iudicium praeoptaui, materiae si non praesenti seculo, sed quasi aeternitati, prout etiam di-

Monumenta cur libri.

ctum a Thucydide, grauiori scriptori conuenit. Eoque; libri pleraque ipsi, monumenta uocantur, quod ad memoriam magis posteritatis incorruptae iudicaturae, quam ad ineptam praesentis temporis gratiolam, spectare debent. Ergo ut quidem mentiar (si libebit) haec non extinguatur solum, sed etiam opprimatur improbitas, effusis omnia depraedatum, nec abeat in exemplum, trita, & prodita frons, atque; onustam deruere, iam nunc cinctus sequentis, pro subscripto (arbitror) salutari conatu, uiuumque ad huius primae gallum repromittimus. Quos enim mollis nunc articulo tractamus, quasi leui & lento brachio tangimus, fortius deinde pro premimus, atque; stringimus, & contenti paulisper interim, prolusione, uelitarique; pugna, mox uiribus collectis, toto exercitus robore depraeliabimur. Quinetiam (quoniam nunc proprior palio) uindicabimus audacter, & grauiter a plagiariis, ac furunculis interdum nostra, & asseremus liberali causa manum. Nostra uero nunc accipe tantum uoluntas qua labore, industriaque; ipsi magna principes eruditione, nec expalpare uulgam, nec extorquere nobis ea possint,

quamdiu

quaecumque libebit, nostra ingenia, non oblectamenta, sed pigmenta. Nam ut haec in medium nunc afferimus, abrupta, concisataque relinquimus, ita illa nobis recipimus, & dissoluimus, haec exponimus, illa & agnoscimus, & tollimus, sed ita tamen, ut rusticae istae mulieres, quae suos dicuntur foetus quamlibet deformis, pro formosissimis admirari. Nec erunt opinor haec quoque nostra, quamquam lusoriis opera studiis, siue ludicra nimis, dedecori tibi Laurenti Medices, cui nunc adscribuntur. Adscribuntur autem, nō magis adeo ut me gratum beneficijs tuis approbent, aut reponant gratiam, quod accelerarim te, quodque consiliarium habuerim, quam ut auspicato procedant, & ut in ijs tui memoria frequentetur, ex quo liber auctoritatem capiet, magnique celebritate nominis cōmendetur. Talis cui summus studiorum meorum dedicator contigit, ab eo quoque portio ipsa iure incipiet. Et Hercule uelut bellaria sunt ista, secundis accepta mensis. Quoniam in recta coena, splendidiora, solidaque, grauiora illa occupant, qualia tibi uel dia, uel Marsilius Ficinus Platonis, uel Aristotelis interpres Argyropylus Byzantius, e philosophiae penu congesserunt. De isto enim praecandido admirando, non Pico iam, sed (ut ipse appellare soleo) phoenice potius, qui nunc in tua laura nidificat, tanta iam quidem expectatio est, ut ausim Propertio succinere, Cedite Romani scriptores, cedite Graij. Tu uale patronorum iucundissime, & (quod facis) perge fauere doctis, perge literas excitare, perge à situ recipere nunc Latinam, ab interitu Graecam, quae tui memoriae nominis ab iniuria perpetuae obliuionis asseratur.

Simiarum in catulos amor,

Ficinus. Argyro.

Picus Mirandula.

AVTO

AVTORVM, QVI in hisce Miscellaneis citantur, catalogus.

LATINI GRAMMATICI.

POETAE.

HISTORICI

ORATORES.

ASTROLOGI

PHILOSOPHI.

Seneca.
Censorinus.
Boetius.
Apuleius.

AVTORES AMBIgui Tituli.

Plinius.
Petronius.
Solinus.
Festus.
Vibius Sequester.
Vitruuius.
Frontinus.
Varro.
Macrobius.
Columella.
M. Iunius Nypsus.

AVTORES SACRI.

Tertullianus.
Cyprianus.
Lactantius.
Ambrosius.
Hilarius.
Hieronymus.
Gaudentius.
Augustinus.
Rufinus. Sidonius.
Item ex iure ciuili, pontificioq; delibata quæpiã.

GRAECI AVTORES Grammatici.

Eustathius.
Pollux.
Hephæstion.
Nica.
Suida.
Maximus.
Apollodorus.
Doxapater.
Lucius Tarrhæus Apollonii interpres.
Sophocleus.
Theon.
Zenodotus.
Platonis.

POETAE.

Homerus.
Hesiodus.
Apollonius.
Nonnus.
Dionysius.
Aeschylus.
Sophocles.
Euripides.
Aristophanes.
Pindarus.
Callimachus.
Theocritus.
Triphysiodorus.

AVTO

AVTORES AMBIgui Temp.

Artemidorus.
Iustinianus.
Diogenianus.
Callistratus.
Africanus.

AVTORES SACRI.

Paulus.
Eusebius.
Severianus.
Basilius.
Theodoritus.

Sunt & alii citati auctores prudentes, autoritatis incognitae, sicuti Poëmenicon scriptor, & Aristophanis, Xenophontis, Aristidis, Euripidis, Callimachi, Synesiique enarratores. Sed nec barbari denique Hebraei, Chaldaeique autores, in suis quoque originibus asciti.

CAPITA PRIMAE CENTVRIAE.

CAPVT I.

Defensus a calumnia Cicero, super enarratione novi apud Aristotelem vocabuli, quod sit Endelechia.

CAP. II.

Quae fuerit crepida apud Catullum Carpatina, quodque probe scriptum vocabulum, perperam tractatur.

CAP. III.

Quibus verbis Horatius Chamaeleontis significaverit, quaeque sit eius animantis facies, quibusque etiam nominibus celebratur, & quo primum tempore visa in Italia.

CAP. IIII.

Quam multa poëtarum interpretibus legenda, quodque Satyrum Persius de Alcibiade Platonis effinxit.

CAP. V.

Quid sit apud Lucretium Durateus equus. Quodque Argolicum apud Valerium Flaccum non quidem vox Dorica, sed Durica, vel Duria potius in libro Argonauticon secundo.

Cap.

nula

Cap.

CAP. XLI.

Quod in Digestis Iustiniani principis, dictio diffusio maeroris pro eo quod est diffusum legatur, ut et apud Gellium diffundi, et diffunderetur, pro [illegible], et diffusiorem. Atque inde de Pandectis Florentinis nōnihil.

CAP. XLII.

Pollices in fauendo premi, sicuti in improbando conuerti solitos, et inde sententiae Horatii, Iuuenalis, et Prudentii declaratae.

CAP. XLIII.

Quam multas habuerint au[illegible].

CAP. XLIIII.

Pegaseium nectar legi oportere apud Persium, nō melos.

CAP. XLV.

Patroclo iuniorem Achillem contra quam aut Aeschylus prodiderit, aut vulgo existimetur.

CAP. XLVI.

Cacoethes apud Iuuenalem trisyllabon, non cacoethos. Et eandem pyxide Lydiae, non [illegible] legendum, simul enarratus apud Martianum locus, haud [illegible].

CAP. XLVII.

Quae Plinius super tinctis ac [illegible] prodiderit, et de nouē [illegible] Romae, sicuti quae speciē Vergilianae [illegible].

CAP. XLVIII.

De Megabyzo scripsisse Ali[illegible], quod Plinius de Alexandro, similiter ut Apellis officinam solitū.

CAP. XLIX.

Contentio epigrammatū Graeci Posidippi, et Latini Ausonii super Occasionis imagine, tum pulcherrima ecphrasis Graeci Callistrati.

CAP. L.

Locus in Plinianis exemplaribus emendatus super nomine [illegible], atque inde de ipsorum furore relata historia.

CAP. LI.

Cur in Ephesiae Dianae tem-

H 2 plo

Cap.

FINIS.

H 4

DEFENSVS A CALVMNIA CICERO, SVPER ENARRATIONE NOMINIS APVD ARISTOTELEM VOCABULI, QVOD EST ENDELECHIA,

CAPVT I.



RGYROPYLVS ille Byzantius, olim praeceptor in philosophia noster, cum literarum Latinarum minime incuriosus, tum sapientiae Decretorum, disciplinarumq; adeo caeterarum, quae cyclicae à Martiano dicuntur, eruditissimus est habitus. Hic & apud Medicem Cosmum decreto publico patrem patriae, & dein apud Cosmi filium Petrum, nepotemq; adeo Laurentium hunc, decus ubiq; nostrum, patriae sensus, aetatisq; haeredem, fasq; R.P. columen, insignis fuit & autoritate, & gratia, quibus etiam libros dicavit Aristotelis à se versos in Latinum, sed & ipsum hunc adhuc quidem puerum Laurentium dialecticis imbuit, eaq; philosophiae parte, quae de moribus praecipitur. Caeterum (ut homo Graecus) perquam sinebat impo cenno, mobilem illam, nec (ut Theodorus Gaza aperuit) impertinentem M. Tullii Ciceronis exclamationem, qua Graecis verborum interdum inopem, quibus se putat abundare, non eloquentiae fortasse, quam verius pronunciant. Ob id igitur siberantis Latinae copiae genitori, & principi, Graecus magister, etiam dilacerare ausus est (quod nunc quoq; aures patiuntur) ignorasse fuisse non philosophiae modo Ciceronem, sed etiam (si diis placet) Graecarum literarum. Vix enim dici potest, quam nos aliquando, id est Latinos homines, in participationem suae linguae, doctrinaeq;, non libenter admittat

adiurat isti malo. Nos enim quinquaginta tenere literarũ, si fingeret, nec praestigiarum, si corpus, nec pulmonem, si machinam crede. Sed ut ad Argyropylum reuertar, oculos ad hanc prudens nostri pueritiae uitiis, uitiisque sigillatim, afferebat hoc ille uel maxime argumento, quod in primo Tusculanarum quaestionum scribat Cicero, censere Aristotelem quintam esse quandam praeter elementa naturam, e qua sit mens, uerbaque denique ipsius ita leguntur. Quintum genus adhibet uacans nomine, & sic ipsum animum Endelechiam appellat nouo nomine, quasi quandam continuatam motionem, ἐνδελέ-
& perennem. Sed enim nesciebat (aiebat) in Aristotelis le- χειαν,
ctione parum frequentior, quin solius Entelechiam esse potius ἐντελέ-
Aristotelicum uerbum, idque non significare quod Cicero χειαν.
putat, continuatam motionem, & perennem, sed perfectionem potius, aut consummationem quampiam. Nam cum uellet Aristoteles quasi nomenclaturam facere intellectuum suorum, uerba ipse quaedam noua concepit animo, uelatique deinde peperit, in quibus hoc quoque, per quod indicatur forma, speciesque, cui perfectionem res quaeque suam debeat. Quod enim quaeque est, ab hac est Entelechia potissimum. Cicero autem non quaedam hanc Aristotelicam accepit, sed aliam peruersam continuam, sed inuenitque similitudinis praestigio falsus iterum ait.

Copiositati de formis, Rudium & genere dicta.

Endelechos enim continuatum significat, continuataque per- ἐνδελεχ-
fectio Endelechismos, unde hanc Aristotelis entelechiam χῶς.
dici putauit ille, quae non d literam tamen, sed t potius ha- ἐνδελεχ-
beat in syllaba secunda. Iam autem contra Ciceronem stare χισμός.
quidnam? Verum Peripateticos adiiciebat. Et ut homo erat praeterea (ut tum quidem uidebatur) acerrimus in disputando, atque acerrimus (quod ait Persius) mordaci lotus aceto, praeterea uerborum quoque nostrorum sordidiores maculas, sic

cũ id uel nobis, uel cæteris tam quidem suis sectatoribus persuaserat, ita ut, quod pene dictu quoque nefas, pro accuratissimis nos haberemur, nec philosophiam scisse M. Tullium, nec literas Græcas. Tu autem te dein tota diligentius peruestigata, meas esse partes, & item cuiusque Latinæ professionis existimas, Ciceronis gloriam qua uel maxime contra Græcos stamus, etiam uice capitis omni contentione defendere, quamquam illam sua non antiquitas modo, sed quædam propè diuinitas extra ictum, supraque iniuriam posuit. Iam primum igitur Argyropyli huius apud me quoque non eius ponderis autoritas, alijs autoritatibus, multoque (arbitror) maioribus refellenda est, tum ostendendum,

Boetius.

ex eo quod obiicitur, aegerè Ciceronis praeconium nihil decrescere. Et prodibunt in medium satis (arbitror) quod ad philosophiam modo pertinet, idonei Ciceronis laudatores (ut summe interim quam paucissimos contemni) Boetius, Macrobius & Augustinus. Nam quis Boetio, uel in dialecticis acutior? uel subtilior in mathematicis? uel in philosophia locupletior? uel in theologia sublimior? Quem tanti honoris etiam philosophi longe (arbitror) omnium perspicacissimi fecerunt, ut Aquinatem Thomam dicam hominem. Magnumque illum Thomæ praeceptorem (deus bone) quos autores habere maiores? enarratores & ab ipsius sententia, ne sit ulla quidem penè iam prouocatio. Porrò de Macrobio, cui rogo magis credidam quam laudanti praesertim Boetio? Denique ipsius Augustini tam diuersa in omnibus ferme disciplinis est autoritas, ut extra omnem sit aleam posita, sic ut ab ea iam ne transuersum quidem (quod dicitur) unguem recedi, fas habeatur. Homini tanta ingenij constat cum celeritate uiguisse, ut quicquid de arte loquendi & disserendi, quæ-

Ciceronis laudatores Boetius. Thomas. Albertus magnus.

Macrobius.

Augustinus.

quidem

quid de dimensionibus figurarum, de musicis, de numeris praecipitur, etiam sine magna difficultate, nullo hominum tradente perceperit, tanto deinde acumine praestitisse disputando, ut hic in uno isto potissimum, totius terrarum orbis patrocinia [illegible] videatur. Consideremus igitur quid de singulis senserint de[illegible]. Ciceronis sententiis quibusdam, et rudioribus in philosophia, tam credamus audaciter, non temere esse, [illegible] constare hauriat qui fuerit in laudatissimis hominibus tam singularis ter laudatus. Boetius itaque non modo sic utitur testimonijs M. Tulli testimonijs, ut ea pro firmissimis et insolubilibus obiciat argumentis, sed et ipsius Topicorum, quae maximus est honor, ipse super interpretationem suam [illegible]. Macrobius autem sic in somnium [illegible] libri vel exigua particula ut sa[illegible] tur, ut non Platoni comparem facere, nec omnibus insignem [illegible] disciplinarum omnium [illegible]. Denique Augustinus [illegible] Academicum, quicquid sub aliena persona, nunc sub [illegible] ceronem, nunc sapientem appellat, tamen ab ipso [illegible] Latina lingua philosophiam et inchoatam esse et perfectam, [illegible] Confessionibus ubi nusquam persuasum, [illegible] professus [illegible] dinem, qui lingua Ciceronis [illegible] nomine. Quid [illegible] quod [illegible] ipse, quod ad deum preces et [illegible] quod [illegible] habe[illegible] [illegible], quod immortalitatem [illegible] sapientiae quaesivit [illegible] cordis incredibili, postremo quod [illegible] surgere [illegible] coeperit, ut ad deum reuerteretur, causa haec esse Ciceronis [illegible] liber, qui vocatur Hortensius [illegible] occasionem [illegible] acceptam. Non enim ad acuendam linguam liber (inquit) ille [illegible], nec locutionem mihi, sed quod loquebatur persuaserat. Quod isti [illegible] legissent, qui [illegible]

[illegible]

Persuasion[illegible]

Hortensius Ciceronis

Hieronymi somnia. nobis Hieronymi vapulantis ad tribunal obiiciant, nec illud saltem cogitent, illum ipsum Hieronymum, quem post repetitam diu studio Ciceronis lectionem, perinde à Rufino argueretur, etiam gravissime conqueri, quod sibi ab illo suamet somnia obiicerentur. Caeterum (ut ad propositum revertar) videris sane vel Gregoropylas, vel quenvis alium Ciceronianistam. Sed rogo istos prius transcendere audeat autoritatem meliorem, quam opposuimus. Existimere de Graecis literis facilior, premorque sententia. Quis enim tam hispida aure, quis tam inimicus veritati, qui si pauca modo perlegerit etiam familiaria Graeca verba, sparsim adhuc vel in epistolis ipsius ..., quicquam se dicat loquentem magis aut elegans aut Atticum, tota quoque Graecia reperisse. Sic ut iure Posidonium, doctissimum illum hominem deterruerit à scribendo, sive Graecam nationem Graeco de rebus suis commentario conturbaverit, in quo se ait libro totum Isocratis Myrothecion, atque omnes eius discipulorum arculas, tum non nihil etiam Aristotelica pigmenta consumpsisse. Quae nobis videtur fiducia, non minus aliquando Graecae quam Latinae linguae scribendi peritiam procedisse. Sit argumento vel illud (ut uno interim contenti exemplo simus) quod innocentiae vocabulum negat habere apud Graecos usitatum nomen, sed habere ait posse tamen ἀβλάβειαν. Tum castigat interdum quoque, ceu segnitiae quaerendi, apud illos vocabulorum, sicuti cum velle nos ait quaedam distinguere, sed parum valere verbo, quod vel in illis provenit, quae sunt melancholia, et furor, vel ubi in eo quod πόνος pro labore confusim illi, et dolore pariter accipiunt, num melius aliquid nos dicere indicat, quam illos ut communi, ut alia multa; melius quaedam notata esse verbis Latinis, quam Graecis, quod et significat

Margin notes: Ciceromastix. — Posidonius. — Isocratis μυροθήκιον. — Ex Cice. ad Attic. secund. At illud ad dicit Posidonium suo Ciceroni. Eodem certe dicuntur fieri, ipse ad lectionem oppo-nens. — ἀβλάβεια — πόνος.

sicut multis locis reperiri, sed & carere hos ipsos nomine rei cuiuspiam, quam tamen habeant familiarem, non dissimulat. Nec illos certe tam quilibet inquirendo se torserit, inepti reperire aliter, aut excogitare vocabula potuit. Iam vero nomine Apollonius quoque ille Molo, rhetorum omnium sui temporis celeberrimus, audita semel Graeca M. Tullii, sed & extemporali oratione, defixus diu stetisse, ac deinde ita mirabundus pronunciasse dicitur: Ego vero te quidem Cicero, cum laudo, tum admiror, sed me Graecorum fortunae miseret, cum video, quod humanitatis & eloquentiae decora, quae sola nobis reliqua fecerant, ea quoque per te (quantum intelligo) Romanis arrogantur. Enimvero hoc illius iudicium non Latinus, non ineptus aliquis, sed Plutarchus ipse Graecus ac ingenio, Romana gravitate in literis retulit. Ergo ad hunc sane modum de scientia ipsius deque Graecae linguae peritia, testatum nobis veteres reliquerunt. Age vero nunc Endelechiam quoque istam perpendamus, scrupum Ciceronis calumniatoribus. Utrum ne illic igitur reprehenditur, quod Aristotelis sententiae addidisse Cicero, quintam quandam praeter elementa naturam & sic ipsam animam novo nomine appellasse? Quod & Alexander Aphrodisiensis Peripateticorum omnium etiam ab Averroe laudatissimus, in egregiis subtilibus illis naturalium quaestionum libris ostendit, quos a se lectos divus Hieronymus gloriatur, & Porphyrius in commentario quod in Aristotelis decem genera per interrogationes edidit, & responsiones, & Themistius super hoc, in paraphrasi de anima secunda, & Simplicius ubi Aristotelicam partis argumenti solutionem interpretatur, & Quintilianus Aristides in tertio de musica, & postremo in epistolae quadam sua divus Ambrosius (ut alios interim praetercam)

Inepti vocabulorum.

Apollonius Molo de Cicerone.

Endelechia.

[illegible] propriè significauerint. Quanquam de hoc aliqui, [illegible] in uerbis quidem Aristotelis ipsis nulla dubitatio est. Atq; illud potius culpatur, quod in dialectica uocabula nec satis Latinis notauerit, & aliis quam Aristoteles intellexit (sicuti supra diximus) accommodauerit. Principio igitur quæro ego ab istis, quam [illegible] dialecticam potius quam [illegible] ab Aristotele? Tam enim uerbū unū hoc [illegible] per unum alterum significari [illegible] quam altero potest, [illegible] Aristoteles ipse per [illegible] potius quam notionē illā indicari [illegible] Credideritne ita sane, Porphyrius, Themistius, Simplicius, aut si qui complures, [illegible] est, etiā Ciceronē [illegible] ipse sic quoq; [illegible] Nā sit [illegible] Cicero [illegible] apud posteros [illegible] libri omnes Aristotelici, qui [illegible] & pollit [illegible] multis [illegible] fuit [illegible] si fidem Straboni [illegible] Siquidē Neleus ille Scepsius, Corisci filius, & Aristotelis Theophrastiq; non solum auditor, sed & bibliothecæ successor, & heres, libros utriusq; philosophi Scepsim, hoc est in suam patriam comportasse [illegible] perhibetur. Hi qui deinde à posteris ipsius, [illegible] Attalicos Reges, librorum [illegible] studiosissimos, [illegible] negligenterq; habiti diu, tandem [illegible] ab Apellicone Teio magno [illegible] pretio emendi dicuntur, sed carie, situq; (quod necesse fuit) multis [illegible] & [illegible] quos tamen [illegible] supplere Apellicon ipse librorum quam philosophiæ studiosior, & pro arbitrio (quemadmodum quidem patebat)

emendare

Aristotelicorum librorum corrupt.

Neleus Scepsius.

Apellic. Teius.

emendare ausi, plurimis scatentes erroribus. Hi tamen adusque Sullae tempora (sicuti Plutarchus memorat) Athenis delitescebant. Nam Peripatetici ueteres orbati libris istis, quibus omnis instructa philosophia continetur, paucos modo quos uocant Exotericos habuerunt, eoque posteriores ἀκριβέστερον exquisitius philosophati, quod Aristotelis uolumina (quae iam alibi commemoraui) peruolutarunt. Quippe Lucius Sulla bibliothecam Apelliconis illam repertam Athenis, Romam primus tradidit, tum grammaticus Tyrannion, & ei penè suppar Andronicus Rhodius, is qui libros etiam Perihermenias negat esse Aristotelis, magna copia libros eius philosophi (alii etiam, nescio quos, editos) uulgarunt. Quocirca absurdū est quod iam dubitemus quin de synceritate priorum lectionum illius, praeferamus tantulo discrimine, uel libera sit in utramque partem suspicio, uel (si alterutri accedendum) magis Ciceroni sit praestari, longè prior quam Alexander est, primus ex illa cohorte, quam diximus, Aristotelis enarrator, quem Seueri floruisse reperimus, uel ipsius de suo significat opus, aequalemque propemodum, seu paulò credo maiusculū, famanis illis Academicis Origene, & Plotino. Quid autē prohibet, quo minus Cicero ipse uiderit maturiorem quoque librorum Aristotelis, qui fuerint ipsius aetate publicati, si uel incorruptam, certe (sicuti diximus) conscribillatam penuriae. Tum & consulto fallere ab homine doctissimo credendum, ut libro potioris naturae ipsum, nam nouo hoc Aristotelis uocabulo interpretationem, sine accommodare sit ausus, quae cum Platonis in Phaedro sententia, super animae motu sempiterno, atque (ut Varro inquit) dio, consentiret, de qua ipse quoque uel in Tusculanis quaestionibus,

Romā. L. Sulla.

Mutatorum codicum uitia.

uel in

uel in sexto reip. nobiscum, commentatus sit, quando & Philoponus in Aristotelis uita, & Simplicius in commentarijs de anima, & in extremo Peri hermenias libro Boetius ipse germanum esse, & conspirare utriusque philosophi sententias asseuerant, etiamque libros septem composuisse Porphyrius traditur, quibus hoc maxime argumenta colligeretur, eandem Platonis esse professionem, & Aristot. haeresin, quod & Picus hic Mirandula nuper in quadam suarum disputationum praefatione tractauit, & uero uerius esse, copiosissimo opere (credo) pulcherrimoque perdocet (nisi me meus gustus fefellit) quod de Platonis hac ipsa, quam dicimus, & Aristotelis concordia, nobis atque dici uolitur, & cudit. Ita non modo, non errasse in uocabulo isto noster Cicero, sed ad traditionem aliquanto, quam ceteri, uel ad suam stili formam scripsisse accommodatius, intelligetur, ut quod de clarissimi uiri doctrina, eundem, quam superius ostendimus, autorem spopondimus, etiam ipsi caueat, in quo praecipue doctrinandi calumniam patitur, largissime, cumulatissimeque praestiterit. Nec autem nouum Ciceroni, est insolitum, calumniam pati a Graecis, quando etiam Didymus sex libros aduersus eundem composuit, Sillographos imitatus maledicos scriptores, qui tamen libri iudicio doctorum uirorum sunt improbati. Sic aduersus generosissimum leonem, procul dissonis uocibus, etiam quidam saepe lucernarij canes baubantur.

Platonis & Aristotelis concordia.

Didymus aduersus Ciceronem, Sillographus.

Lucernarij canes baubantur.

QVAE SINT CREPIDAE APVD Catullum Carpatinae, quod probe scriptum uocabulum, perperam mutatur.

CAPVT II.

VAlerius Catullus in epigrammate quodam sic ait:

Ista cum lingua, si usus ueniat tibi, possis
Culos & crepidas lingere carpatinas.

Quaesitum uero a multis, explicatum adhuc a nemine, quae sint carpatinae, seu carbatinae crepidae. Nam utroque, recte, sed & item carbasinae dicitur. Quidam autem plerique, & de rubricant in libris, aetiam capiendo uocabulo, nescio quae supponunt, aut Cercopithecos, aut Coprosinas ex hara productas, non schola, uocabula uana, nomine cassa, & nihili nocet. Nos de Graeco instrumento, quasi de cella penaria, nõ despicabilis, nec abrogandae fidei proferemus autoritates, quibus & lectio praestruatur incolumis, & interpretamenti nebulam discutiatur. Sed primum igitur, Iulius ipse Pollux, libro nono ad Commodum Caesarem Carbatinas esse ait rusticum calciamentum, sic a Caribus appellatum. Aristoteles uero in secundo de animalium historia, camelos calceari carbatinis scribit, ne scilicet in exercitu, longiore itinere fatiscant. Sed & quattuor extant Graece uersus qui in libello Parmenisci inscribo, quorum in secundo quidam cum pera, & calceis carbatinis introducitur, & Lucianus in dialogo, qui uel Alexander, uel pseudomantis inscribitur, oratorem quempiam e Paphlagonia carbatinis calceatum ait. Denique etiam Xenophon Socraticus Anabaseos tertio, cum defecissent inquit, ueteres calcei, carbatinas habebant ex recentibus coriis bubulis consutas, quam etiam locant, dissimulato tamen autore, Suidas adducit.

Carpatinae Carbatinae crepidae.

in Valeria, emonet in pollutum.

Carbatinae

Liber [illegible] xxiii.

Quin et interpres quispiam Xenophontis eiusdem, carbatinas esse addit, barbaricum calciamentum.

QVIBVS VERBIS HORATIVS CAmelopardalin significauerit, quaeq; sit eius animantis facies, quibusq; etiā nominibus cēseatur & quo primū tempore uisa in Italia.

CAPVT III.

Camelopardalis. Horatius in epistola ad Augustum, Diuersum inquit confusa genus panthera camelo. Nos olim inter publica praelectione dictitauimus uideri eum de camelopardali, quae uulgo giraffa dicitur, sentire. Quam enim uocamus pātheram, Graeci pardalin. Et hanc ergo dein ipse Aegy-

Sultanus. pti, qui Sultanus uocatur, inter munera alia dono missam Laurentio Medici uidimus, non tantum, quam ingeniorū eorundem nostrorumq; patrono. Tantum mirati fuimus habere ipsam cornicula, quanquam noua erat, quoniam de his nihil hactenus in ueteribus memorijs legebamus. Caeterū Grae-

Heliodorus. cus Heliodorus nō dubiae scriptor autoritatis, libro Aethiopicōn decimo, in hanc ferme sententiam de ea meminit, cū scilicet Hydaspae regi Aethiopum dono datam ab Auxomitarum legatis fabulatur. Postremo inquit accessere etiā Auxomitarum legati, non uectigales illi quidem, sed amici, & foedere iuncti, qui beneuolentiam rebus prospere gestis indicantes, cum alia & ipsi munera obtulerunt, tum in primis animantem quampiam insolitae speciei, naturaeq;, cuius ad magnitudinem cameli proceritas, color, pellisq; Pantherae,

Variegata. maculis uelut floribus uariegata. Postrema infra aluum partes, humi subsidebant, sicuti in leonibus uidemus. Humeri, pedesq; priores, atq; itidem pectus, praeter caeterorū mem

brorum

fecerat varios pictura. Tibias cerui, & quae de reliqua corporis erat, in alternam collū se tenderet. Camelo caput simile. Maior ipsa pene duplo, quam Libyssa Struthio, sub- Struthio Libyssa. flauosq; uehit oculos tetre micantes cōmouebat. Incessu autem longe animantium caeterorum terrestrium, uel aquatilium dissimilis, neq; enim uicissitudine crura simul, sed dextra Vestigium pariter, dein sinistra utraq; agitabat, cūq; ijs suspensa proferebat latera, tractu, motuq; tam facili, ut cum quo uellet, tenui capistro uertici deuincto, ueluti firmissimo uinculo, magister perduceret. Hoc ut est conspectum animal, omnem con- Hoc uel maius. tinuo multitudinem obstupefecit, speciesq; nomē inuenit ex ijs, quae praecipua in corpore, sic ut ex tempore tam populus Camelopardalin appellaret. Hactenus Heliodorus. Dion uero Graecus & ipse autor, in tertio quadragesimo que Romanae historiae libro, de Caesare narrans, ita ferme scribit. Camelopardalin uero primus ipse Romam adduxit, & populo ostendit. Id animal caetera camelus, crura autē inaequalia habet, posteriora prioribus magis breuia, ut à clunibus a collo semper, quasi ascēdentis similis incipiat, corpusq; reliquum sublime admodum cruribus prioribus sustentatur, sed ceruix in altitudinem pene peculiarem se tollit. Colore ipsa maculoso, ceu panthera, quo fit ut ambarū promiscuo uocabulo censeatur. Plinius uero de camelis tractans, haec quoque addit. Horum aliqua similitudo in duo transfertur animalia. Nabun Aethiopes uocant, collo similem equo, pedibus & cruribus boui, camelo capite, maculis albis, rutilum colorem distinguentibus. Unde appellata Camelopardalis, dictatoris Caesaris Circensibus ludis primum uisa Romae. Ex eo subinde cernitur, aspectu magis quàm feritate cōspicua, quare etiam ouis ferae nomen inuenit. Con- Ouis fera.

similia forme hoc etiã Solinus prodidit, quo loco de Aethiopibus. Sed & M. Varro in libro de lingua Latina ad Ciceronem, Camelus, inquit, suo nomine Syriaco in Latium venit, ut Alexandrina Camelopardalis nuper adducta, quod erat figura ut camelus, maculis ut panthera. Rursus etiam nuper,
Pardalis. quia verba sunt ex Varrone, dimidiatum pardalin tamẽ, quia Grammaticus in Lexicon retulerat suum, quod per ter dinae literarum compositionem circumscribitur. Centum autem Gordiani principis ludis exhibitas, autore Capitolino, fe-
Oues ferae rat oues acceperunt.

QVAM MVLTA POETARVM IN-
terpretibus legenda, quodq; satyram Persius de Alcibiade Platonis effinxit.

CAPVT IIII.

QVi poetarum interpretationem suscipiũt, eos nõ solum (quod dicitur) ad Aristophanis lucernam, sed etiam ad Cleanthis oportet lucubrasse. Nec prospiciendae autem philosophorum modo similia, sed & iureconsultorum, & medicorum item & dialecticorum, & quicunq; do-
Encyclia. ctrinae illum orbem faciunt, quae vocamus Encyclia, sed & philologorũ quoq; omniũ. Nec prospiciendae tantũ, verũ
Ab limine. introspiciendae magis, neq; (quod dicitur) ab limine, ac vestibulo salutandae, sed inserendae potius in penetralia, & in intimam familiaritatem, si recte autore Latinam studeamus, & inscitiam quotidie magis serpentem profligare, alioqui si vadosa scholia, cum magna sui persuasione, detrimento sit, non usui. Plurima tamen, in philosophorũ maxime operibus invenias, quae sint in poetarum nostrorum libris abscondita, quale videlicet, quod etiam annos abhinc aliquot Persium publice poetam enarrantes indicabamus, satyram

ipsam

Persium satyram quartam, cuius est initium, Rem populi tractas, ad Platoni(s) dialogi, qui primus Alcibiades uocatur exemplar, uelut deliniatam, sic ut non ea solum, quae de iusto, atque iniusto, deque sui cuiusque notitia, Socrates inibi cum Alcibiade agit, delibarit, ex eo pulchrius, sed locos etiam quosdam si non magni momenti, certe Veneris tamen plenissimos, & lepóris donasse indidem Persius intelligatur. Quod genus & illa, Dic hoc magni pupille Pericli, quoniam Socrates quoque esse dicit, curatorem matrimonii(?) Alcibiadi, quod ipsi relictus á patre tutor Xanthippi filius Pericles. Sic item, Dinomaches ego sum, ductum ex eo quod apud Platonem sic est, ὦ παῖ Κλεινίου καὶ Δεινομάχης. Consimiliter quod ait ille, Tecum habita, totum dialogi eius finem perstrinxisse uidetur: ... (quod Proclus enarrator asseverat) nihil hic aliud Plato, quam literam Delphicam respexit, nosce te ipsum, ... Quod & Picus Mirandula, noster amor, in Heptaplo suo, quem nunc editurus, de septiformi sex dierum geneseos enarratione, pulcherrime tetigit. Haec igitur inuenisse aliquando, uel inuicem etiam contulisse, non mediocriter modo studiosis, sed & uoluptatem peperit, minime uulgarem. Quid pupillus. Clinie & Dinomache filius. Heptaplus Pici.

QVI SIT APVD LVCRETIVM Durateus equus, quodque legendum apud Valerium Flaccum, non quidem Dorica, sed durica, uel dura potius, in libro Argonauticon secundo.

CAPVT V.

LVcretius in primo de rerum natura, nec cum durateus Troianum Pergama partu inflammasset equus nocturno Graiugenarum. Durateum uocant equum illi Troia- Durateus equus.

nam ab Epeo fabricatum, penitus sonat, & elegantior, quae Graeca uox & poetica lignum significat, & sane δουράτεον uocat hunc etiam Homerus equum libro octauo Odysseae sic inquiens.

δουρά-τεον. ἀλλ' ἄγε δὴ μετάβηθι, καὶ ἵππου κόσμον ἄεισον
Δουρατέου, τὸν Ἐπειὸς ἐποίησεν σὺν Ἀθήνῃ.
Verum age iam progredere, & equi structuram cane
Lignei, quem Epeus fabricauit cum Minerua.

Et item paulo post.

Δουράτεον μέγαν ἵππον, ὅθ' ἥατο πάντες ἄριστοι.
Ligneum magnum equum, ubi considebant omnes praestantissimi.

δούρειος. Opa. Vulgoq; eundem non δουράτεον, sed δούρειον, communiore lingua, sicuti etiam poeta Aristophanes. At enim operae homines dictionem sibi incognitam expungere, proq; illo, quod est δουράτεον, repente magnam quoquo modo, dura tenet, uel, dura tenent, occuperant. Id ne antiquitate amplius audiant, aliae mihi sunt fallentis operae procurandae, si de isto quoque non nihil Miscellaneis inseruissem. Sed & eundem prope

Val. Flacci locus. Taddeum Ugoletum. nuper nobis Argonauticon Valerii Flacci percontem, Taddeus Ugoletus Parmensis Matthiae Pannoniorum sapientissimi, & maximi regis alumnus, homo literatissimus ostendit, e quo simul iste quoque & caeteros, qui sunt in manibus, bonis in secundo sic est, Manet numeris uox dorica fatis, nempe uulgo legitur, dorica. Quae certe sincera, & emendata lectio, aut (quod suspicor magis) uera proconica,

Dolia uox ut quod & usus & uocalitas persuadet, uox doria sit apud illum, quae scilicet, inclusos uero Danaos, equus ille dorius,

δόρειος. hoc est idem qui δουράτεος, patefactus ad auras reddiderit.

δούρειος, δό-ρειος. Neq; enim diphthongus impedit. Quippe enim δούρειος Graece, tam & δόρειος.

QVO INTELLECTV CATVLLIANVS passer accipiendus, locusq; etiam apud Martialem indicatus.

CAPVT VI.

Passer ille Catullianus, allegoricõs ut arbitror obscœniorẽ quempiã celat intellectum, quem salua uerecundia, nequimus enunciare. Quod ut credam, Martialis epigrammate illo persuadet, cuius hi sunt extremi uersiculi. Passer. Obscœnior.

Da mihi basia, sed Catulliana,
Quae si tot fuerint, quot ille dixit,
Donabo tibi passerem Catulli.

Nam erit fieret insubidus poeta (quod nefas credere) si Catulli passerem deniq; ac non aliud quippiam, quod suspicor, magis donaturũ se puero post oscula diceret. Hoc quid sit, equidem pro suo pudore, sua cuiusq; coniecturæ, de passeris natura salacitate relinquo. Insubidus poeta.

PATHICOS HOMINES IVVENALEM innuere, qui digito scalpunt uno caput, idq; de Caluo poetæ uersiculis.

CAPVT VII.

Qui digito scalpunt uno caput. Sane mollem uirũ eo significari apud Iuuenalem in satyra nona, nemini dubium, sed & Pompeium sic a Clodio notatum, Plutarchus indicat in Pompei uita, ut illud interim omittã, quod in libello quoq; eo, notã hãc Pompei attigit, cui titulus est, Quo pacto fiat, ut inimici quoq; prosint. Quin & Ammianus Marcellinus historiae lib. xvij. Pompei obtrectatores ait etiam hoc in eo ludibriosum, & uanũ obseruasse, quod Scalpere caput digito uno.

gerundio quod Magnus caput digito uno scalpebat. Caeterum nō tam mollis ex his uerbis, quam plane pathicus, & de in eius aliquis designatur. Quod genus hominis in satyra uno uersu Iuuenalis insectatur. Alioqui languidus expugnator & libidinosus, uel potius (ut ita dixerim) scalptor poeta sit iste, si non quasi in molles feratur, ballenas in pathicos inuectus. Alludit enim, sicuti mihi uidetur, ad Calui poetae uersiculos in Pompeium, de quibus ita est apud Senecam in libris oratorum & rhetorū. Carmina quoq;, inquit, eius quãuis iocosa sint, plena sunt ingentis animi, dicit de Pompeio, Digito caput uno scalpit, quid credas hunc sibi uelle uirū. Hac usq; Seneca de Caluo. Quare cū poeta Iuuenalis indicare conaretur, esse tunc Romae pathicos omnis, hoc est eos, qui sibi uirū uellent, sustulit id tamen ex particula Calui uersiculorum, tum quidem (ut est uersiculis) notissimorū, per quam consequentia cognosci uoluit. Deniq; his ille supradictis Calui uersiculis, sentit Porcium Latronem declamatorē emulatum apud eundem Senecam arbitror, qui ita dicat. In Cn. Pompeium, terra, mariq; uictorem, fuit qui carmen cō poneret, uno (ut ait) digito caput scalpentem. Fuit aliquis qui licentia carminis, tres auratos currus contemneret. Hac Porcius Latro. Quoniam autem liber hic Senecae, quem addiximus, rarissimus adhuc inuenitur, propterea quasi nouare dignati sumus hunc locum nostris commentationibus, ne quis expositioni succenseat, & peruicaciam, uelim q; in medio tamen apponere uoluisse.

CVR ERRANTIVM SIDERVM VOcabula, diebus tributa, retineantq; nobis celi nis eorum, septimo relatiuq; uocandae.

CAPVT VIII.

Nomina

Cur dies nomina sua à planetis.

NOmina ista dierum, de stellarum errantium vocabulis appellare, quam habeat aut originem, aut rationem, nusquam sane alibi me legere, quam apud historicum Dionem memini. Cassius ei libro septimo atque trigesimo sic verbis propemodum interpretari. Nam quod hui septem stellis, quae planetae vocantur, dies assignari, receptum est, institutum quidem putatur Aegyptiorum. Sed in omnes tamen homines haud ita pridem (ut sic dixerim) vulgari coeptum. Caeterum Graeci veteres (quantum equidem scio) nullo prorsus modo id cognitum habuerunt. Quoniam vero, cum nunc hodie aliis, tum Romanis, usu evenit, sic mos patrius quidam iam est, ut quasi iam perpetuus videatur, paucis super iis disseram, et quo pacto quibusve causis sic ordinentur, exponam. Duplex igitur audita mihi ratio est, utraque sane haud intellectu difficilis, sed et ambae tamen inspectionem continentes. Nam si quis harmoniam, quae diatessaron appellatur, quae una in musica summa credi creditur, ad stellas hasce, quibus caelum totum ornatum distinguitur, eodem quo feruntur ordine, retulerit, atque ab orbe illo supremo, qui Saturno tribuitur, incipiens, omissis duobus sequentibus, quarti deinde dominum nominaverit, et dein duos item alios transiliens, septimum adierit, eodemque modo progrediens, ipsos illorum deos singulis diebus ascripserit, atque ita dies adnumeraverit, deprehenderit omnem rationem quandam musicam cum caelesti illa dispositione, ornatuque congruere. Ceterum haec una est, quae fertur ratio. Altera vero cuiusmodi. Si dies, noctisque horas a prima statim coeperis numerare, sic ut eam Saturno, deinde sequentem Iovi, tertiam Marti, quartam Soli, quintam Veneri, sextam Mercurio, septimam Lunae tribuas, per eum scilicet ordinem quo ab Aegy-

Planetae.

pulis traditur, atq; item deinceps fiat, donec horas quatuor & uiginti pertransieris, inuenies primam sequentis diei horam Soli cohaerentem. Tum hoc idem in quatuor illis & uiginti horis, eadem qua priori ratione si facias, Lunae primã tertij diei horam conciliabis. Quod si subinde hoc ipsum in caeteris obseruabis, congruentem plane deũ, sibi dies quaelibet assumere. Haec Dion, si ipsum audis, & argutia, ni fallor. Sed quoniam uulgo nunc Sabbatum, diemq; Dominicum uocas antiquiore nomine, cum caeteri etiam nunc retineant, scire studiosos conuenit, & hunc Saturni, & illum Solis appellatum. Nam de Solis die (quantum equidem nunc recordor) etiam Sozomenus Graecus historicus, etiamq; diuus Hieronymus, de Saturni autem, uel hic ipse Dion libro eodẽ, uel Frontinus in Strategematis, uel etiam poeta elegiarum Tibullus, uel postremo etiam Tertullianus in Apologetico, & Gaudentius in sermonibus commemorant. Sed & Faustus Mileuitanus Manichaeorum propugnator ille meminit, ita inquit, Placet suscipere sabbatorum ocium, & Saturnios nunc inferri aris cantus. Nec illud omiserim, mutata a dierum illorum nomina, in quae nunc à Christianis usurpãtur, autore Constantino principe, sicut in illius Graeca laudatione meminit Nicephorus.

Sabbatum Dies dominicus.

Dierũ nomina à Christianis mutata.

QVID IN LITERIS DOMITIO ET quaerendum credendumq;, deq; illius iudicij, pudendiq; erroris super uoce attegias.

CAPVT IX.

Dirue Maurorum attegias. Hoc Iuuenalis hemistichion de satyra quartadecima, quàm aut erudite, aut fideliter, aut etiã perspicaciter enarret Domitius, age, iam (si uacat) inspiciamus. Sed pauca de homine prius, si

qui

quia hoc etiam fortassis. Domitius igitur Calderinus Veronensis, qui intra hos annos vita functus, ut fuit acri ingenio, multaque in literis industria Latinae linguae diligentissimus, Graecae non imperitus, non prosam condere absurdus, non carmen. Nimius fuit tamen (quod opera ipsius testantur) admirator, ac pro sententia cui semel adhaeserat, etiam contra veritatem contumax, et refractarius. Tum non id inserendo quoque iactantior, atque omnium prae se contemptor, omnium quam minimae occasiunculae captator, et sine discrimine insectator. Itaque etiam simultates cum doctissimis hominibus nonnullas exercuerat, odioque apud eos invidiaque non obscuro laborabat. Auctoritatis vulgo tam magnae fuit, ut Romae inter professores, iuvenis adhuc, primam sibi celebritatem vindicaverit. Cuius tuendae, ac retinendae gratia, fictam complures putarunt, ut in suis operibus frontem perfricuerit, et per aequa, per iniqua famam captans, parum ex fide quaepiam retulerit, nonnulla etiam male solers, et praestigiosus, speciem quandam primoribus tamen oculis habentia, magno credentium dispendio, sententiis ignorabilibus implicaverit, et palpebras (quod aiunt) oculis offuderit, aut si quando maior difficultas, nec absisteret, nec congrederetur, spem lectoris eluserit. Ita dum nescire se nihil probare contendit, etiam Parthis aliquoties, et Cretensibus mendacior invenitur. Cuius exemplum secuti alii quoque, in omnes iam literarum articulos (ut verbis utar Varronis) hoc mali gangraenae sanguinolenta pervasit, praecidenda deletaque sibi parte certatim a doctis omnibus, ne ad vitalia usque deserpat. Sunt autem editi ab eo grammatici commentarii aliquot, ut in Martialem, Iuvenalemque poetas, quos et Medicibus meis, Laurentio, Iulianoque fratribus dedicavit,

Domitius Calderinus.

Refractarius.

Perfricare frontem. Per aequa & iniqua.

Gangraena

Domitii commentarii.

[illegible], a quibus etiam [illegible] est [illegible] bene sit tus. Sed & in [illegible] studio & in epistola Sapphus, in illam quoque Nasonis addidit quemquam, plura [illegible] super [illegible], ubi non [illegible] sunt, & [illegible] [illegible]. Caeterum Georgius Merula vir plane doctus, ac [illegible] longeque quam Domitius in scribendo cautior, & [illegible] [illegible] sine nomine, non [illegible] (quod aiunt) sed [illegible] ne plena invectiva, commentariorum illius in Martialem per [illegible] notis, [illegible] primum hominem, magno [illegible] passim gradientem, [illegible] iam [illegible] compescuit. Nos quoque [illegible] sub [illegible] [illegible], non quidem ut ipsius libros plane de manibus excuteremus, sed ut [illegible] [illegible], [illegible] in [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] [illegible], in ipso iam [illegible] nostrae professionis [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] quandoque, [illegible] [illegible] manu [illegible], & tamen [illegible] [illegible], [illegible] [illegible], quo [illegible] nobis libertasque constet. Neque enim patiemur, quatenus [illegible] suppetent, [illegible] [illegible] credulae iuventuti, & simplicia ingenia supplantari. Quoniam autem (ut est apud Plautum) [illegible] sapit is, qui periculo alieno sapit, [illegible] ipsi quidem pro virili, ut quid in hos libros quod non desen[illegible] [illegible] [illegible], [illegible]. Quid autem ad summam de ipso sentiamus, si [illegible] [illegible], & quo pacto ingenij [illegible] [illegible] [illegible], vel [illegible] [illegible] [illegible] nostram, quod tempore [illegible] [illegible], ipso Domitio natali solo, [illegible] [illegible] Florentinus, atque Angelus Maffeus Veronensis, illius memoriae studiosi, [illegible] [illegible] ad hunc, [illegible] [illegible], quod & hic adscribam.

Merula.

[illegible] Domitio [illegible].

A[illegible] [illegible], [illegible] [illegible] [illegible],

Quem [illegible] [illegible] Benaci,

Hoc [illegible]

Hoc mirat ipsum saepe Masi Libethron,
[illegible] Sisyphi, ac [illegible] Permessi,
[illegible] hoc Domitio magis [illegible] solo primum,
Ille, ille doctus, ille [illegible] nostri,
[illegible] damnent [illegible],
[illegible] sensu de pectore [illegible]
[illegible] tam [illegible] debet.

Sed enim studia fortasse de homine, pauca praesertim [illegible] [illegible], quod eo tamen consilio fecimus, ut ostenderemus quam [illegible] grammaticus iste [illegible], omnia quasi per nebulam [illegible], [illegible], qui nihil omnino [illegible] [illegible], nisi quod ipsi [illegible] [illegible] [illegible], [illegible] de suis illis [illegible] commentariolis excerpserant. Ad attegias autem quod attinet, ipsius haec Domitii verba sunt. Alii, inquit, accipiunt linguam Maurorum attegias mapalia significare. Ego potius intelligo, hoc significare Mauritaniam ad extremam partem Libyae. Dionysius:

Ad summam Libyae habitant attegias undas,
Atlantide quae sunt sitae Maurusia plebes.

Haec ille, eadem atque verbo [illegible], deteriora sequens, [illegible] sunt ista credere, sed nemo non negat esse. Dionysium vero citat autorem Domitius, qui [illegible] [illegible] mentionem fecisse [illegible] [illegible], [illegible], tollamque [illegible], neque omnino haberi [illegible] non recusabo. Sed ut omni [illegible] [illegible] [illegible], non sunt Dionysii versus hi, non sunt verum Prisciani potius, quo libello Dionysium poetam de Graeco interpretatur. Corrumpit eos autem Domitius, atque depravat. Nam quod apud Priscianum sit, ad Tethyos undas, [illegible] interpolataque scriptura, pro eo supposuit attegias undas, [illegible] Priscianus auctor.

(ut arbitror)

(ut arbitror) fuisse, si tangeretur carmine, aut si spatia metri atque syllabarum consideraßet, cum vocabulum, quod est attegias, antepenultima porrecta syllaba, cum ipsius quam interpretatur testimonium, tum postrema brevi, cum nihil posuerit auctoritatis. Bene quod extat Dionysius, cuius hos esse Graecos illius argumenti hos puto versus.

ἀλλ' ἤτοι πυμάτην μὲν ἐπὶ γλωχῖνα Λιβύσσης
ἀγχοῦ στηλάων Μαυρούσιοι ἔθνεα ναίει.
Sed summam quidem ad extremitatem habitant
Prope columnas Maurusii gentes viri.

Licet autem cuilibet iam sit liquidum, nihil his ne minimum quidem suspicionem subesse attegiarum apud Dionysium, nihilominus aliam citari pro alio, eaque veterum scripturam, suppositam fuisse, rationem syllabarum vel carminis haberi nullam. Et dubitabit aliquis ab ipso iam Iuvenale dissentire, & resistere hoc negat, vel si praeiudicata prodit de homine ingenio, doctrinaque opinio, causam facere inadvertentem? Ceterum attegias ipsi vel tabernacula, vel umbracula, vel (si hoc magis placet) mapalia intelligimus, qualia Mauri colunt, qui Numidae a Romanis, ut historiae scriptor Herodianus est auctor. Vocabulum id Rufinus usurpat in libro Iosephi de bello Iudaico septimo. Cum ad festum, inquit, diem venisset, quo attegias in honorem dei, componi ab hominibus mos est. Nam quod Latine Rufinus componi attegias ait, id ipse auctor Iosephus σκηνοπηγεῖσθαι dixerat Graece.

Praeiudicata opinio-ne quoque.

Rufinus Iosephi traductor.

DE BAPTIS, ET COTYTTO, deque Cotytiis, tum apud Iuvenalem, & Horatium recta indicata lectio, nunc antiqua.

CAPUT X.

Cecropiā

CEcropiam soliti Baptae lassare cotytton. Hunc Iuuenalis uersum Domitius expositurus, & anxius (ut ita dixerim) suspiciosus fabulam locans, impudenter hallucinatur, & nugas narrat, Baptas esse, inquiens, Cereris sacerdotes, Cotyton Cererem. Nec arbitror hoc unquam dixisset, si quod in homine non pudoris decorum, sed sensus omnino desyderatum fuisset. Nec enim tunc demum credidimus, cum quispiam profitetur, quae satis certo auctore sciat. Sed est hoc familiare huic (agnoscamus iam liberius) ut cum nihil explicare possit, implicet, & quicquid obuium sit, arripiat, neq; sinatur diffidentia conscientiae, quo denique ipsum imprimat errabundae opinionis impellit. Nos antiquam comoediam poetae Eupolidis inesse suspicamur, quod ueteres excellentis auctoritatis persuadent. Extrema de ea sic Platonius Graecus autor, ubi de comoediarum differentiis agit. Ἴσμεν γοῦν τὸν Εὔπολιν διδάξαντα τοὺς Βάπτας ἀποπνιγέντα εἰς τὴν θάλατταν ὑπ' ἐκείνων εἰς οὓς καθῆκε τοὺς Βάπτας. Scimus, inquit, Eupolin, quoniam Baptas fabulam docuerit, ab iis ipsis in mare summersum, contra quos Baptas conscripserat. Lucianus quoque in ea oratione, quae inscribitur ad ineruditum multos emptitantem libros, in hanc ferme sententiam. Dic mihi, inquit, etiam ne Aeschynis orationem aduersus Timarchum legisti? atqui illa omnia scis, & nosti singula. Aristophanem uero & Eupolin subisti? Baptas integram fabulam perlegisti? Tamen nihil ex his pertinere ad te putasti, neque ea cum agnosceres erubuisti? Sed & Hephaestion in enchiridio, de acatalectis agens, duos citat uersiculos ex Eupolidis Baptis. Et Suidas unum ex iisdem in uocabulo, quod est Atryphetos. Iam primum igitur constare opinor, Baptas comoediam fuisse antiquam, & mordacem poetae

Hallucinatur.

Eupolidis comoedia.

Baptae.

Eupolidis

Eupolidis. Quod autem comoediae argumentum, quae mate-
ria, per ipsa, quae nunc exstant vestigia, sequenter indagabi-
tur. Athenienses igitur ea tempestate sacra quaedam, reli-
gionesque peregrinas, nouosque deos asciuerant, quibus no-
cturnae peruigilationes essent institutae, magnorumque dein fla-
gitiorum erant causa, sicuti Romae Bacchanalia. Sed inter sacra
caetera, fuere etiam quae dicerentur Cotyttia. Contra haec no-
cturna Cotyttia scripsisse Eupolin Baptas fabulam, sed &
alios comicos, interque eos Aristophanem quoque, videmus,
totum hoc genus peruigiliorum, & peregrinitatis exagi-
tasse. Sicut Iuuenalis, quae Romae fierent contra naturam com-
memorarat, non dissimilia dicat iis, quae Baptae Athenis
in nocturnis Cotyttiis patrarent. Cicero in legibus sic ait.
Quid autem mihi displiceat in nocturnis, poetae indicant co-
mici, qua licentia Romae data, quidnam egisset ille, qui in
sacrificium cogitatam libidinem intulit, quo ne imprudentiam
quidem oculorum adijci fas fuit? Et mox idem. Atque
omnia nocturna (ne nos duriores forte videamur) in media
Graecia Diagondas Thebanus lege perpetua sustulit. Nouos
vero deos, & in his colendis, nocturnas peruigilatio-
nes, sic Aristophanes facetissimus poeta veteris comoediae,
vexat, ut apud eum Sabazius, & quidam alij Dij peregrini,
iudicati e ciuitate eijciantur. Apparet autem ex Ciceronis te-
stimonio, cum Aristophanem, tum comicos alios veteres,
contra nouos deos, contraque nocturnas peruigilationes, acer-
bi stili desaeuisse. Cum vero ex superioribus liqueat Baptas
fuisse comoediam, quae turpia & obscena comprehenderet, atque
haec de Baptis, deque nocturnis Atheniensium sacris narratio,
quae nos Cotyttia fuisse appellata declarabimus, quis non in-
telligat iam, Baptas fuisse denique, quae postea fuerit fabula, ta-
lis ac

Margin notes: Cotyttia sacra. (beside "caetera, fuere etiam…"); Nocturna sacra prohibita. (beside "Quid autem mihi…"); Diagondas. (beside "Graecia Diagondas…"); Aristoph. Sabazius. (beside "nes, sic Aristophanes…")

lis accusetur? Strabo autem in libro de Geographia decimo, Cotyttia, Bendidiaque sacra fuisse apud Thracas narrat, ex quibus Orphica sumpserint originem, deamque nominat Cotyn, cuius faciat Aeschylus mentionem. Tum etiam paulo post, Athenienses, ait, multa ex peregrinis sacris accepisse, ὥστε καὶ ἐκωμῳδήθησαν inquit. Sed et inter caetera, quae peregrina ab iis recepta sacra commemorat, prima enumerat Thracensia, quae sapta esse ... Cotyttia, Bendidiaque appellari. Liquet igitur, Cotyttia ab Atheniensibus sacra externa coli solita, sicuti etiam notata a comicis. Coniectura autem ducimur, ut eum de Baptis hoc versu, quam scimus fuisse Eupolidis comoediam, de sacris Atheniensium nocturnis, in ea perstrinxit id genus sacra exagitarentur. Caeterum deam, quae iisdem praeesset ritibus peregrinisque, Cotytto vocatam putamus, a qua etiam recta ratione Cotyttiorum est nomen appellatio, quae quaedam dea commessatio, ... [illegible], idco Synesius in epistola quadam, cuius principium est ὁ περὶ τὸ ὄνομα [illegible], ad hunc plane modum narrat. ἦν μὲν γὰρ καὶ Ἑρμοῦ τοῖς παλαίστραις ἐφόροις οὐδὲ κατὰ μικρὸν προσήκων, Κοτυττοῖ δὲ καὶ τοῖς ἄλλοις Ἀττικοῖς κακοδαίμοσιν ἱερωμένος. Quibus verbis significatur, eum de quo in epistola agat, non Mercurio congruere, non Herculi, palaestrae praesidibus, sed esse Cotyttis alumnum, caeterorumque apud Atticos despicatissimorum. Quare Cotyttem legendum non Cocyton, praesertim cum syllabae repugnet quantitas, quae tunc quidem brevis, cum c alteram subter acceris, ut Donatus praescribit. Assuit ille quidem enim (sic vero arbitror) nimis inquam insitae negligentiaeque, qui non cogitaverit primam nominis syllabam, nõ positione modo, cui dumtaxat occurrit,

Bendidia.

Cotys.

Alia ex aliis commemorat sacra peregrina [illegible]

Cotytto. Cotyttiorum appellatio.

Ubi [illegible] ab Hercule.

Cotys.

sed natura quoque prodidisset. Quidam tamen hanc deam Cotyn malunt, quam Cotytto, sicuti Strabo supra, sicuti alibi Synesius idem hisce verbis [illegible] Audacter, inquit, pronuncio non quam seminare studium, sodalemque Cotys. Quem eundem locum Suidas, Cotys dea quae ad turpia praesidet. Unde inquit, sunt Clisthene, et Timarchi, et quicunque licet gratia formam colunt, ad infundi libidinem, sicut effeminati et capillum fingentes universi. Sed et alibi credo invenient quibus hoc adiumentur, non docti, si doctrinae studium adhibuerint. Quin apud Horatium quoque in Epodis ita legendum existimamus. Inultus ut tu riseris Cotytia, quod et plerique codices Cocytia. Etsi vetustissimo libro, qui fuit Georgii Antonii Vespuccii Florentini, Graece, Latineque docti hominis, vocabulum id antepenultima syllaba t retinet, non c, ut significare arbitrer vocem adhuc integram, verae integraeque lectionis.

Timarchi. Callisthenes.

Horatij locus.

SENTENTIA DE CLAVDIANO exposita, vel ex progymnasmatis fabella. Tum fabella altera nimia similitudine è Graeco laudata versu, super Venere et rosa.

CAPVT XI.

Claudianus in libro de raptu Proserpinae secundo, de Venere deas rosas purpureas colligentes loquens, ita inquit. Sic fata, cruentis

Corpus signasti.

Aphthonius Rhetoricus progymnasmata.

Locus satis haud obscurus poterat, nisi apud Aphthonium in Progymnasmatis rhetoricis, exposita fabella sic prope sonaret. Qui rosae pulchritudinem demirantur, plagam Veneris considerent. Amabat Adonin dea, Mars ipsam. Quodque

dos ferret Adonidi, Veneri Mars erat. Deus deā adamabat, deaq; hominem sequebatur. Par cupido, tametsi genus dispar. Per amorem Adonin Mars zelotypus tendebat, sicut par erat amoris, Adonidi necem. Ferit Adonin Mars. Accurrit auxilio Venus festinans in rosas incidit, ac se spinis implicuit, ita planta perforatur, qui sanguine manauit cruor, de se rosam colorauit. Sic rosae quae prius candidae, quod nunc cernitur, factae. Attigimus ipsi quoque fabellam hanc in Rustico nostro, uersiculo illo.

Idalio pudibunda sinum, rosa sanguine tingit.

Sed & antiquam fabellam pulcherrimos numeros in uersiculis complexus, Maecenas hic ac noster Laurentius Medices, ut in omni uirtute sic etiam in poetica consummatissimus. Nonnus autem poeta uetustissimus lib. i. & xl. Dionysiacôn Martem ipsum [illegible] cum, ab eo fuerit Adonis occisus, at aprum factum uertisse fabulatur, ita de Venere scribens. [illegible] Negat hic uersibus Nonnus delectatam fuisse aprum Venerem, quoniam fore cognouerat ut aprum figuram indueret aliquando Mars ac prae zelotypia necaret Adonin. Rosam uero esse dilectam gratam Veneri, nec ille nocet lepidissimus epigrammatum autor.

I felix rosa, mollibusque sertis
Nostri cinge comas Apollinaris,
Quas tu nectere candidas, sed olim
Sic te semper amet Venus, memento.

Sed & Vergilius in Elegidio quodam suo (nec enim id non suum credimus, quod omnium sit elegantissimum) sic ait.

Sideris & floris est domina una Venus.

Nonnus poeta.

Vergilij Elegidion.

Caeterum Libanius ille quoque sophista Graecus, nec ulli Atticistarum secundus, in quodam uelut angulo super argumento isto de rosa Veneris, sic ait. Quae, inquit, tempore iudicium de deabus pastoris subiit, unde habebat Iunonem, Cestus Veneris. unde Mineruam quoque, cestus ille Veneris, in quo amabilitas, in quo etiam Cupido est. Imperitarat prius in certamen negabant, quia eis uisa a se Venus medicamentis fieret amabilis, Sic enim cingulum illud appellabant. Atque ne nos quidem, Venus aiebat, hoc cingulo nitar. Tu diadema aureum crinibus, tu galeam similiter aureā geris uertice. Sed enim faciem istam habere per me nobis liceat, liceat modo per uos ornatum, compositumque unde abeam afferre singuli uice. Sic monens deabus gerens, ire ad Scamandrū pergit, illum a floribus quas se per summum sub ripa explicabat herbulam. Suaue aspirabat Rosa. ipse blandae, persicique sciebant, et ad hanc uisū dulcem. Lolii ibi dea, floremque (quae causa uenerat) ornatum quaerebat sibi. Tum nescio qui mire suauis, aspirare odor uisus. Iam illa, iam uiolas legerat dea, cum tamen odor ille magis ac magisque blandiebatur. Vestigia autem fragrantis ac longe Rosa. subsequi, uidet rosam, ad eamque naribus admouet, et esse hanc suauiolentiae illius matrē cognoscit. Ibi flores asportatos caeteros abiicit humi, uitamque rosis coronam, recepit se ad Idam demum. Nec mirē plus Veneri flos, quam flori Venus, conciliare gratiae uisa. Adeoque confestim Iuno, Mineruaque uictae, ut ne ipsae quidem pastoris expectarint calculum. Sed ad coronam utraque sertum crinibus detraxerunt, floremque deosculatae ipsum, ipsum Veneris capiti reposuerunt. Hactenus de rosa Libanius, cuius tamen linguae Graecanicae Germanico colores. plurimos colores, mitissimā intellexerint, nescio an ad linguam nostrā ista tumultuaria latinitas repraesentauerit.

Quanto

QVOMODO INVENTA PVRPVRA, simul explicatur Nonni locus, Graeci poetae.

CAPVT XII.

QVo pacto inuenta sit purpura, non alienū fuerit hic referre, ut et Graeci poetae Nonni locus intelligatur, tum ut fabella praequam lepida, Latinis incognita, noscatur. Est autē apud Pollucem libro de uerbis idoneis ad Commodum primo, in hanc sententiam. Tyrij ferunt (inquit) captum amore Herculem nymphae cuiusdā indigenae cui nomen Tyro, sequebaturque eum (inquiunt) canis antiquo more, quo dominū canes usque etiā ad concionē comitabantur. Quare canis hic Herculeus irrepentē scopulis purpuram conspicatus peresa carnuncula, sua sibi labra cruore puniceo infecit. Cum igitur ad puellā Hercules adijsset, delectata illa insueta tinctura, quam tum florentē in eius canis labris aspexisset, affirmauit sibi cū illo posthac nihil fore, nisi ad se uestem afferret, etiā canis illius labris splendidiorē. Quare concha inuenta Hercules animante, collectoque sanguine, munus puellae detulit, primus (ut Tyrij dictitant) auctor Punicae infecturae. Nos igitur in Rustico nostro, propter hoc ipsum denique concham diximus Herculeā cum purpurā significaremus. Porrò autē Nonni poetae uersiculi super hac ipsa fabella sic in libro quadragesimo Dionysiacωn inueniuntur.

Καὶ τυρίης ἐνόησεν ἁλιβλύδα φάρεα κόχλου
Πορφυρέης, ὅτι πρῶτον ἀνεστείλαντο θαλάσσης.
Ἔχνι κύων ἀλινηχέος ἐπὶ σφραγῖδα [illegible]
Καὶ ἐρευθομένην χαλαρὴν ... Ἡρακλέος ὀδόντι,
Χιονέης παρήϊδας ...
Χείλεα φοινίξας ...
... γὰρ ... ἀνεδείξατο.

Pollux.

Tyro.

Inuētio [illegible]

Concha Herculea.

Et Tyrio [illegible]
Purpureis [illegible]
Vbi [illegible]
[illegible]
[illegible] pilorum.
[illegible]
[illegible]
[illegible]

SALVTIS AVGVRIVM QVOD
fit apud Suetonium.

CAPVT XIII.

Salutis augurium.

SVetonius Tranquillus in Augusto sic ait. *Nonnulla etiam ex antiquis caeremonijs paulatim abolita restituit, ut salutis augurium, &c.* Quod autem fuerit salutis augurium, video etiam a doctis aliquot ignorari. Nos tamen ex libro septimo, trigesimoque Dionis historiarum ad hanc sententiam reperimus. Tum vero etiam salutis augurium, quod appellant, longo intervallo fecerunt. Est autem modus augurij quispiam, ut si Deus permittat, salutem populo poscant, quasi ne salutem quidem a Dijs petere fas, ni prius hoc ipsum Dii concessissent. Observabatur autem dies una quotannis, in qua nullus ad bellum profectus foret exercitus, nemo se contra pararet, nemo pugnaret. Quocirca in assiduis periculis, motibusque civilibus, nunquam fiebat. Nam et arduum in primis, pro [illegible] hoc examussim servare, et perquam absurdum videri poterat, ultro se discordiis detrimenta sibi ipsos inter dubia conciliare, cum et nullis carere fusura essent, et item voluntate perniciosa, mox autem salutem a dijs immortalibus petere. Caeterum tamen fieri quodam augurium eiusmodi potuit. Sed ne id quidem pro voto processit, quoniam adversae quaedam aves devolarant, unde augurium captum, aliaque item signa inauspicata apparuerant. Idemque etiam libro quinquagesimo scribit, ab Augusto pace, terra, marique parta Ianum clau

sum,

sum, neque non salutis augurium fictum, quod ante multis causis ferrat omissione.

NABLIA QVAE SINT IN OVIDI ARTIBVS, atque inibi de barbaris organorum appellationibus, quibus Graeci, nostriq; utuntur, quodq; etiam Chaldaei Graeca interim, nostraq; id genus vocabula non aspernantur.

CAPVT XIIII.

Disce etiam duplici genialia nablia palma
Vertere, conveniunt dulcibus illa modis.

Nablia dixerit Ovidius, puto, sive nablia ab illis quae vel naula vel nabla dicuntur. Etenim & litteras & ii formae pro eisdem positas invenire saepe veteribus incommentariis adnotamus. Suidas etiam, nabla organi species ait, & idem alio loco. Psalterium inquit organum est musicum, quod nabla etiam vocatur. Quin & Sophoclis versum Plutarchus adducit, [illegible], libro eo quem super ei Delphico fecit, sed & Theodoretus in psalmos de eo meminit, & Plutarchus in libris Symposiacis. Ex quo nos in Nutricia.

Naulia. Nabla. Naula. Nabla.

[illegible]

Nos quae duplici genialia Naulia circa munus.

Organorum nomina.

Sunt autem multa organorum barbara nomine, sicuti Strabo narrat libro decimo, inter quae nabla quoque numeratur, hoc est psalterium. Sed & aliud observavimus nuper apud Danielem prophetam, [illegible] illos, & sacrae scripturae peritissimo Ioanne Pico Mirandula, Graeca etiam quae videantur, Latinaq; alia istiusmodi organorum nomina, quamquam paulo corruptius, a Chaldaeis quoque usurpari, ut carna pro cornu, cathros pro cithara, sabeca pro sambuca, psanterin pro psalterio, sumphonia

Carna. Cathros. Sabeca. Psanterin. [illegible]

pro symphonia. Quin Gallus Soloinon, ordinarius apud
Nauel. Hebraeos enarrator sacrarum literarum, Neuel ait esse he-
braice, quod ibi psalterion id est psalterium legatur. Constat
autem literis ad nouem tribus נבל ex quo etiam nauel in
Nablon. Nablion. Esaia legitur, et Amos, et Graeca dein figura Nablon, a
quo diminutiuum sit nablion hoc Ouidianum. Sequidem notu-
Picus Mirandula. lae istae sunt notae, quibus Hebraei nunc pro uocalibus utun-
tur, ut ubi et comperit, et ostendit Ioannes Picus Mirandu-
lanus, uir omnium procul ab omni parte beatissimus,
in opere singulari atque admirando, quo psalmos a septua-
ginta uersos, ipso notarum praecipue argumento, docet He-
braicae ueritati respondere. Ne iam insultare Iudaei, aut
obstrepere possint, ea cui in templo singulis canere horis, quae
ne ipsi quidem satis uersa fideliter existimarunt. Denique ge-
nialis cur dixerit Ouidius, facile notu, uerba ipsa legens de
Scipionis Aphricani Aemiliani oratione, contra legem iu-
diciariam Corneli Gracci, quae posita sunt in Macrobii Sa-
turnalibus, eorumque principium sic est. Docentur praestigias
inhonestas, cum cinaedulis et sambuca psalterioque eunt in lu-
dum histrionum, discunt cantare, quae maiores nostri ingenuis
probro ducier uoluerunt. Eunt, inquam, in ludum saltatorium
inter cinaedos, uirgines, puerique ingenui. Sic Scipio. Tum
Ambrosius quoque libro ipso de uirginitate tertio, psal-
teria docet adhiberi conuiuijs, ut libidines incitentur. Sed enim
in comoediis quoque crebra psaltriarum mentio. Porro uoca-
bulum ipsum Hebraicum est, nam Graece psalterium dicitur,
Latine laudatorium, sicuti docet Hieronymus ait in epistola
ad Dardanum, docens in clypei modum quadratum esse for-
matum, chordarum decem, quanquam Rabbi Emanuel
hebraico commentario in psalmos, triangularem putet esse fi-
stulam

bulum Nebel, videbunt etymon sequentes, quod ab utre dedu ci non credidam illud apud Hebraeos uideatur. Nebel.

QVI FVERIT AVTOR SYBARITIdos, de quo Ouidius, deq; Sybariticis libellis apud Martialem, itemq; item cetero Sybaritarū.

CAPVT XV.

OVidius in epistola ad Augustum libro Tristium secundo, sic inquit.

Nec qui composuit nuper Sybaritida fugit.

Quaeritur inter literarum studiosos, quisnā sit is, qui Sybaritida composuerit, quodue ipsius operis fuerit argumentum. Nos utrūq; apud Lucianum deprehēdisse uidemur, in oratione quae est ad ineruditum, qui multos emptitaret libros. In ea scriptum est ad hanc ferè sententiam. Dic mihi hoc quoq;, inquit, si Bassus ille sophista noster aut tibicen Battalus, aut cinaedus Hemitheon Sybarita, qui admirandas sic cōscripsit leges, quo pacto insanire oporteat, & uellere & pati, ac facere illa, si horum quispiā nunc leonis pellem circundatus, clauamq; manu teneat, quid, eum ne putes Herculem spectantibus uisum iri? Sed & Philo Hebraeus, in uita ipsa Mosi, Comoedias inquit, & Sybariticas nequitias composuerunt. Martialis quoq; in libro duodecimo epigrammatōn de Sybariticis libellis ita.

Sybaritis.

Hemitheō

Philo.

Sybaritica nequitia.

Qui certant Sybariticis libellis,
Mussetti pathicissimos libellos,
Et tinctas sale pruriente chartas,
Instanti lege Rufe, sed puella
Sit tecum tua, ne Thalassionem
Indicas manibus libidinosis.

Et fiat sine foeminis maritus.

Hinc etiam igitur fuisse uidetur, nō ut Domitius Aristolaus Sybaris, à quo uel Sybaritis, uel libella Sybaritica conscripta sine argumento composita. Notabiles autē sunt in primis luxus & deliciae Sybaritarum, sic ut praecipuos omnium celebrēt Ionas, atq; Tyrrhenos, quoniam alteri Graecorum, alteri barbarorum luxuriis studeant. Ab his etiā fabulae Sybariticae, quales fermè apud Aesopum, & prouerbium deductū, Sybarites per plateam, cōtra fastosos incedentes. Atq; haec quidem de Sybaritis, aliaq; nō dissimilia Suidas. Plutarchus autem in cōuiuio septē sapientum, morē fuisse scribit Sybaritis, mulieres ab usq; anno priore ad cōuiuia uocādi, ut uestē aurūq; moliri exornareq; per otium se possent. Sed & maximus Tyrius in dissertatione tertia de uoluptate, primos enumerat Sybaritas inter eos populos quos mollissimos deliciisq; fluentissimosq; uideri, neq; non Sybariticas etiam saltationes commemorat. Quin idem in dissertatione alia, cui titulus, Quae finis sit philosophiae, ferè in hanc sententiam, Crotoniates, inquit, olympiaca ludicra adamat, Spartiates armaturam, uenationes Cretensis, luxum Sybarites, Ionas choros. Hinc ergo Iuuenalis,

Nullum crimen abest, facinusq; libidinis, ex quo
Paupertas Romana perit, hinc fluxit ad istos
Et Sybaris colles.

Astipulatur & Strabo, qui Sybaritas, omni sua felicitate, propter delitias luxumq;, septuaginta solis diebus fuisse narrat à Crotoniatis exturbatos. Quin dissimile quoque Plutarchus Sybaritē ponit in Pelopida, negātis mirū fuisse Spartiatas, qui se in bellis morti obiecerint, ut tantos labores, ac uitam illam, qua utebantur, effugerent. Aristoteles autem

Sybaritica fabula. | Sybarites per plateam. | Sybaritae delitiae in bellum.

Mirabilium

Mox addit ne Eudemonem primo, Smyndiridem quoq; Syba- *Historia*
ritā, cōiuncta Sardanapalo, inter voluptarios nominauit. *non vulga-*
Illud irridendum sane, quod Aphricanus tradit in Cestis, sic *ris.*
enim graece liber ipsius de re militari inscribitur. Enim Sy-
baritas eō deliciarum venisse narrat, ut equos in conuiuiis in-
troducerent, ita institutos, ut audito tibiae cantu, statim se
tollerent erectos, et pedibus ipsis prioribus uice manuum *Chirono-*
gestus quosdam chironomiae, motusq; ederēt ad numerum *mia.*
saltatorios. At enim tibicen, inquit, de quispiam cōtumelia
affectus transfugit ad Crotoniatas hostes, pollicetur prae-
lio superatos a Sybaritis, et quod erat, fere illorum polli-
cetur (si fidem modo haberent) sua opera Sybaritarū equo-
rum equitatus in ipsorū potestatem fore. Creditum est, et
factus dux creatus a Crotoniatibus tibicen, cōcinit omnis
quaecunq; nouerat sonis in arte artificij, modulamentaq; ijs
indicat, atq; ut suum tēpus procedere in hostem iubet. Sed
enim Sybaritae stulte praetergressi, quod equitatu superabant,
eunt contra, praeliumq; conserunt. Hic autem repente dato
signo tibicines cantum consueto concinerent. Ecce tibi igitur cōfestim *Equorum*
modulantur agmine, cāticiq; illo permulsi, tollūt, erigūtq; *tripudia.*
sese in pedes equi Sybaritae, sessoribus excussis, et quae
tripudiant docti didicerāt, cūctam in aciē exhibent. Ita capti
omnes equites, sed haud securi, omnes equi, sed tripudia
regnasse. Tantum de Sybaritis Aphricanus.

DE ARISTIDAE MILESIACIS,
de quo sit apud Ouidium, deq;
Milesiorum delicijs.

CAPVT XVI.

OVidius idem, in eadem ad Augustum epistola
sic ait.

Vertit

Vertit Aristiden Sisenna, nec obfuit illi
Historiae turpes inseruisse iocos.

Qui sit hic Aristides, quaue librorum materia fuerit, magna hæsitatio, nec sine studiosorum iniuria, est ad autorem Plutarchum delegamus, cuius in M. Crassi uita, sub hoc propemodum intellecta uerba sunt. Collectio igitur Seleucensium seniori Aristidis Milesiacôn per quâ impudicos ostentaret, nihil in eo mirantur, siquidem ea uerba fuerunt inter Rhustii Surenæ reperti. Quod & Surenæ præbuit occasionem probri, cauillisque aduersus Romanos, cum ne inter bella quidem continere se nec a rebus, literisque huiusmodi ualerent. Ita Plutarchus. Milesiaca Aristidis.

Est autem Surenas apud Persas magistratus nomen, quasi præfectus armorum, quod & Zosimus ostendit. Atque hunc quidem Plutarchi locum transcripsit ferme plane, sicuti alia plerique in Appiani quoque historia deprehendas. Lucianus uero in amoribus, sub hoc pene sensu, de Aristide. Magnopere, inquit, me earum commodarum narratione impudicarum lepida, & dulcis suadela lactauit, ut propemodum te esse Aristiden, meque sermonibus credere Milesiacis demulceri. Quocirca etiam Apuleius epigramma ipsum statim, quod in fronte asini sui collocauit, ita exorditur. At ego tibi sermone isto Milesio, uarias fabellas conseram, auresque tuas beneuolas lepido susurro permulceam. Ex quo Martianus. Nam certe nugas, nenias, poetica etiam haec figmenta deletas Milesias, & reliquas. Surena. Milesius sermo.

Fuere autem Milesii quoque deliciis, luxuque notabiles, ex eoque prouerbium Græce fertur, ἔνδον τὰ μιλήσια μὴ ἐπιδείκνυ. Hoc est, domi, non foris Milesia, uidelicet in eos qui domestica cum honore celebrant alienis probantur. Nam sic Lacedæmonio Milesios de iis audienti, cum delicias patrias extolleret, sicuti etiam scriptum in Zenodoti prouerbiorum collectaneis Milesiæ deliciæ. Prouerbium.

colligitur. Sed et Maximus Tyrius idem significat, qui Milesios a mollitie vestium molliores vocat ἀβροδιαίτους. Ex quo apud Vergilium in Georgicis. Locus illustratus.

Milesia vellera nymphae
Carpebant.

Ex quo illud etiam Horatianum.

Alter Mileti textam cane peius, et angui
Vitabit chlamydem.

Sunt autem et ob hoc Ionici quoque caeteri peregrinis delicijs habiti deditiores, quod in veteribus memorijs passim. Caeterum ne hoc quidem tacitum praeterimus, veretro solitas uti Milesias foeminas, e corio, sicuti scriptum etiam apud autorem Suidam, quem item apud eundem legimus, a Milesio Cadmo libros compositos quatuor de solvendis amoribus. Boves Iolcae.

CORRECTVS IN TRAGOEDIA SENECAE locus, atque ex Graeca translatione fabula declarata, super Nemaeo leone.

CAPVT XVII.

In tragoedia Senecae, quae Hercules furens inscribitur, hic Senariolus legitur. Senecae locus.

Sublimis altas luna concipiat feras.

Alias enim codex habet vetustissimus, ex publica Medicae familiae bibliotheca, non altas, ut in vulgarijs exemplaribus. Cuius intellectum loci non temere aliunde quam ex Achille discas physico, quem autorem Iulius quoque Firmicus in Matheseos libris, et citat, et laudat. Is igitur in commentarijs Arateis, cum de luna verba facit, ita scribit ad verbum. ἐν ταύτῃ δὲ καὶ οἰκήσεις εἶναι λέγουσι ποταμούς τε καὶ τὰ ἄλλα ὅσα ἐπὶ γῆς· καὶ τὸν Νεμεαῖον λέοντα ἐκεῖθεν πεπτωκέναι μυθολογοῦσιν, id est, In ea etiam habitari, fluminaque esse, et caetera, sicut in terra. Vulgaria. Luna habitabilis.

ex terra. Quia Nemaeum quoque illinc cecidisse leonem fabulantur. Ex quo mox in Natur(a)e, Nemaeaque discipulos longe nunc recenti a sirare.

QVID SIT APVD IVVENALEM Fraterculus gigantis. Quid item apud alios Terrae filius, ibidemque de Manii vocabulo.

CAPVT XVIII.

Vnde fit ut malim fraterculus esse gigantis.

Versum poetae Iuvenalis hunc, ex Satyra quarta, quicunque hactenus interpretati sunt, haerent in salebra, quemadmodum video, nec enarrare illi quidem audent, sed risum captare auditorum fabulamentis, vel derisum potius videntur. Quippe alii gigantas in formicas conversos, alii post gigantas a Terra homines productos in deorum contemptum commentiscuntur, frigidiora his alia quae sicut ille Martialis ait, Neronianas thermas refrigeraverunt. Enimvero nullo quantumvis intrinsecus sensu, nullo (quod sciam) docente tradente hoc negare certe. Mihi fraterculus gigantis significare hominem videtur, nullis maioribus ortum, ignoto genere, obscuroque, quoniam cuius ignorabatur parens, eum vulgo appellare veteres Terrae filium consuevissent. Ex quo Persius.

Neronianas thermas refrigerare. Fraterculus gigantis.

Praesto est mihi Manius heres
Progeniem terrae, quaere ex me quis mihi quartus
Sit pater, haud prompte dicam, tamen adde etiam unum,
Vnum etiam, terrae est iam filius.

Vides igitur vel unius auctoritate Persii, terrae filium dici, cuius obscuri sint parentes. Nec alio pacto accepisse Manium illic a Persio nominatum. Vt enim omittam quae de Mania scribit Antonio Pompeius, etiam Manium nomen ipsum Graecis ante Socratem, ii omnes historiis libro tertio, vbi quae natos

Manius.

natus etiam, sicuti cæteri, sed à Mancino ait appellatum. Quin M. Varronis liber complusculis à Marcello citatur Manii titulo, etiam nescio quid alicubi de fratre attingens, ac fratre hunc quoque augurer nobis. Cicero item in primo epistolarum uolumine ad Atticum. Sed hæc ad te scribam alias subtilius, nam neque adhuc mihi satis nota sunt, & huic terræ filio, nescio cui, committere epistolam tantis de rebus non audeo. Sed idem quoque in epistola ad Trebatium sic ait. Cn. Octauius, an Cn. Cornelius quidam tuus familiaris, summo genere natus, terræ filius, quod in quibusdam codicibus deprauatum, terræque eo suppositum terræ filius, cum uetus scriptura maneat adhuc in libro peruetere, quondam doctissimi uiri Philelphi, nunc Laurentii Medicis, patroni literarii, singulique in libro altero de uetere (ut apparet) exscripto, qui nunc in bibliotheca publica Medicæ familiæ. Vides à Ciceronem quoque, nobilem scilicet, ignotum prorsus hominem terræ appellare filium. Lactantius etiam, diuinarum institutionum libro primo, his utitur uerbis, Minutius Felix in eo libro, qui Octauius inscribitur, sic argumentatus est. Saturnum cum fugatus esset à filio, in Italiamque uenisset, Cœli filium dictum, quod soleamus eos, quorum uirtutem miremur, aut quos repentino aduenerint, de cœlo cecidisse dicere. Terræ autem, quod ignotis parentibus natos terræ filios nominamus, hactenus Lactantius. Sed & Tertullianus in apologetico, de eodem Saturno sic scribit. Dictus ab terræ, & cœli filius, quia ignoti, uel ex improuiso apparentes de cœlo superuenisse dicuntur, ut terræ filios uulgus uocat, quorum genus incertum est. Quare cum hoc præcogitaret, bonos esse obscuros, quin nobilis in tenuibus, quod olim prodigio par erat in nobilitate familiæ,

Terræ filius. | Cic. [illegible] | Philelphus | Cœli filij.

atpote

utpote sese iungentibus iis cum Romanis principibus, unde se ait fraterculum gigantis, hoc est terrae filii, quod (ut ostendimus) obscurum significat, quam nobilem, patriciumque. Gigantes enim terrae filii. Maluit autem fraterculum quam fratrem, ut videretur vastitatem illam, molemque gigantei corporis, sed generis duntaxat ignobilitatem contraxisse.

SVPER ASPIRATIONE CITATA quaepiam, simulque enarratum Catulli nobile epigramma.

CAPVT XIX.

Aspiratio- nis usus.

Quintilianus libro Oratoriarum institutionum primo de aspiratione agens, ita inquit. Parcissime ea veteres usi etiam in vocalibus, cum aedos, ircosque dicebant, diu deinde servatum, ne consonantibus aspirarent, ut in Graccis, et in triumpis; Erupit brevi tempore nimius usus, ut choronae chenturiones, praechones adhuc quibusdam in inscriptionibus maneant. Qua de re Catulli nobile epigramma est. Haec ille. Putamus autem epigramma citari hoc potissimum.

Chommoda dicebat, si quando commoda vellet.
　　Dicere, et hinsidias Arrius insidias.
Et tum mirifice sperabat se esse locutum,
　　Cum quantum poterat dixerat hinsidias.
Credo sic mater, sic liber avunculus eius.
　　Sic maternus avus dixerat, atque avia.
Hoc misso Syriam requierant omnibus aures,
　　Audibant eadem haec, leniter, et leviter.
Nec sibi post illa metuebant talia verba,
　　Cum subito affertur nuncius horribilis
Ionios fluctus, postquam illuc Arrius isset,
　　Iam non Ionios esse, sed Hionios.

Est vero

Est vero observandum, ut etiam in pronunciando, quemadmodum in scribendo vocibus aspires. Quod nunc Graeci, tantum in consonantibus, Latini ne in consonantibus quidem retinuerunt. Contra veteres Latini etiam in loquendo vocalibus aspirabant. Ex quo Cicero in oratore ad Brutum ita scribit. Quin ego ipse cum scirem, ita maiores locutos esse, ut nusquam nisi in vocali aspiratione uterentur, loquebar sic, ut pulcros, Cetegos, triumpos, Cartaginem dicerem. Aliquando, idque sero, convicio aurium, cum extorta mihi veritas esset, usum loquendi populo concessi, scientiam mihi reservavi. Sic Cicero. Sed et aureolum vidi equidem nuper apud Laurentium Medicem nomisma, cum titulo, TRIVMPVS. Et item argenteum alterum, cum vulgatiore hoc TRIVMPHVS. Quin Aul. quoque Gellius in secundo Noctium Atticarum, testatur veteres h literam, seu spiritum, plerisque vocibus verborum firmandis (ut ipse inquit) roborandisque inseruisse, ut sonus earum esset viridior, vegetiorque. Sed et Priscianus ait, aspirationem vocalibus extrinsecus adscribi ut minimum sonet, consonantibus autem intrinsecus, ut plurimum. Quare si constare tibi Catullianum epigrammatis leporem voles, aspirationem ipsam suo loco, quantum poteris pronunciabis. Sed ista video iam sic innotuisse, ut aliena fortasse cuipiam videri possint, atqui tamen pene adhuc equidem adolescens, coram literatis aliquot, quos et meminisse arbitror, de hoc ipso loco ad Domitium Florentiae retuli, qui sic ei statim applausit, ut ingenue fateretur, se plus eo die, ab uno scholastico didicisse, quam multis ante annis a quoquam professorum. Scit Aurelius Ariminensis (ut alios omittam) qui nunc Patavii degit, praestanti iuvenis et ingenio, et literatura, quam multos

Usum loquendi populo.

Triūpus.

abhinc annos, ostendit nobis cum venientem Florentiae tum quidem agitans aetatem, quamque sibi (ut idem postea Patavii narrabat) nemo proprius, ignotaque iam tum ipsis omnibus ad quos deferret. Catullum autem plane intellexit, Veronae (fert hoc vir liberrimi ingenii Baccius Ugolinus) intra officinam quampiam, quo nos plusculi coegerat, avidi aliquid literati, pene cogitabam, enarrantem, cum quadam illic adesset etiam Guarini propinquus, Ioannes Baptista (ni fallor) nomine, simulque Dantes quidam Aligherius, qui erat ut aiebat

Dantes. a Dante Florentino poeta, neque non duo, qui tum Veronae, non indocti homines profitebantur, magnaque iuvenum scholasticorum manus, ita pronis auribus, nostra illa qualiacumque accipientes, ut identidem clamarent doctissimum esse Angelum sibi (sic enim aiebant) qui poetam ceteros eorum interpretaretur. Neque ob id istorum tamen commentariis, quae inventa mea mihi denique sunt, nullo in participationem recepto, nihil postulem (non enim sic mihi arrogo) sed ne quis forsan alienis laboribus me, quasi cornicem, aut vulturem rabidus ob aquilae cadaveribus putet pasci.

EMENDATA APVD SVETONIVM. & enarrata vox haec ascopera.

CAPVT XX.

Vitiati deprehenduntur Suetoniani codices in Nerone. Nam sic ubique in omnibus. *Alterius collo, & scopa deligata, simulque titulus, Ego quod potui, sed tu culleum meruisti.* Nam neque scopa Latine dicitur numero singulari, & si maxime dicatur, nihil tamen commercii scopis & culleo. Sed enim in vetustis exemplaribus vestigium, ut arbitror, extat incolumis veraeque lectionis, hoc modo. *Alterius collo ascopa deligata.* Quare si literam penultimam per scripseris,

Ascopera

Ascopera fuit, quod & esse verissimum puto, siquidem est ascopera sacculus pelliceus, compositumque nomen Graecum est, ex utre & sacco, de quo vocabulo ita scribit Suidas, ἀσκοπήρα [illegible], Marsyppium significare Suidas ascoperam docet. Haec ergo fuit ascopera Neronianae statuae collo deligata, culei symbolum, quoniam matricida. Quod enim culeo parricidae insuuntur, qui fit e corio bovis, eius culei veluti instar quoddam repraesentavit, qui deligavit ascoperam. Iuvenalis de parricida & culeo sic: Ascopera

L. Ascopera [illegible] vel saccu-lus.

Et deducendum corio bovis in mare, cum quo
Clauditur adversis innoxia simia fatis.

QVID SIT AVT MINERVAL AVT Minervale munus, ex eoque sententiae Iuvenalis, & Varronis expositae.

CAPVT XXI.

Quisquis adhuc uno partam colit asse Minervam. Hoc ex decima Iuvenalis posita Satyra, Domitius ita exponit, ut eius nunquam videatur percalluisse intellectum. Minervam partam, id est, cuius ludis quinquatribus, ut possit certare, adeptus est. Quo quid est absurdius, aut inconcinnius: an quaeso uno asse quisquam assequatur, ut certare de eloquentia publice possit? Caeterum minervale munus, quod & minerval dicitur, innuisse Iuvenalis videri potest, mercedulam magisterii scilicet a scholasticis dari solitam, propterea'que, arbitror, ante quinquatria, per quos dies pueri vacabant. Unde Horatius in extrema epistola: Iuve. locus

Minervale munus.

Ac potius puer ut festis quinquatribus olim,
Exiguo, gratoque fruaris tempore raptim.

Sicuti Saturnalibus, & Calendis, item mos habuit. Quare de quinquatribus agens Ovidius in Fastis, ita inquit. Quinquatri-bus a scholis va-catum.

Nec nos turba feri censu fraudata magistri,
Spernet, discipulos attrahet illa nouos.

De Mineruali hoc munere, etiam diuus Hieronymus his me minit in epistolam scribens Pauli ad Titum, quod etiam in Canonicis Decretis inuenias. Legant (inquit) Episcopi atq; presbyteri qui filios suos secularibus erudiunt literis, & faciunt illos comoedias legere, & mimorum turpia scripta cantare, de ecclesiasticorum sumptibus forsan eruditos, & quod in corbonam pro peccato, uirgo, uel uidua, uel substantiam suam totam effundens, quilibet pauper obtulerat, hoc in Calendarium strenam & Saturnalitiam sportulam, & Mineruale munus grammaticus & rhetor, aut in sumptus domesticos, aut in templi stipes, aut sordida scorta conuertit in lucrum. Quas autem Saturnalitiam sportulas uocat Hieronymus, has nomine absoluto Saturnalitia Tertullianus. Varro quoq; in tertio libro rerum rusticarum, sic de mineruali. Axius Merula mi, inquit, recipe me discipulum uillaticae pastionis. Ille. Qui simul ac promiseris mineruale incipiam (inquit) id est certum. Ludit enim Merula hic apud Varronem, quoniam q; Axius discipulum se uelle recipi dixerat, ipse sibi mineruale promitti postulat, quasi magistro. Certum autem iocose Mineruale appellauit, quia magister is uterque. Ne sibi igitur poetae sensus hic erit, cum quoq; qui semel praeceptori mineruale persoluerit, quod per assem designatur, id est qui paucis diebus rhetori aut grammatico operam dederit, efficere iam quinquatribus, quae festa erant Mineruae ingeniorum praesidis, non mediocrem quempiam, sed eloquentem & similem Demosthenis, aut Ciceronis.

Saturnalitia sportula. Saturnalitia. Mineruale.

CVIVSMODI SVNT VERSICVLI IN quibus (ut ait Martialis) Echo Graecula recitet.

CAPVT XXII.

Sophia carmina.

Martialis in secundo epigrammaton, de sophiis qui basilicum supervacuisque carminibus agunt in quis multus labor, minimus sane fructus sit, hoc quoque inter caetera scribit.

Nusquam Graecula quod recantat Echo.

Deceptus autem Graeculam accipit echo, quam Graecã interpretantur, quasi significet Martialis Graecis assiduis verbis uti in suis epigrammatis, quod contra deprehenditur. Ali nos igitur coniectura fallit, aut innuentur versiculi quidam, sic facti, ut in extremis responsationes ex persona ponantur Echus, sententiam explentes, et morem imitantes illius alioqui regerendi. Quales etiam servandos ipsi quospiam fecimus, qui nunc à musicis celebrantur, Henrici modulationibus commendati, quosque etiam abhinc annos ferme decem Petro Contareno Veneto patricio non indelegantis ingenij viro, mire tum desideranti, nonnullisque aliis literarum studiosis dedimus. Sed et extant Graeci quoque Gauradae cuiusdam antiqui poetae, quos et apponam.

Ἀχοῖ φίλα μοι συγκατάνευσόν τι. — τί;
Ἐρῶ κορίσκας, ἁ δ' ἐμὲ οὐ φιλεῖ. — φιλεῖ.
Πρᾶξαι δ' ὁ καιρὸς καιρὸν οὐ φέρει. — φέρει.
Τὺ τοίνυν αὐτᾷ λέξον ὡς ἐρῶ. — ἐρῶ.
Καὶ πίστιν αὐτᾷ ἀργύριον τὺ δός. — τὺ δός.
Ἀχοῖ τί λοιπὸν, ἢ πόθου τυχεῖν. — τυχεῖν.
Echo chara mihi assensu adnue. — quid
Amo Coriscam, sed me ipsa non amat. — amat
Agendi vero tempus occasionem non patitur. — patitur.
Tu igitur ipsi dic quod amo. — amo
Et fidem ipsi pecuniam tu da. — tu da
Echo quid reliquum? nisi eam potiri. — potiri.

LEGENDUM APUD MARTIALEM
Cum compare mulo, quod pleriq; Cũ compare gibbo, simul explicata ratio in eo, sensusq; verior.

CAPUT XXIII.

Martialis epigramma id constat.

Non aliter ridetur Atlas cum compare gibbo.

Sic enim & vulgo legunt omnes, & pro vitiosissimo exponunt, quicunq; sunt in coetu literarum celebriores. Nos contra in codicibus plerisq; vetustis, magnaeq; auctoritatis, & fidei sic invenimus. *Non aliter ridetur Atlas cum compare mulo.* Mulo inquam non gibbo. Ne ut sordis (quod aiunt) agatur testimoniis in hac ipsa gentis Medicae bibliotheca publica, codex habetur antiquissimus Longobardis literis, quem & Domitius olim Florentiae perlegit. Sed & Veronae mihi pagellas quasdam antiquissimi item voluminis Bernardinus quidam adolescens, ut tum usus est, haud illiberalis, Donati propinquus, commodavit, cũ quidem una esset mecum Baccius Ugolinus absolutissimus artis gnarus, candidissimusq;. Neq; non Romae quoq; volumen ipsum Martialis, Longobardis characteribus ostendit legendumq; nobis tradidit Bernardinus Valla, vir & carminum studio, & iuris scientia, & generis nobilitate, atq; opibus, praeterea q; humanitate quoq; non vulgari celebrandus. Quin Florentiae item praeter hos alium codicem, primae nobilitatis civis Pandulfus nobis Oricellarius summittere non dubitavit, in quo utroq; singulis, hanc quam diximus scripturam reperias. Neq; enim diffitear etiam illi superiorem in uno, alteroq; non plane novo exemplari vidisse me, sicuti in eo q̃ Romae in Palatina bibliotheca, modicae antiquitatis, & sic in altero

Scala volumi-mcula.

Bernardi-nus propin-quus Do-nati.

Baccius Ugolinus.

Bernardi-nus Valla.

Pandulfus Oricella-rius.

In altero tamen quidem quã legebamus Francisci Sassetti Florentini negociatoris, nunc autem Thaddei Vgoleti Parmensis, humani, doctiq; viri, qui regi Pannoniae Mathiae regij prorsus animi principi libros, ornamentaq; alia Florentiae nobis ipsis prodentibus procurabat. Nam in eo quem mihi nuper doctus aeque atq; integer Bernardus Michelozius ab nescio quo sibi Perusino commodatum dedit inspiciendum, gypso scriptam corruptam adnotauimus. Quare quũ superiorem illam ueluti constantem, solidamq; reperiremus in melioribus scripturam, quaerendum uidetur, quid sibi Atlas postulet, cum compare mulo, quaue causa perinde rideatur ac Maurus elephanto vehens. Porrò Atlantem de Iuuenalis uerbis, nanum quendam, pumilionem fuisse temporibus illis, haud ignaue etiam colligimus. Sic enim inquit. (Thaddeus Vgoletus.) (Bernardus Michelozius.) (Atlas.)

Nanum cuiusdam Atlanta vocamus.

Vt ex contrario per derisiculum sit Atlas appellatus, qui fuerit pusilla statura, sicuti

Canibus pigris, scabieq; vetusta
Turpibus, et siccae lambentibus ora lucernae,
Nomen erit tygris, pardus, leo, si quid adhuc est
Quod fremat in terris violentius.

Sed et muli pumili, uel mulae, tunc in precio sunt, inq; deliciis habitae. De quis in distichis idem Martialis:

His tibi de mulis non est metuenda ruina,
Altius in terra paene sedere soles.

Siquando igitur nanus hic Atlas, mulo consimiliter nano et compare sibi vehebatur, verisimile est rideri solitum publice, sicuti etiam Maurus niger derisui vulgo, quoties concolorem sibi elephantum insederat. Vnde inquit idem in primo:

Et molles dare iussa quod choreas
Nigro Bellona nil negat magistro.

Conuenit autem proposito, argumentoque poetae in eum qui iuuenis & nobilis, & pauper, Bellonae identidem camera a sex, & ipsis iuuenibus nobilis, pauperibusq; gestiebat. Atque ut alii superiores, nihilo ipse secius, contubernii dominii sui dabat occasionem.

QVAEDAM SVPER HECALE ANV IN memoria data, deq; poëmate Callimachi, tum ex epigrammatis Priapeis expositus locus, & ubi alter apud Statium, quodq; uitiose legatur de eo in Apuleianis codicibus.

CAPVT XXIIII.

Aequalis tibi, quam domum reuertens
Theseus repperit in rogo iacentem.

Versiculi sunt hi de Priapeis epigrammatis, per quos, aut ego fallor, aut Hecale anicula demonstratur, a qua Theseus olim adolescens hospitio comiter acceptus est. Unde sacrum quoq; Hecalesion per pagos celebre fuit Hecalo Ioui, non sine ipsius Hecales honoribus. Quam etiam Hecalinen diminutiua forma uocabant, quoniam ipsa quoq; adolescentulum adhuc Thesea salutare aniliter, & huiusmodi excipere diminutiuorum blanditiis consueuisset. Quoniam autem proficiscente ad pugnam Theseo, sacrum Ioui pro illius reditu uouerat, ac prius quam reuerteretur, ipsa obierat, uicem hanc Theseus iussit pro hospitalitate recepta, sicuti Philochorus memoriae prodidit. Qua de re Plutarchus in Thesei uita commentatur. Caeterum de ea ipsum poema Callimachus fecit Hecalen nomine, sicuti innuit item uersiculus ex nouissimo epigrammate.

Hecale.

Hecalesion sacrum.

μάλιστα δὲ γραὸς ἐφιλοξένου τρόπους.
Maxime uero anus hospitae mores.

Multaque; passim reperiuntur autores Hecalen citantes Callimachi. Nam et herbas edules recenset aliquando Plinius, quas rusticanas illa Hecale apud Callimachum apponat, sicuti Crateuas in lib. XXVI. Sicuti etiam Sosiphenis. XXIJ quamuis in nouis codicibus Hecate sit ibi, non Hecale: ut Hyginum autem uera lectio manet adhuc in antiquis eis, qui sunt in publica gentis Medicae bibliotheca. Quin ubi Callimachus in Apollinis ait hymno, Crateuas Sosiphanes.

Ὁ φθόνος Ἀπόλλωνος ἐπ' οὔατα λάθριος εἶπεν·
Οὐκ ἄγαμαι τὸν ἀοιδὸν, ὃς οὐδ' ὅσα πόντος ἀείδει,
Apollinis in aurem clanculum dixit Liuor.
Non admiror illum cantorem, qui neque quanta pontus canit.

In eum locum sic interpres propemodum. Per haec, inquit, illos accusat, qui sic in eum cauillarentur, quasi magnum facere poema non posset. Vnde coactus est Hecalen facere. Verba interpretis ita sunt. ἐγκαλεῖ διὰ τούτων τοὺς σκώπτοντας αὐτὸν μὴ δύνασθαι ποιῆσαι μέγα ποίημα, ὅθεν ἠναγκάσθη ποιῆσαι τὴν Ἑκάλην. Id est Accusat per hoc homines cauillantes in eum non posse condere magnum poema, unde est coactus condere Hecalen.

Hinc meus ait Naso.
Battiades Hecalen sonat, et Marathonia gesta
Cecinit assiduo,
Sed et Statius in extremo Thebaidos de hac ipsa.
Nec fidit uenos anus hospita fletur.
Et Suidas Hecalen ait heroida quampiam esse apud Callimachum. Denique; Apuleius in primo Metamorphoseos de eadem puto, Si contentus (inquit) lare paruulo Thesei illius cognominis patris tui uirtutes aemulaueris, qui non est asper

natur Hecales anus hospitium tenue. Neque autem ignoro deprauatam fere ubique esse scripturam, siquidem non Hecale anus, sed Alee anus, praeceptis aliquot literis, scriptum plerunque inuenies, ut in transcursu etiam Apuleianos codices emaculauerim, & lectorem uelut superpondio dimittemus onustum.

Apuleij locus emaculatus.

QVAM MVLTA IN EPISTOLIS FAmiliaribus, quae nunc habentur Ciceronis praeposterea, tum quem in ordinem restituenda.

CAPVT XXV.

Nactus sum Ciceronis epistolarum familiarium uolumen antiquissimum, de quo etiam supra dixi, tum et ex eo ipso, alterum descriptum, sicuti quidam putant Francisci Petrarchae manu. Descriptum autem ex ipso liquet multis argumentis, quae nunc omittam, sed hic potissimum: quem dixi, codex, ita est ab indiligente bibliopola conglutinatus, ut alicubi transposita paginarum series, contra quam notata sit numeris deprehendatur. Est autem liber in publica gentis Medicae bibliotheca. De hoc itaque uno quantum coniicio, cuncti plane quotquot extant adhuc epistolarum earundem codices, ceu de fonte capiteque manarunt, inque omnibus praeposterus & peruersus lectionis ordo, qui mihi nunc loco restituendus, quasique instaurandus. Quare adhibe quaeso animum, quicunque liberales has literas amplecteris. Igitur in libro octauo Caeli epistolae ad Ciceronem, sic incipit. Certe, inquit, absolutus est, me repraesentante, pronunciatum est, & quidem omnibus ordinibus, sed & singulis in unoquoque genere sententiis. Vide modo, inquis, hucusque ordo recte dum interpellamus. Quae autem statim sequuntur uerba, literis ostenderis, & caetera, diuersa prorsus a superioribus,

Codex epistolarum Ciceronis.

atq; alterius epistolae inuenias. Perge porrò ab ea ipsa epistola deinceps numerare sequentis, ad eam quae sit quarta & uigesima, cuius ita principium, Non me Hercules, nihil unquam mihi, quae cum superiore continuatur, ut legas ita, Certe, inquam, absolutus est, me repraesentante, pronunciatum est, & quidem omnibus ordinibus, sed & singulis in unoquoq; genere sententijs. Vide modo inquis, Nō me Hercules; Nihil unquam enim. Atq; ita reliqua subtexe, donec ab ipsa, quã diximus alterius esse epistolae, perueneris ad sequentem decimam, cuius hoc initiũ, Sic tu, inquis, Hirtianum quam cõ usq; lege, dum in uerba haec incidas, si ullam spem, quae si mal offenderis, totum hoc delebis. Aut in tecto uitij, caetera mihi probabuntur. Totũ hoc inquam delebis aut traduces, quoniã alienũ planè huic loco. Mox deinde recurres ad ea quae posita perperam sunt, in illa Caeli, de qua primitus dictum, atq; ita cõtinuabis lectionẽ. Si ullã spem literis ostenderis, ita ut actum legẽs, ad epistolã peruenies tertiã ab hac, & uigesimã, sic uidelicet incipientẽ, Duabus eius epistolis respondebo, alterã antè; hae sunt. Si enim nihil est in parietis hac, aut in tecto uitij, caetera mihi probabuntur. Post eam quae statim consequi debet epistola, quae nunc ab illa undecima est, sic ordines. Delectauerunt me tuae literae. Comprobat hunc ordinem quem posuimus, non solum codex uterq; uel ille antiquus, uel hic ex eo statim natus, à quo caeteros quoq; omneis bibliopolae uitio deprauatos liquet, sed intellectus etiã sensusq; ipse luce clarior, sic ut animaduertentĩ quicquid obscurum prorsus obscurum est, ambiguumq; tollatur.

VERSICVLI IN FASTIS E GRAECO
super uite & castro, tum parodia quaepiam
obscurior apud Suetonium.

Caput

CAPVT XXVI.

Ouidij locus.

OVidius in primo fastorum.
Sus dederat poenas, exemplo territus huius
Palmite debuerat abstinuisse caper.
Quem spectans aliquis dentes in vite prementem,
Talia non tacito dicta dolore dedit,
Rode caper vitem, tamen hinc cum stabis ad aram,
In tua quod spargi cornua possit, erit.

Nimirũ hi duo versiculi de Græci poetæ disticho pergalante inclyto sustulitq́; facti, quod in primis celebre fertur, & vollitat docta per ora virum. Nam cum docuisse quempiam illa meminerat, ipsum nimirum autorem carminis Euenum digito designauit. Loquitur autem in Græcis versiculis vitis ipsa, sic scilicet,

Κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω
Ὅσσον ἐπισπεῖσαι σοί, τράγε, θυομένῳ.
Et si me comederis ad radicem usque, adhuc producam
Quantum inspergere tibi hirce immolando sufficiat.

Vertit hoc nimirũ quàm potuit ad unguem poeta ingeniosissimus, & sunt tamen in Græco nonnulla, quæ noster parum enarrat. Quæ si vetis contendendum, transtulit in eam illam nescio quam venerem, ne attigit quidẽ noster. Quod acciderit, linguæ potius minus lasciuientis, quàm parum copiosæ. Sed quoniam in Græci huius disticha mentionem incurrimus, asseramus etiam quod apud Suetonium in Domitiano est, ut obiter illi quoque non in obscuro loco, lucem interpretationis inferamus, vitisq́; assertorum demus nutrice ipsi nuntiquã valere. Verba igitur ita sunt. Vt edicti de excidendis vineis propositi gratiã fieret, non alia magis re cõpulsus creditur quàm qđ sparsi libelli cũ his versibus erãt.

Suetonij locus.

κἤν με φάγῃς ἐπὶ ῥίζαν, ὅμως ἔτι καρποφορήσω
ὅσσον ἐπισπεῖσαι καίσαρι θυομένῳ.
Et si me comederis ad radicem, tamen adhuc producam
Quantum libandum Caesari immolando sit, hirce.
Quod enim supra tum capro accinebatur, hoc eadem nũc Caesari, pulcherrima, Hercules, parodia. Vel si me, inquit, ad radicem comederis, tantum tamen uini producam, quan tum immolando Caesari possit infundi. Mos enim ueteribus ut capitibus stantium sub ictu cultri q̃; uictimarum uinum infunderetur. Sic apud Maronem uidelicet:
Ipsa tenens dextra pateram pulcherrima Dido
Candentis uaccae media inter cornua fundit.
Igitur uersi Domitianũ Caesarem per hos uersiculos libelli distrahebant, quoniam, ut Suetonius idem scribit, ad summã quondam ubertatem uini, frumenti uero inopiam, existimãs nimio uinearum studio negligi arua, edixit ne quis in Italia nouellaret, utq; in prouinciis uineta succiderentur, relicta ubi plurimum dimidia parte, nec exequi rem perseuerauit. Meminerint autẽ studiosi nos in hoc uersiculo, nõ uno duntaxat nomine in cõmune cõsuluisse quoniã in plerisq; adhuc Suetonii codicibus, etiã q; nõnullis ueteribus, nõ modo Graeci hos uersiculos nõ inueniuntur, sed ne uestigiũ quidem ac ne locũ etiam quo se recipiant. Sed eos nos quoniam tenebamus iam pridem, utpote lepidissimos, facile mox de obsoletis uestigiisq; ex pluribus singulis positis, paulatimq; nunc agnoscendo, nunc restituendo literas peruestigauimus.

VERBA IN CICERONIS EPISTOLA EX Ennii Medea, de Graeca Euripidis. Cap. XXVII.

Euripides. Ennius. Cic. Ioann.

Cicero in epistola ad Trebatium, Hoc tibi tam ignoscemus nos amici, quam ignouerunt Medeae, quae Corinthum

[illegible] rinthum arcem altam habebant, matronae opulentae optimates, quibus illa exemplis persuasit, ut sibi vitio illae verterent, quod abesset a patria. Nam multi suam rem bene gessere, et publicam, patria procul. Multi qui domi aetatem agerent, propterea sunt improbati. Nemo ex his quorum edita sit sententia, suspicatus est adhuc, non esse illa plane Ciceronis verba, sed poetae alicuius magis, cui faceret ut vocibus illiusmodi figurisque, eae sunt illae, quae Corinthum arcem altam habebant, et matronae opulentae optimates, neque saltem hoc viderunt iambos adhuc in his versibus extare integros duos, aliorumque quasi disiecta membra [illegible]. Nos haec ex Enni Medea verba esse collegimus, non quidem suo prorsus ordine, sed quo commodissime Ciceroni fuit, allegata. Nam quam de Graeca Euripidis versam ab Ennio Medeam in Latinum cognouissemus, sententiam proximam horum verborum de ipsa nostrum Euripidis tragoedia, quando illius Enniane iacturam fecimus, libuit aucupari. Sic igitur in ea fabula cum matronis Corinthiis loquens inducitur Medea, ut persuadeat non sibi vertendum esse vitio, quod absit a patria, quando multi, inquit, honeste etiam procul a patria, multi contra domi fuerunt inglorii. Nam male audiebant peregrinae

Terentio in Andria. feminae, unde illud Comici. Adeon est demens, ex peregrina. Similiter uxore posse ait Parmeno, Samiam fuisse Thaidis matrem, cum Athenis habitaret. Versiculos autem Euripidis ipsos, ex Medeae persona, ut qui fortasse desiderent, hic adscribemus.

Κορίνθιαι γυναῖκες, ἐξῆλθον δόμων
Μή μοί τι μέμψησθ'· οἶδα γὰρ πολλοὺς βροτῶν
Σεμνοὺς γεγῶτας, τοὺς μὲν ὀμμάτων ἄπο
Τοὺς δ' ἐν θυραίοις· οἱ δ' ἀφ' ἡσύχου ποδὸς
Δύσκλειαν ἐκτήσαντο καὶ ῥᾳθυμίαν.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Quod autem dixi uetus poetam Ennium de Græco uertiſſe tragœdiam Euripidis Medeam, partim de uerbis Ciceronis contendimus, qui ſic ait in primo de bonorum malorumq́; finibus. Quis enim tam inimicus pene nomini Romano eſt, qui Ennii Medeã, aut Antiopam Pacuuij ſpernat, aut reiiciat? Qui ſe iiſdẽ Euripidis fabulis delectari dicat, Latinas literas oderit? partim etiã quod Ennianæ tragœdiæ principiũ multis locis, ut à Quintiliano uolumine quinto, ut à Cicerone in libro de Fato, ut itẽ ab alijs autoribus identidẽ citatur, ſed nuſquã tamẽ longiore tractu, quàm in rhetorico ſecũdo eiuſdẽ Ciceronis ad Herennium. Quod hic ex codicibus ueris emẽdatum ſubſcribemus, ut illuſtretur obſcuritas loci alioqui in lingua Latina celebris, quoties unus, aut alter de eius tragœdiæ principio uerſus allegatur, ſuppreſſo autoris nomine, ſicutiq; intellectu ſuſpenſo. Locus ipſe apud Ciceronem ſic eſt. Ne Ennium, inquit, & cæteros poetas imitemur, quibus hoc modo loqui conceſſum eſt. Rhetoricũ ad Heren.

Vtinam ne in nemore Pelio ſecuribus
Cæſa accidiſſet abiegna ad terram trabes,
Neue inde nauis inchoandæ exordium
Cœpiſſet, quæ nunc nominatur nomine
Argo, quia Argiui in ea delecti uiri
Petebant illam pellem inauratam arietis
Colchis imperio regis Peliæ per dolum,
Nam nunquam hera errans mea domo efferret pedem
Medea animo ægro, amore ſæuo ſaucia.

Eſt autem

Trabes. Est autem trabes in versiculo secundo, singularis numeri, quemadmodum et Priscianus legit libro septimo. Vetustissimi enim (ut ipse inquit) etiam trabes pro trabs proferebant. Euripidis vero tragoediae principium, si cum Enniana conferas, fuerit arbitror operaepretium, quod et subnectam.

Εἴθ' ὤφελ' Ἀργοῦς μὴ διαπτάσθαι σκάφος
Κόλχων ἐς αἶαν, κυανέας συμπληγάδας,
Μηδ' ἐν νάπαισι πηλίου πεσεῖν ποτε
Τμηθεῖσα πεύκη, μηδ' ἐρετμῶσαι χέρας
Ἀνδρῶν ἀριστέων, οἳ τὸ πάγχρυσον δέρος
Πελίᾳ μετῆλθον, οὐ γὰρ ἂν δέσποιν' ἐμὴ
Μήδεια πύργους γῆς ἔπλευσ' Ἰωλκίας,
Ἔρωτι θυμὸν ἐκπλαγεῖσ' Ἰάσονος.
Utinam Argus non praeuolasset carinam
Colchorum in terram, & praeter Symplegadas,
Neque in syluis Pelii incisa unquam
Sola pinus, remosque aptasset manus
Virorum praestantissimorum, qui aureum vellus
Peliae petiuerunt, non enim hera mea
Medea ad turres terrae nauigasset Iolciae,
Amore animum percussa Iasonis.

PANICI TERRORES QVI VOCEN
tur, eiusq; locupletissima causa redditur.

CAPVT XXVIII.

IN Ciceronis epistola ad Tironem, quae posita in extremo familiarium volumine, sic scriptum est. Et si Atticus noster, quia quondam me commoveri πανικοῖς intellexit, idem semper putat, nec videt quibus praesidiis philosophiae septus sim, & hercle quod timidus ipse est, θορυβοποιεῖ. Panica vocantur (ut arbitror) a Graecis repentini quidam terrores et consternationes, quales utique lymphatici metus, (Terrores Panici.)

atq; adeo

usque adeo inevocabiles, ut non ratione modo, sed mente etiam careant. Quo item verbo Cicero abutitur in epistola ad Atticum libro quinto. Scis enim, inquit, quosdam πανικὰ dici. Facit item Hyginus de Panico terrore mentionem, quo loco de capricorno his verbis. Hic enim dicitur, cum Iupiter Titanas oppugnaret, primus obiecisse hostibus terrorem, qui Panicos dicitur, ut ait Eratosthenes, quam fabulam et Germanicus inseruit in Aratico commentario. Euripides in Medea sic ait.

Καί τις γεραιὰ προσπόλων δόξασά που
ἢ Πανὸς ὀργὰς ἤ τινος θεῶν μολεῖν
ἀνωλόλυξε.

Et quaedam aetate ministrarum optima fortasse
Vel Panis iras vel alicuius divum monstra
Ululavit.

Panos autem vocat iras Euripides, sicuti est apud antiquum ipsius interpretem, τὰ πανικὰ δείματα, id est panicos terrores, τῷ γὰρ Πανὶ τὰς αἰφνιδίους ἐκπλήξεις καὶ ταραχὰς ἀνατιθέασιν. Quoniam, inquit, repentinorum terrorum et consternationum causam deo Pani tribuunt. Et apud Synesium in libro de providentia, sic invenio scriptum, καὶ πανικοὶ θόρυβοι μετ᾽ ἐκεῖνον τὸ στρατόπεδον κατελάμβανον. Et Panici tumultus interdum exercitum occupabant. Quo loco ampliter etiam cuiusmodi essent hi demum terrores, explicatur. Quin interpres etiam nescio quis in verba haec ipsa Synesii enarrat, ut Panicos appellari terrores dicat, cum repente in exercitu viri equique perturbabantur, nulla comperta causa. Solent enim, inquit, foeminae in montibus insistere, Panos orgia clamoribus concelebrare, quibus atque repentinis motu audientes afficiuntur. Sed et Nicetas Choniates non aspernabilis omnino inter Graecos autor, Pani- Nicetas Chon.

M corum

cerium terrentium phantasmatum, in oratione quapiam fuit.
Theon. Theon quoque Arati poetae interpres, militasse ait Pana deum adversus Titanas, primumque cum [illegible] conchas illas tortiles et tortificatas quae pro tuba utuntur invenisse, quae Graece Cochlies appellantur, fabricatamque ipsius opera, ut si
Cochlea. armandi socijs interim fieret copia, dum sonitu quocumque illo qui Panicos vocatur, in fugam Titanes agebantur. Sed et Nonnus poeta Dionysiacῶν x. furentem describens Athamantem, nunc insano Panos flagello furiatum ait, nunc intra ipsius aures bombum illum insonuisse Panici Saturnij flagelli, verba ita sunt.

οἰστρήσας ἀλάλαζε μανιώδεϊ Πανὸς ἱμάσθλῃ.
αἰεὶ δ' ἐν [illegible]
Agitatus Athamas insano Panis flagello,
Semper enim [illegible]

Et iterum.

[illegible] ἱμάσθλης.
Panici Saturnij [illegible] bombent flagelli.

Quo autem tum praeclaro Valerij Flacci, pulcherrimos poetae versus intexam super hoc ipso positos, in libro Argonauticῶν tertio, Dant, inquit, aethere longe
Signa tubae, vox et tacitis emissa tenebris.
Hostis habet portus, soliti reddere Pelasgi.
Rapuit quem, dum ancipitem lymphaverat urbem
Mygdoniae Pan iussa ferens [illegible] matris,
Pan nemorum, bellique potens, quem lucis ab oris
Antra tenent, patrii ad medias per devia noctis
Sentibus [illegible] latus, et ternae cornua sibila frontis.
Vox cunctas super una tubas, qua castra et urbes
Quae trepidis [illegible], nocturnaque vertit
Claustra cadunt, [illegible] non Martis casus

Eventui

Eumenidumque comas, non tristis ab aethere Gorgo
Sparserit, aut nimis acuat repente armis.
Talis et ille deo, pavidum transfixus asilo
Cum pecus, et profugi fremunt clamore iuvenci.
Quin libro etiam sexto apud eundem barbarum quispiam
ad terrorem incutiendum simulacra Panos praetulit.
Hispida tergo ... terrore Lycaei.
Sed et Zosimus historiae Graecae autor in libro tertio, Zosimus
monstroso aspectu quempiam apparuisse, prodidit, historicus.
Albanis, Romanisque praelium committentibus. Etenim dicunt
Pana dilligentem fuisse, vel ex argumento Nomi cognosci Fis-
tur, vel ex Theocriti fistula, nam in ea sunt ista quoque ver- tu.
ba de Pane deo.
[illegible]
Cuius inflammatam quondam ... [illegible]
Eundemque fuisse Atheniensibus auxilio contra Persas cum
alii legimus, iam in ea ipsa quam diximus fistula, his
verbis.
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

VNDE SINT APVD OVIDIVM
Teuthrantia turba Thespii vocatae filiae.
CAPVT XXIX.

Ovidius in epistola Deianirae ad Herculem.
Nec tibi crimen erunt Teuthrantia turba sorores,
Quarum de populo nulla relicta tibi est.
Notissima quidem fabula, etiam per Diodorum prodita,
super Thespii natabus ab Hercule compressis. Cur autem

M ii Teuthrant

Teuthrantia turba. Teuthrantia turba vocetur, hoc tam plerisque incompertum atque ignotum est, ut audeant literatores pro isto Teuthrantia, Thespia reponere, nimis quam improbe inscitique. Nos de eo invenimus apud Eustathium Homeri interpretem, ubi maxime Catalogum enarrat. [illegible] Ex auctoritate scilicet cuiuspiam, qui de gentibus conscripserit, Thespiam tradit à Thespiade fuisse conditam, sicut autem nonnulli scribant à Thespio Teuthrantis filio, Pandionisque nepote. Quare Teuthrantia turba Thespii vocatae filiae ab avo Teuthrante. Denique et Aeschylus in tragoedia Agamemnone, Thespiam urbem Teuthrantis appellavit.

Thespia.

Teuthras.

VOCABULA INVENTU RARA NEC non singularia, Cucuma, Prosecta, Scrupa.

CAPUT XXX.

Vocabula quaepiam sunt inventu rara, ut si literatoribus in ea incidamus, ob id solum operae pretium videatur, quando singularia censebuntur, sicuti est cucuma apud Martialem in hoc Hendecasyllabo, Cucumam fecit Otacilius. Nam sic in Satyrico legimus Petronii Arbitri, Tum illa carnes etiam paululum delibat, et dum coaequale natalium suorum sinciput in carnarium furca reponit, fracta est putris sella, quae staturae altitudinem adiecerat, anumque pondere suo deiectam super foculum mittit. Frangitur ergo cervix cucumae, ignemque convalescentem restinguit, atque totam faciem excitato cinere perfudit. Ex eoque inclinationem diminutivam cucumion invenio apud Arrianum in libris de Epicteto, quo maxime capite περὶ κυνισμοῦ, hoc est de Cynica professione loquitur, atque adeo verba Arriani ponam, Δεῖ αὐτῷ

Cucuma.

Cucumion.

κουκ-

[illegible] αὐτὸ λάθρα. Habere inquit, cum cucumion operiret, ubi custodiret panem quo ipse uteretur. Cucumion dixit Graeca consuetudine, quod nos cucumellam nominamus. Sed & Proseucha tantum apud Iuvenalem invenitur vocabulum pro loco mendicabulorum positum, cum tamen Cleomedes in secundo circularis inspectionis libro adversus Epicurum disserens ita propemodum loquatur. Ex quis nonnulla e lupanaribus ascita, quaedam similia his quae in cerealibus a feminis dicuntur, alia vero ex media proseucha, atque ab iis ipsis qui illic mendicant desumpta, Iudaica plane & reptilia, longeque etiam reptilibus humiliora. Sed & Scruta dixit Horatius quidem semel in hoc versiculo. Proseucha | Scruta.

Vilia vendentem tunicato scruta popello.

Dixit iterum quantum memini Sidonius Apollinaris libro epistolarum septimo per haec verba. Nunc quaedam friuola, nunc ludo apta [illegible] scruta donabat.

QVID SIT ILLVD APVD IVVENAlem, tanquam habeas tria nomina, quodque olim in censu patronorum sibi nomina imponebant, atque in nomen adoptandi ex testamento.

CAPVT XXXI.

ET ponere foris, si quid tentaveris unquam
Hiscere, tanquam habeas tria nomina.

Sane Domitius idem (nam caeteros omitto interpretes, cum ipso ut praefractiore congredior) Domitius igitur sic hunc ex quinta Iuvenalis satyra locum enarrat. Si velles, inquit, loqui, quasi tu quoque unus esses ex nobilibus, quasi dicat, quod tantum his, qui nobiles sunt loqui liceat. Nobili-

Nomina tria quibus

enim cognomine, agnomine, & nomine designabatur: C. Iulius Caesar. Hactenus ad verbum Donatus. Caeterum tria nomina, non soli habebant nobiles, nec universi, sed hi potius arbitror, qui e servitio manumittebantur. Quocirca servus quoque vel ob id anxius atque concitatus, ut comminatur ne liberum quidem patrem, nisi se pro libero fieri aequum censeat, quem sibi communem vocaverit. Hoc si non auctores haud leuis fidei comprobarent, nimirum ridiculum esse Dominio ponsitaris. Artemidorus igitur Ephesius, sive ut Daldianus dici mavult in libro de somniorum coniecturis, primo, Graece ille quidem, sed ad hanc sententiam, Novi autem quendam, inquit, servum hominem, qui sibi habere tria virilia visus. Dein vero liber factus eo pacto tria pro uno habuit nomina, duobus assumptis patroni nominibus. Haec Artemidorus. Septimius quoque Florens Tertullianus in libro de resurrectione sic ad verbum, Oro te, inquit, si famulum tuum libertate mutaveris, quia eadem caro atque anima permanebunt, quae flagellis, & compedibus, & stigmatibus obnoxia retro fuerat, idcirco ne illa eadem pati oportebit? non opinor. Atqui & vestis albae nitore & anuli aurei honore, & patroni nomine, ac tribu, mensaque honoratur. Hinc illud opinor Persianum, Exit Marcus Dama, probat autem Cicero quoque epistolarum ad Atticum volumine quarto sic scribens, De Eutychide gratum, qui vetere praenomine, novo nomine T. erit Caecilius, ut est ex me & te iunctus Dionysius M. Pomponius. Sed ut obiter hunc quoque Ciceronis, non inelegantem locum interpretemur, nosse oportet, etiam cognomen solere, ut heredes testamento in nomen familiamque adoptarentur. Sicuti est a Caesare C. Octavius, quemadmodum scribit & Suetonius in Iulio. Quocirca post eam diem semper est ille Caesar

Persij locus.

Cice. locus.

sar

ser, ut in epistolis quoque Bruti ad Ciceronem, appellatur. Quemadmodum & Q. Scipio collega in consulatu Pompei, qui cum filius Nasicae foret, ex testamento in Metelli Pij genus adoptatus, eius etiam nomine uocabatur. Sicuti in libro historiarum xl. scribit Dion. Quare etiam T. Pomponius Atticus heres relictus à Q. Caecilio ex dodrante, sicuti scribit Cornelius Nepos in ipsius Attici uita, postea ut est apud Varronem in secundo de re rustica, ex T. Pomponio Attico Q. Caecilius Atticus est appellatus. Quare Eutychidem manumissum T. Caecilium Eutychidem uocauit, ueteri praenomine suo, nam T. Pomponius olim dicebatur, nouo nomine, quod haud pridem Q. Caecilius uocari coeperat. Sic seruus Dionysius, M. Pomponius Dionysius uocatus est, ipsius Ciceronis praenomine, Attici nomine. Sed & Milesius Alexander, cui Polyhistori cognomentum fuit, Cornelius est etiam à Cornelio Lentulo appellatus, à quo uindicta fuerat manumissus, sicuti quae Suidae dicitur collectanea, testatur. Seruorum nomina mutata.

RESTITVTA PLINIANIS
codicibus abolita pridem uox, quidque
poppysmos aut poppysmas significent, quodque ueteres poppysmis
adorarint fulgetras.

CAPVT XXXII.

COmperimus apud Plinium locum, ex libro octauo & uigesimo naturalis historiae, capite secundo, quo tractatur, an sit in medendo aliqua uis uerborum, subducta etiam uoce, quae tamen indicatur consuetudo, penultimae quoque testimonio comprobata. Sic autem plerique codices habent. Fulgetras adorare consensus gentium est. Sed in antiquis codicibus est pleno Plinij locus.

ribus, ex ipsa Medicae gentis nobili bibliotheca, sic scriptū: Fulgetras adorare poppysmis consuetudinis gentiū est. Quam lectionem uel Aristophanes facetissimus poeta confirmat in comœdia cui σφῆκες inscriptio. Nam apud eum Philocleon quidam senex ita loquitur, ut se dicat poppyssantibus (liceat autem sic uerbo uti) fulgur [illegible]. Tum interpres antiquissimus, morem hunc esse ait, uti ad fulgetras poppyssetur. Verba Aristophanis haec sunt. ἢ ἀστράψῃ [illegible]. Tum interpres haec, ἔθος τοῖς ἀστραπαῖς ποππύζειν. Quēadmodum ergo apud Iuuenalem, Martialemq; poetas poppysma legitur, & poppysmata, sic apud Plinium poppysmus à casu recto, qui sit poppysmus. Est autem facticia de sono uox, id significans, quo [illegible] per domandis equis adulamur, ut M[illegible] in lexico, & Nic[illegible], & Suidas. Vtitur uerbo etiam Sophocles, [illegible], sicut & Pollux meminit in suo primo Onomasticōn. Quin ibi quoq; in primo, sisti equum poppysmo docet, hoc ipsum usurpans uocabulum, quod & Plinius, qui tamen etiam libro naturalis historiae quinto trigesimoq; sic ait. Simili & Nealcem successisse in spuma equi, similiter spongia impacta, sequentem dicunt, cum pingeret poppyzonta, retinentem equum. Dexippus etiā Platonicus philosophus, in dialogo, quem edidit in Aristotelis Categorias, ita scribit. [illegible] ποππυσμόν.

Poppysmi

σφῆκες.

L. [illegible] poppysmo [illegible]

L. Martialis [illegible] poppysma.

L. Poppysmus [illegible]

L. [illegible] poppysma.

CRAMBE QVAE SIT APVD IVuenalē, superq; ea Graecum prouerbium.

CAPVT XXXIII.

Occidit miseros Crambe repetita magistros.

Calderini de Libro [illegible].

HVnc Iuuenalis uersum, Domitius idem Calderinus his uerbis enarrat. Cornelius de declamationibus ita scribit.

scribit. Declamationes, aut ex historijs trahebantur, sicuti sunt nonnullae adhuc, aut ex veritate, ac re, si qua forte recens accidisset. Itaq; locorum etiam appellationibus additis proponi solebant, & sic certe collectae, editaeq; se habent. Crambe igitur inscriptio est declamationis à loco. Nam Cambre oppidum est in Teuthrania Troadis, ut scribit Plinius & è proximo regione est Lesbos, in qua Mitylenen occupauerunt tyranni, ut autor est Strabo, Myrsilus & Megalagyrus, Alcaeus poeta eos carmine est insectatus unde aureum plectrum habuisse dicitur, autore Fabio. De tyrannis victis Crambe declamatio semper erat repetenda à magistris.

Haec placet sententia, ut conueniat cum eo quod dicit,

Cum perimit saeuos classis numerosa tyrannos.

Quod alij à Crambo Scytharum rege, cuius meminit Diodorus, Crambem declamationem dicunt, nulla ex parte accommodatum est. Hactenus igitur Domitius, verbosa praefatio, & longa insulsaq; oratione, cuius ex verbis haec denique colliguntur, confusa nescio qua sententia, Crambem declamationem ab oppido Teuthraniae appellari, quod & à locis nomina declamationibus imponerentur, & Mitylenen tyranni occupauerint, oppidum in Lesbo, ut id poeta versiculo illo significet.

Cum perimit saeuos classis numerosa tyrannos.

Nos igitur, proponerentur necne à locis controuersiae, locorum appellationibus additis, non laboramus, quando hoc non Cornelius (ut ipse dicit) sed Suetonius Tranquillus scripserit in libello, quem de claris grammaticis, rhetoribusq; composuit, cuius libellum, non ut Cornelii, sed ut Suetonii Domitius quoq; ipse superius agnoscat, &

suo se laqueo (quod dicitur) implicat, exponens (ut quidem sibi uidetur) uersiculum constanter saepe:

Parte alia solueras satis pone latentia.

Iam uero Crambenii (ut quod nunc instat agamus) esse tyranni pellicem, ad nos plane peruenerant. Quam audacter pronunciamus, neque tale quippiam apud idoneos modo scriptores inuenire, neque si maxime inueniatur, idcirco tamen ad tyrannos eos, qui Mitylenen occupauerint, referendam, cum oppidum Crambe non modo non in Lesbo, sed ne in insula quidem

Pace sua. sit ulla. Quare, quod pace sua dixerim, nihil hac Donati commenticia opinione, si quis modo eam diligenter excutiat, dici, fingique potest, aut absurdum magis, aut insolentiorem, et ridiculum, sic in sese ipsa nullo impellente subuertit. Neque alia causa fuit, cur Mitylenen ad Alcaeum conferret, ut classis numerosa tyrannos perimeret, quando inter primas controuersias tyrannicidarum praemia numerat Cornelius in eo dialogo, quem de claris edidit oratoribus. Ita sibi omnia tenebris et caliginis ingenia Donatus offundit, quoties uelut e nassa piscatoria neque existimari, quodque

Atticus philosophus. Aristoclem fuisse dicat Atticus philosophum, non mediocris Platonis propugnator, ut quemadmodum sepia sparso sub

Sepiae natura. oculos ipsos, manumque piscatoris, suo sibi succo, eludit, ita ille deprehendi metuens sententias de industria obscuritatibus infuscat, hoc in hunc hominem potius conuenit, aliquanto magis, quam cum penè tractat, inuolutiorem fiunt, obnubilatusque ambagibus, et quoddam sicut atramentum perplexitatis interuomentibus. Quod autem quidam uir alioqui doctus, et industria sua bene de literis meritus, in commentario nuper edito de Gambra, Anaboque asserit ex Probo, ut ipse inquit, Iuuenalis interprete, fateor equidem, me scire me quantum

sit hic

sit hic Probus, nec putare eum esse cuius Gellius, aliiq; ex meminerint permanserit. Fides ergo de eo apud autorem sit. Mihi tamē quod uidetur, exponam breuiter, nam, ut ait ille nescio qui tragicus, ueritatis simplex oratio est. Graecum igitur hoc, arbitror, prouerbium Iuuenalis expressit, Δὶς κράμβη θάνατος, quo significatur, bis posita Crambe mortē esse. Crambe aūt brassicae genus, ut fastidium uidelicet repetitae saepius cōtrouersiae denotaret, cum uulgo quoq; recocta brassica iam in prouerbium fastidij cōcesserit. Maluit autē Graecam assumere quam Latinam uocabulum poeta, uel quia tritius id Graecis quam Latinis prouerbium, uel sane quia species etiam quaedam brassicae proprie appellata Crambe, tenuioribus, ut est apud Plinium, folijs et simplicibus, densissimisq;, amarior, sed efficacissima. Ipsius uero Graeci prouerbij mentionem Suidas facit, porroq; etiam in cōuiuijs Crambem docet, quod sit ebrietati contraria, quemadmodum in libro de re rustica testatur Cato. Graecū prouerbium. Crambe.

VITIOSE QVAEPIAM IN EPIstola Ciceronis, deq; uocabulo quod est Solaecismus.

CAPVT XXXIIII.

RVsticam autem et insipidam, sordidamq; adeo plane uocabulum Ciceronis epistolam occupant, eam quae est Ad Brutum isto principio. Mirabiliter me Brute laetor, sic enim in ea legimus. Meaq; ille acta omnia contentiones tanquam scientia adhibitae esse uideantur. Quod quidam tamen hactenus corrigunt, ut dicant tanquam si tunc adhibitae esse uideantur. Considerent quaeso eruditi, periti; idoneorum auctorum utrinque lectionem, consulat suum quisq; iudiciū sensumq;, ac tum demū credere audeant, adhi-

bitas

Iulius [illegible] contentionem, scriptum fuisse a Cicerone. Nos in codicibus duobus Mediceae familiae, quorum supra quoque fidem allegavimus, mendose id etiam, sed tamen ut erroris adhuc vestigium non sit abolitum, sic reperimus, Tanquam Sciamarbalae esse videatur. Quare suspicamur legendum,

Sciamachia. Sciamachiae. Nam enim sciamachia nihil sane aliud, quam umbratilis pugna. Scit enim Cicero hoc utique figere tam se plane insimulatum non sine credibiliter Bruto referre, suasque illas nebulosas contentiones Sciamachias videri vocabulum ipsum, perquam est elegans apud Graecos, et magnopere usitatum.

I. Sciamachia [illegible] umbratili [illegible] bellum. Quin Galenus quoque medicus in libro sexto ὑγιεινῶν, sic ait μεταβαίνειν [illegible] ἐπὶ τὰ [illegible] χρῆ [illegible] ἢ σκιαμαχεῖν.

Transire vero tempus ad celeris [illegible] et [illegible] aut [illegible] umbratilem pugnam.

Inter celeres exercitationes, quae tamen citra violentiam non sunt, etiam cursus adnumerat, et sciamachias. Denique Eustathius in Odysseae commentario Rhapsodiae tertiae, de verbo eo sic meminit.

ἐμφαίνεται [illegible] σκιᾶς μαχόμενοι φαίνεσθαι [illegible] σκιαμαχεῖν.

[illegible] umbra pugnare [illegible] sciamachia [illegible] umbratili pugnae.

Ita M. Varro satyram suam e familia illa Menippea Sciamachiam inscripsit. Haec enim est apud Gellium vera ex antiquis exemplaribus lectio, non ut quidam etiam scribunt Criomachia. Quin paulo etiam supra in epistola eadem Ciceronis, vocabulum alterum quod est ὄργανον, de Graeca scriptura depravatum migravit in Latinum. Nam pro eo quod erat ὄργανον, factum iam optanon, atque adeo hoc quoque

Gellii locus.

Organon, & [illegible] locum.

de illo

ab illo habemus animadvertitur. Quare sic legeris, planè iam Brutæ frigent. Organon enim erat verum scriptum, at quo pro organo Cicero, proque instrumento utebatur.

LOCUS IN M. VARRONIS ET item alter in Columellæ libris rei rusticæ depensus antea, quædamque super Euhemero item, et Iovis sepulchro, et Cretensibus addita, et locus apud Statium declaratus.

CAPUT XXXV.

IN M. Varronis libro primo rerum rusticarum mendose legitur illud, scripta et gravia omnibus fere notatu, quæ Varronem paucis. Itaque id apud Ennium solum scriptum scio esse in Ephemeridis versibus. Nam quod habent etiam, qui putantur emendatissimi codices, in Ephemeridis versibus, hoc ego in venerandæ vetustatis exemplari e publica gentis Medicæ bibliotheca sic inveni, in Euhemero libro verso sic. Neque enim dubium est, sacram historiam significari a Varrone de Euhemero in Latinum versam, quam videlicet et Lactantius identidem, et Eusebius citat, et Augustinus. Verba Lactantii de libro divinarum institutionum primo sic habent. Antiquus autor Euhemerus, qui fuit e civitate Messana, res gestas Iovis, et cæterorum qui dii putantur collegit, historiamque contexuit ex titulis, et inscriptionibus sacris, quæ in antiquissimis templis habebantur, maximeque in fano Iovis Triphylii, ubi auream columnam positam esse ab ipso Iove, titulus indicabat. In qua columna gesta perscripsit, ut monimenta essent posteris rerum suarum. Hanc historiam interpretatus est Ennius, et secutus, cuius hæc sunt verba. Ubi Iupiter Neptuno imperium dat maris, ut insulis

Varro emen.

Euhemerus illustratus.

insulis omnibus, & quae loca sunt secundum mare omnibus regnaret. Dein Lactantius idem locus Ennij non nulla, de hac ipsa historia iterum atque iterum adducit, quae equidem breuitati studens praetereo. Quin ipsum quoque Euhemeri uerba Sextus item allegat Empiricus, Pyrrhoniorum ma-

Atheon. xime uolumine quarto, uocatumque ait Atheon, sicuti Melium Diagoram, Prodicum Ceum, Theodorum Cyrenaicum, compluresque alios. At dicto quoque Timon Phliasium (ut arbitror) sic ait.

Εὐήμερος γέρων ἀλαζὼν ἄδικα βιβλία ψήχων.

Euhemerus senex loquax iniqua libros effutiens.

Columel. Sed his omissis, aliud mihi uerbis inspiciendum est apud Columellam quoque libro x. capite autem tertio, ubi de apibus agitur, hic Homerum citari pro Euhemero in peruulgatis codicibus, quod & uetustissimus indicat liber, ex priuata familiae Medicae bibliotheca, fratris Langobardi exaratus, & unus alter e publica nostrae gentis, quem de uetusto exem-

N. Nicolus plari, Nicolaus Nicolus, uir doctus & diligens sua manu perscripserit, tam & ratio astipulatur, cui nulla resistant claustra, siquidem apud Homerum fabula nulla istiusmodi de apibus reperitur, ac uerisimile est, scriptum fuisse ab Euhemero Poeta, qui Iouis historiam composuit, eidem apes illi fuisse nutrices praedicentur. Quod autem apud hunc ipsum (ut arbitror) Euhemerum, de quo saepe admonui, scriptum reperierat poeta Callimachus in sacra eadem historia, Iouem

Iouis sepulcrum. in Creta aetatem consumpsisse, atque inibi sepulchrum eius esse in oppido Cnosso, in quo sepulchro eius inscriptum fuerit antiquis literis Graecis ΖΑΝ ΚΡΟΝΟΥ, id est Latine, Iupiter Saturni, quod hoc inquam poeta doctissimus & scriptum ab illo cognouerat, & pro comperto a Cretensibus habitum, testatusque

ab il

ob id epiner in hymno ipso ad Iouē, Cretenses, inquit, semper mendaces, qui sibi Iouis sepulchrum fabricati, cū tamen quam ille obierit, perpetuusq; sit. Versus autem hi sunt.

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, καὶ γὰρ τάφον ὦ ἄνα σεῖο
Κρῆτες ἐτεκτήναντο, σὺ δ' οὐ θάνες, ἐσσὶ γὰρ αἰεί.

Cretes semper mendaces, etenim sepulchrum o rex tuum
Cretes aedificarunt, tu uero non mortuus es, es enim semper.

Propterq; hoc ipsum demq;, & Statius quoq;, opiner, in primo Thebaidos inquit. Mentitaq; manes Creta tuos. Cyprianus etiam martyr, homo disertissimus, in libro de origine, & generibus idolorum, Antrum Iouis ait in Creta uisitur, & sepulchrum eius ostenditur, quamquam parū emendate scripta uerba hæc in nostris codicibus reperiūtur. Porrò Cretenses adeo mendaces habiti semper, ut Græco prouerbio, quod est, πρὸς Κρῆτα κρητίζειν, nihil aliud significetur, nisi mendacio uti aduersus mendacem. Sed & Cretensis ille Epimenidis uersiculus hic à Paulo etiam Apostolo citatur atq; ob id etiam sanctificatus est. Cyprianus locus. Prouerbiū. [illegible]

Κρῆτες ἀεὶ ψεῦσται, κακὰ θηρία, γαστέρες ἀργαί.

Id significat, Cretenses semper mendaces, malæ bestiæ uentres pigri. Nam uersiculi prioris hemistichion, de Epimenide sumpsisse Callimachum. Quocirca eleganter etiam hoc Ouidius in amoribus.

Crete erunt testes, nec fingunt omnia Cretes. Et alibi.
Nota loquor, non hoc quæ centum sustinet urbes,
Quamuis sit mendax, Creta negare solet.

SOLVTVM HIC ET ENODAtum, quod ænigma de Varronis libro citat Gellius.

CAPVT XXXVI.

An Lælij Rom. AEnigma illud ex Varrone, quod Gellius proponit, & inenarratum relinquit, ut legentium coniecturas acuat, equidem solutionem me meo quoque periculo profiteor. Est autem tale in tribus senarijs.

Semel minusne, an bis minus sit, non sat scio,
An utrumq; eorum, ut quondam audiui dicier,
Ioui ipsi regi noluit concedere.

Terminus deus. Terminum significare uidetur, qui deus concedere Ioui noluit, cum capitolium exaugurabatur. Ouidius Fast. 2.

Quid noua cum fierent capitolia? nempe deorum
 Cuncta Ioui cessit turba, locumq; dedit.
Terminus ut ueteres memorant, inuentus in æde
 Restitit, & magno cum Ioue templa tenet.

Dubitat ergo hic scriptor, semel minus, an bis minus fuerit, an utrumq; eorum, ex utroq; autẽ, hoc est ex semel, & bis resultat ter. Quare non semel minus, nõ bis minus, sed Terminus fuit, qui Ioui ipsi regi noluit concedere.

LAPSVM FOEDE SERVIVM
super Oaxe fluuio, & Creta.

CAPVT XXXVII.

ET rapidum Cretæ ueniemus Oaxen.

Hoc ex prima bucolicωn ecloga, sic enarrat ad uerbum Seruius. Rapidum Cretæ, inquit, lutulentũ, quod rapit cretã. Creta alba terra dicitur. Nam Oaxes fluuius est Mesopotamiæ, qui uelocitate sua rapiens albam terrã turbulentus efficitur. Hactenus ille. Sed ergo Oaxem Cretæ insulæ fluuium intelligi crediderim potius. nã Vibius quoq; Sequester

Oaxis. Oaxem Cretæ fluuium dicit esse, à quo & ciuitas Oaxia. Quare Apollonius, Cretam quoq; insulam, tellurem Oaxida uocauit in primo Argonauticωn his uerbis.

[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
Capiens ... Chalcidis ... [illegible]

Hos autem postremos in Varro transtulit, ille arbitror Atacinus alieni operis interpres.
Et generis capiens ... Chalcidis pollens.

Neq; uero non commode ratione, ut qui dispersum iri toto orbe suos populares uellet ostendere, sic tabula quoque in medio, uelut uiuidiore aureo mari sita, sata autem et de alteris toto penitus orbe diuisa memorauit.

EXPOSITVM IVVENALIS CARMEN, contra communem hactenus sententiam, super Laconico, et Pitysmate.

CAPVT XXXVIII.

QVi Lacedaemonium pitysmate lubricat orbē. Versus hic est undecimae Satyrae Iuuenalis, male prorsus expositus est hactenus, atq; (ut arbitror) inadvertenter. Nam Domitius Pitysma dicit esse inventionē a loco Spartae, de urbe Pityo. Lacedaemonium uero orbem pro anulo accipit, quoniam, inquit, a Lacedaemonijs anulorum usus manauit, ut senatores, et equites, per anuli mutationem significentur. Porro alter eruditissimus homo, quem tamen nominare per circuitus honoris gratia, qua parte ab eo dissentimus, supersedeo, nomen putat esse Lacedaemonium, sed ingenue tamen fatetur, nihil adhuc de eo se legisse, nisi tantum apud Pollucem, mentionem factam Lacedaemoniae salutationis. Tertius deniq; uir ipse quoq; doctissimus, trochum intelligit de arbore pinu fabricatum, quod pitys dicatur pinus, unde sit pitysma. Iuuenalis

Nos à tribus his opinionibus, honorē praefati autorū, nullam planè probamus. Principioq; negamus orbē Lacedaemonium significare anulū posse, quoniā nusquam legatur anuli originem manasse à Lacedaemone. Plinius aūt quem Domitius adducit, anulū ferreo etiā tum anulo Lacedaemonē uti refert. Quod si tollitur nō posse Lacedaemonium orbem pro anulo accipi, sicuti omnino tollitur, nihil profectò cōmētaria illa enarratio habebit. Neq; uerò à pityo, quod nusquam uerbum inuenitur, sed à pityzo magis pitysma deducitur, quod apud Nicam Grammaticum declaratur. Qui uerò saltationem putant esse Lacedaemoniū pitysma, cum de eo nihil inueniat, facile ut esse ingeniant cōsimili opinioni sententiae cesserit. Quod aūt falsum esse credo, qui trochaeū putat è primis syllabis pitysma esse, cum nec aliquid lectum, nec ad rē faciat, & syllabae ratio pugnet, quoniā prior habeat priorē corripiens syllabam, ut ex primo sapere est Theocriti uersiculo. Nos igitur pitylisma legendum credimus, ut inscientia librariorum syllabam de medio dempserit. Quod haud mirum est in tantis tenebris. Pitylisma uerò intelligimus exercitationem, de qua Galenus excellentis medicus in secundo hygieinōn libro. Quamquā apud eum sit uerbū potius pitylizin, quàm nomen pitylisma. Caeterum uelle pitylisma sit inde, etiā usitatissima proportione. Neq; adeo incongruum Galeni Graeca uerba prius adscribere, dein pro captu nostro interpretari. Cum igitur exercitationum uaria genera noscit, ac de iis etiam doceat, quae usitatae quidem, sed citra institutionem, insolentiamq; sunt, inter quas & haec ipsa sit, de qua nunc agimus, ita scribit ad uerbū: τὸ δὲ πιτυλίζειν ὀνομαζόμενον, ἐπ᾽ ἄκρων τῶν ποδῶν βεβηκὼς, ἀνατείνας τὼ χεῖρε κινεῖ τάχιστα, τὴν μὲν ὀπίσω φέρων, τὴν δὲ πρόσω,

[illegible]

[illegible] Est, inquit, pitylisma, sed si manus pitylissent, cum quispiam summis pedibus ingrediens, manus protendit, ac vtrasque mouet, alteram retrorsum scilicet, alteram prorsum, quo potissimum gymnasij genere ad parietes vtebantur, vt si forte lapsi fuerint, apprehenso mox pariete facile resurgant, atque ita exercitationem lapsus fallant, & ipsa sit exercitatio imbecillior. Porrò Lacedaemonium orbem, Laconicum ipsum acceperim, vt in quo solerent ad eum modum exerceri. Dion historiarum tertio quinquagesimoque libro, Laconicum in vrbe sudatorium, aut sudatorium (sic enim interpretari videmur posse, quod est apud eum Pyriaterium) ab Agrippa aedificatum tradit. Dein Laconicum dicit appellatum, quoniam Lacedaemonij per ea tempora nudi, vnctique post cunctis exercebantur. Laconicum istud & Martialis tenuit, in his quae sunt.

Lacedaemonius orbis.

Pyriateriū

Ritus si placeant tibi Laconum,
Contentus potes arido vapore,
Cruda virgine, Martiaque mergi.

Sed & Columella in libro de agricultura primo sic. Attonitique miramur gestus effoeminatorum, quod a natura sexum viris denegatum, muliebri motu mentiantur, decipiantque oculos spectantium. Mox deinde, vt apti veniamus ad ganeas, quotidianam cruditatem Laconicis excoquimus, & exsucto sudore sitim quaerimus. Id igitur vel ex his Columellae verbis constare cuiuis potest, quod iam potissimum pro significet, atque nos

dubio procul, qui diē totum in Laconicis ipsis, gymnasijsq́ʒ contererent, uncti, nudiq́ʒ. Quare etiam lubricat, inquit, propter oleum & unguenta, quo desudati perfricabantur. Seneca etiam libro epistolarum quinto ad Lucilium nihil aliud prorsus quam Laconica insinuat, ita narrans. Quid mihi cum istis calentibus stagnis, quid cū sudatorijs, in quae siccus vapor corpora exhausturus includitur, ut omnis sudor per laborem exeat? Restat ut nunc, quoniam orbem diximus, Laconicorum figura etiam doceamus fuisse in orbem constructa Laconica, quod ex libro quinto Architecturae apud Vitruvium patet, in his verbis. Laconicūm sudationesq́ʒ quae sunt coniungendae tepidario, eaeque quam latae fuerint, tantam altitudinem habeāt ad imam curvaturam hemisphaerij, mediumq́ʒ lumen in hemisphaerio relinquatur, ex eoq́ʒ clypeum aeneum catenis pendeat, per cuius reductiones, & dimissiones perficietur sudationis temperatura. Ipsumq́ʒ ad circinum fieri oportere videtur, ut aequaliter a medio flammae vaporisq́ʒ vis per curvaturae rotundationes pervagetur.

SCIRPVS EXSOLVTVS AVSONIanus, de Cadmi filiabus, Melone, Sepia, & Cnidijs nodis.

CAPVT XXXIX.

SCirpum quem Theoni Grammatico per dimetros Iambos acatalectos proponit ingeniosus, & non ineruditus poeta Ausonius, Ausonij locus sic nos iambicis explicare. Sed ipsos prius versiculos ascribamus.

Aut adsit interpres tuus | Aenigmatum qui cognitor
Fuit meorum, cum tibi | Cadmi nigellas filias,
Melonis albam paginā, | Notasq́ʒ furvae sepiae,
Cnidiosq́ʒ nodos prodidit.

Ex his

Ex his autem posterior versiculus, libris quidem vulgatioribus mendose legitur, modos habens, vel metros, pro eo quod nos repraesentamus modos. Sic autem invenio cum in aliis nonnullis, tum in libro Ioannis Boccacij manu perscripto, qui nunc in bibliotheca sancti spiritus Florentiae servatur. Caeterum nec ratio metri patitur alterutrum vel modos, vel metros. Quoniam iambum esse non pyrrhichium sede illa secunda oportet. Literas igitur Cadmi Phoenicis nigras, & papyrum Niloticam, & atramentum scriptorium, & calamum librarium litteratoris nostri germanum instrumentum videtur nobis Ausonius sub haec involucra complicasse. Cadmus enim literas primus in Graeciam attulit e Phoenice. Testatur Herodotus in Terpsichore, Phoenicas eos, inquiens, qui Cadmo duce venere in Graeciam, literas vernaculas, & patrias, hoc est Phoenissas ostendisse primum Graecis, sed flexu aetatis, ac cum voce notas quoque sensim mutasse. Primique sic Iones usi. Quae re etiam φοινίκεια sunt appellatae. Cadmeas autem se quoque vidisse, scribit Herodotus, literas in templo Apollinis Ismenij, Thebis in Boeotia caelatas in tripodibus quibusdam, de quibus tria citat epigrammata, maxime (ut inquit ipse) Ionicis similes. Quamobrem si veteres Graecae literarum notae, non aliae quam Phoeniciae, Latinae vero non aliae fuere, quam Graecorum, sicut & Plinius indicat, citans ipse quoque Delphica (Nam illud tabulae nomen est, & ob incredulitatem additum) manifestum est etiam Latinas literas, non alias esse, quam quas a Cadmo didicerimus. Quare ob id eas Cadmi filias vocat Ausonius, quoniamque atramento minusculae imprimuntur, ideo suaviter nigellas. Ob id igitur Zeno fecit epigramma.

Cadmus in Graeciam literas attulit.

Εἰ δὲ πάτρα φοίνισσα, τίς ὁ φθόνος; ἦν καὶ ὁ Κάδμος
κεῖνος, ἀφ᾽ οὗ γραπτὰν Ἑλλὰς ἔχει σελίδα.

Nunc patria Phoenissa, [illegible] & Cadmi
[illegible] quo scripta Graeco [illegible] paginam.

Timon quoq; Pyrrhonius, ut apud Sextum legimus, libro Pyrrhoniorum quarto sic scripsit.

γραμματικῆς τῆς οὔτις ἀνασκοπὴ οὐδ' ἀνάθρησις
Ἀνδρὶ διδασκομένῳ φοινικοῦ σήματα Κάδμου.

Grammaticae haud ulla contemplatio atq; conspectio
Viro edocto Phoenicia signa Cadmi.

Zopyrion unus ex [illegible] a quibus codices col[illegible] [illegible] quos Suidas [illegible] [illegible] tam.

Cadmi Phoenicia signa notas literarum vocavit. Omitto quod & Suidas, aut Zopyrion potius φοινικήια vocatas literas ait, Omitto Plinium, caeterosque permultos, qui dicunt eas a Cadmo in Graeciam allatas. Nam cum diversi quae legerant apud Herodotum passim narrarint, satis ipsi fecisse videntur, quod ista sua reddiderint autoritati. Nec enim tam numeranda, sicuti passim, veterum testimonia sunt, quam ponderanda. Melonis vero albam paginam ob id ait, quod papyrum Nilus producit, ex quo paginae sunt candidae. Nilus autem a veteribus Latinis, nondum assuetis Graecae linguae, Melo vocabatur, quemadmodum Pompeius in vocabulo, quod est ab initio declarat. Quod quum habeant plerique codices, non Melo sed mele, mendose inscitiaq;. Quare vacillantem (si videtur) autoritatem, adminiculo Servii subfulciemus, cuius in primo Aeneidos ita verba sunt. Sane Atlas Graecum est sicut Nilus, Nam Ennius dicit Nilum Melonem vocari, Atlantem vero Telamonem. Sic ille. Denique pro atramento in literarum formas dico sepiam capere etiam apud Persium,

Melo qui & Nilus. Pomp. locus.

Atlas.

Sepia.

Nigra quod infusa vanescat sepia lympha.

Scilicet obeunt piscis in gremium, qui liquorem dicatur atrum profundere, quo fere fuit olimque atramentum conficere. Ex quo Martianus. Definaeque nigella palante, qui ex

fauilla

fistulae confectus, vel sepia pateretur, illato per cannulas calore resanari. Furvam porro nigram, de quo et furvum dici putat Varro. Sed et Horatius ex eo quoque. *Furvae* (inquit) *regna Proserpinae.* Et *furvae hostiae Diti patri,* Valerius Maximus. Sed et ante eum Varro nigras interpretatur. Cnidios dein nodos accipe, quoniam calami probatiores Cnidii, sicuti Plinius ait libro sextodecimo historiae naturalis. Appellavit autem imitationem Persianam, cum dixit nodos, quoniam et ille scripserat. Furvum. Nodi Cnidii.

Inque manus chartae nodosaque venit harundo.

SCIRPI SIMILE VATIS eiusdem epigramma, enodatum, atque enarratum.

CAPVT XL.

QVem nuper vatis Ausonii scirpum enodavimus, redegit in memoriam nobis tetrastichon eiusdem, sic ubi intricatum fuisse, si quis et enucleatum habeat codicem, et Graecae literaturae non sit ignarus, ut cui vel alterutrum desit, non minoris sane laboris futurum, quam hoc est, quod superius. Versus hi sunt. Ausonii locus.

Lais Eros et Itys, Chiron et Eros Itys alter
Nomina si scribas, prima elementa adime,
Vt facias verbum quod tu facis Eune magister.
Dicere me Latium non decet opprobrium.

Nempe de primis singulorum ipsorum nominum literis seriatim inter se coagmentatis Graecam dissyllabon hoc verbum λείχειν, quod est Latine lingere, ut eo verbo sic autem legere λείχειν. auribus linguam legere hoc Eune, aut si quid tale addidimus, insinuetur.

QVOD IN DIGESTIS IVSTINIANI principis, diem diffusum, male pro eo quod est diffissum, legitur, ut & apud Gellium, diffundi & defunditur, pro illis diffindi, & diffinditur, atque inibi de Pandectis Florentinis nonnihil.

CAPVT XLI.

Diffindi diem. Diffisionis vocabulum, & item quod dici solitum in iudiciis diffindi diem, pene iam sublatum e medio, atque inscitia quadam improba, importunaque bonis artibus exitiosa iam obliteratum restituere ipsi pro virili conabimur, & renovare diligentia nostra. Vtitur ista loquendi figura etiam iureconsultus Vlpianus in libro lxxiiii. ad edictum, per haec fere verba, quae posita libro primo Digestorum Sistere. sunt, sub hoc titulo, Si quis cautionibus in iudicio sistendi causa factis, non obtemperaverit. Si quis, inquit, in iudicio se sisti promiserit, & valetudine, vel tempestate, vel vi fluminis prohibitus, se sistere non possit, exceptione adiuvatur. Nec immerito. Cum enim in tali promissione praesentia opus sit, quemadmodum potuit se sistere, qui adversa valetudine impeditus est? Et ideo etiam lex xii. tabularum, si iudex, vel alteruter ex litigatoribus morbo sontico impediatur, iubet diem iudicii esse diffissum. Hactenus Vlpianus. Diffissum autem legendum, non diffusum, quod contra habent hi fere libri, qui sunt in manibus. Atqui volumen ipsum Iustiniani Digestorum, Pandectae Pisanae. seu Pandectarum, dubio procul archetypum, in ipsa curia Florentina a summo magistratu publice asservatur, magnaque veneratione, quanquam raro id etiamque ad funalia ostenditur: est autem liber haud quaquam [illegible], praedaque Pisanae potius, saepe a consultis citatur, maioribus olim ascribitur, vulgoque

nullisq; interuallis distinctum, nullis ite cõpendiarijs notis, quodq; etiam satis in praefatione scribit ab autore plane & cogitante, atque generante potius, quàm à librario & excipiente inductum, expunctum, ac superscriptum, Cum Graecae epistola, Graecoq; etiam pulcherrimo hoc epigrammate in prima fronte. Cõpendia rie notae.

βίβλον Ἰουστινιανὸς ἄναξ τεχνήσατο τήνδε
τὴν δὲ Τριβωνιανὸς μεγάλῳ κάμε παμβασιλῆϊ
εἰς ἓν ἀγειράμενος πινυτῶν ἄπο θέσμια πάντα,
ἣ ἐπὶ μεγαμυθέων ἀγάλματα πάντα θεμίστων,
ἀθήρατοι δ' αὐτῆς τε δ' ὀρχατόοι τε λιθάδας,
ἀγρώσσας τε πάντων ὅλον ἐρχομένοι αἰθέριοι.

Librum Iustinianus imperator molitus est hunc
Quem utiq; Tribonianus magno elaborauit omnium Imperatori
Velut quaedam Heroum sanctiones congestum diiudicauit,
Vnde colligens longiore tempore leges,
Hominesq; ano Assirij fidos tunc Libyae
Eorumq; quae in iure vult mundi.

Cuius tamen voluminis legendi, ac versandi per ocium nobis est nuper facta copia, Laurentii Medicis opera, cuius qui uir suae reip. princeps, dum studiosis obsequitur, etiam ad haec usq; officia se demittit. Igitur in Pandectis his, non tam Pisanis, ut quidam, sed Florentinis, in quibus pura sunt verba, nec ut in ceteris plena maculis, & scabie, Diffissum reperio non diffusum. Quod idem apud Aul. quoq; Gellium uitio depravatum, libro qui nunc vulgo tertiusdecimus, cũ sit quintusdecimus emendatis codicibus. Nam ubi haec verba leguntur, atq; in rerum quidẽ definitionibus, cõperendinationibusq;, hic ego in codice Gelliano, ex bibliotheca publica Medicae familiae, quem vir haud indoctus (ut tunc ferebant tempora) sed diligens tamen in primis Nicolaus Nicolus ex vetustissimo exemplari fideliter pro suo more descri- Libri Aul. Gellianis

N 3 pserit,

sserit, sit a inventio. Atque in verum quidem dissensionibus, cum peruulgatioribusque. Quod si suspicio libera mi detur, pu-tem credere equidem, in diversum, quam in verum, lectam ha-

Aulus Gel-lius. *buisse et involutam scripturam. Quin eodem capite Gellius, Iussi igitur, inquit, diem diffindi. Sic enim in eodem codice, quod in his peruulgatioribus, Diem diffindi.*

POLLICES IN FAVENDO PREMI

solitos in denegando favorem, verti solitos, ex eoque sententiae Horatii, Iuvenalis, et Prudentii declaratae.

CAPVT XLII.

Hor. Epist. H*Oratius in primo epistolarum libro.*

Consentire suis studiis, qui crediderit te,
Fautor utroque tuum laudabit pollice ludum.

Utroque, inquit pollice Porphyrion, hoc est utraque manu, ut sit tropus synecdoche a parte totum. Sed ne quem forte veterum scriptorum autoritas infirmet, et quoque auctoris lectio periculosum. Scriptum est igitur apud Plinium libro natu-ralis historiae octavo, et vigesimo, in haec verba, Pollices cum faveamus, premere etiam proverbio iubemur. Ex quo Iuvenalis peruulgatum illud. Et verso pollice vulgi, Quemli-bet occidunt populariter, Cum si verso pollice tollatur fa-vor. Denique etiam Prudentius in heroico adversus Symma-chum, ita contra Vestales, quae muneri gladiatorio in-tererant declamat.

Et quoties victor ferrum iugulo inserit, illa
Delicias ait esse suas, pectusque iacentis
Virgo modesta iubet converso pollice rumpi.

Pollice pre-mere. *Nam ut fuere qui pollicem premerent, ita puto qui verte-rent denegare gladiatoribus favorem credebantur.*

QVAM

QVAM MVLTAS HABVERINT antiqui diphthongos.

CAPVT XLIII.

Diphthongi apud Latinos nō plures quattuor perhibentur, cum sæpe nos tamen aliquot inveniamus in antiquis vel marmoribus, vel nomismatis, quorum nobis copiā ingentem Medices Laurentius suppeditat. Nā præter illas vulgatissimas, quæ sunt ae, oe, au, & eu, est adeo invenire etiam ai, & ei, & item ou, pro illis e, i, u, in antiquis inveniri. Et ai quidem pro æ, nonnulli cum litera i, non e, Græcorum more semper scribebant, ut Quintilianus ostendit. Quidam singulariter tantum, cum in genitivum, vel dativum casum incidissent. Unde etiam Aemiliai pro eo quod sit Aemiliae dicebant, ut in antiquis spectationibus adnotavimus, Romæ autē cum supra ipsum fastigium Panthei ascendissemus, fragmentum sub marmoreo tecto eiusmodi scripturæ vestigiis offendimus. Ex quo etiam diuersæ videntur fuisse in illis quæ vel apud Vergilium sunt, Aulai, pictai, & quod nunc mendose legitur, aquai. Porrò autem diphthongus ei frequentius invenitur, porroq; etiam in cōfesso est, quā & nomismata pleraq; & marmora vetustissima declarāt, & argumenta ipsa Plautinarum comœdiarū, quæ Captivi, quæve item Menæchmi inscribuntur. Nam si versuum singulorum primas syllabas literas contuleris, Capteiuei, & Menæchmei resultabit, ut sit utiq; ei diphthongus. Præterea feiei, non fieri legimus in eo versu Nævio, ut prima syllaba diphthongo producatur. Qualis etiam apud Græcos est. Quid autem de ea dicā, quod & Quintilianus indicat, & nos aliquando observavimus, ut vocales producendas geminarent, cum in aureo nomismate Iulii per e geminatum,

in area

Diphthongi certæ.

ai diphth.

Aquai.

Ei diphth.

Feiei.

Vocales geminatæ

in orto autem Galbae principis nomen per i duplex reperitur. Iam illa ὄργυιος, nomen etiam apud nos in Graecis sub...tere nominibus, ut in Harpyia, Orithyia, Thyiadesque reperiuntur, ut non iam septem diphthongos, sed decem quoque habuisse videre maiores queant.

PEGASEIVM NECTAR LEGI OPORtere apud Persium, non melos.

CAPVT XLIIII.

Persii locus

Persius in epigrammate, quod prooemii vice fungitur,
Corvos poetas (inquit) et poetridas picas,
Cantare credas Pegaseium melos.

Nos in vetustissimo commentario, literis, quas Longobardas vocant, perscripto, quod etiam publice nostris auditoribus exhibuimus, sic ad verbum invenimus. Pegaseium nectar, in aliis melos, ex quo existimamus veteres atque sinceros antiquae scripturae nectar habuisse, recentiores vero et mendosos, melos. Sed et Pomponius Laetus Romanae princeps academiae, diligentissimus homo antiquitatis, veterem se habere Persianum codicem, multis audientibus affirmavit, huic nostrae lectioni suffragantem. Quod et ratio tamen carminis exegerit. Nam cum oporteat novissimum choliambi pedem, spondeum poni vel trochaeum, melos autem nunquam, neque apud Graecos, neque item apud nostros, nisi brevi priore syllaba accipiatur, mendum profecto fuerit in versu, si melos admiseris. Nam quod calumniantur nonnulli, λ literam vim producendi habere apud Graecos, quod omnino tacuit autor metrorum singularis Hephaestion, id ego inveniri quidem scio, sed in obscuris duntaxat quibusdam, et ignobilibus scholiis, exemplumque afferri ex Homero, apud quem ... primam ... syllabam legamus. Id autem quam friuo-

Hephaestion autor metrorum.

λ [illegible]

Primo Ilia.

lam,

li, quam haec sit, & negatoriã, sed hoc manifestius declarat, quod usus & autoritas doctissimi cuiusque receptum est, ut id nec ab idem apud Homerum quoque λ duplici notetur. Caeterum si maxime concesserimus, fieri hoc solere aliquando apud Graecos, non tamen continuo credendum est, huiusmodi usurpatam licentia Persium Graeca in appellatione, quam nec semel in tanta scriptorum silua Graeci usurpare ipsi reperiantur: Praesertim cum neque apud Graecos, quantum equidem obseruauerim, neque item apud Latinos, aliter quam breui priore syllaba melos inueniatur. Nam quantopere hanc solis concessam Graecis licentiam fugitarint Latini ueteres, uel Martialis poeta declarat, cum sede nominis ipso Earini tantopere torquet, ut sibi saltem pro Earino εἰαρινὸν dicere permittat, uulgata apud Graecos licentia, id est literam interponendi, sicut apud Homerum ἐνὶ εἰαρινῇ. Atque adeo Martialem ipsum audi, i. in uernis floribus.

Dicunt Earinon tamen poetae,
Sed Graeci, quibus est nihil negatum,
Et quos Ares Ares decet sonare, Ἆρες Ἄρες
Nobis non licet esse tam disertis, Iliad. ε
Qui Musas colimus seueriores.

Quare nihil dubitandum, quin sit illud melos in Persiano uersiculo tamquam monstruosa deformis recidendum, restituendumque nectar, quod ratio nobis toto capite & uetusta pariter autoritas asseuerent.

PATROCLO IVNIOREM ACHILlem, contra quam aut Aeschylus prodiderit, aut uulgo existimetur. CAPVT XLV.

Dissentimus

Dissentitur inter omnes non pridem scriptores, quaestio, Patroclum fuisse Achille iuniorem, ab eoq; fuisse adamatum, sicut forte Hylan ab Hercule, non invenire hunc ipsum Martialis creditur, sic inquiens.

Aeacidae propior levis amicus erat.

Quare etiam versiculo quidam nequissimo ex Hermaphroditi libellis vulgo quoq; applaudebatur. Caeterum Statius in Achilleide parem denique utriusq; aetatem praedicat, ita inquiens.

Insequitur magno iam tunc connexus amore
Patroclus, tantisq; extenditur aemulus actis,
Par studijs aeviq; modis, sed robore longe,
Et tamen aequali visurus Pergama fato.

Achilles patroclo iunior.

Plato autem in Symposio, longe diversum contendit. Nam et multo iuniorem fuisse Achillem declarat, et ipsum potius a Patroclo adamatum, utpote imberbem adhuc, nec Patroclo ipso modo, sed heroibus etiam cunctis formosiorem. Quam ob causam ait, inquit, illum honoribus egregijs affecerunt, ut ad insulas fortunatas mitterent, quod amatorem tanti fecerit, ut non pro eo solum mori, sed et una emori, quidem in patria consenescere praeoptaverit. Quin Aeschylum Plato id ob nugacem taxat, quod is quoq; Achillem Patrocli fuisse amasium prodiderit, testemq; utriusq; aetatis Homerum citat, cuius si quispiam verba, nam haec utiq; Plato non posuit, sibi indicari postulat, legat in undecima Iliados Rhapsodia sub Nestoris persona, quibus cum mandatis Patroclum filium pater Menoetius ad bella dimiserit.

CACOETHES APUD IUVENALEM intractabile, non cacoethes. Et concilia pyxide lyde, non incendia legendum. Simul errorem apud Martianum locat, haud, arbitror, indiligenter.

CAPUT

CAPVT XLVI.

IN septima Iuuenalis poetae satyra sic scriptum.

Tenet insanabile multos
Scribendi cacoethes, et aegro in corde senescit.

Vocabulum autem quod est cacoethes, neque a Graecis usquam usurpatur, neque a Latinis, sed neque ratio carminis admittit. Quare cacoëthes legendum suspicamur, ut sit quod apud Graecos τὸ κακόηθες. Eo namque uerbo frequentissimo usitato usitatissimoque mala consuetudo significatur. Quod item ita nec dubio codice Longobardis exarato literis reperimus, quem mihi potestatem legendi fecit Franciscus Gaddius Florentinus, summi magistratus a secretis, prudens, humanusque uir, nec literis incultus. Sed et ille uersus ita in eodem.

Turgida nec prodest condita pyxide Lyde.

Quod alibi perperam sic est, In pyxide condita lyde, ut etiam intelligas Lydam illiusmodi medicamenta uenditantem, crassam, et (ut inquit Plautus) doliarem. Quod et Capella fortasse spectans, et facetissime super ebrio Sileno ludens, ita inquit. At dum ridetur grossitate capitis uocante Lyde. Nam ut si Cantharae uel Pyrrhiae nomina uel Dauos audias, continuo suspicaris ac tibi, et uiriosae, et patrocinatur quasdam delectione confirmatas. Ita nomine audito Lydes, mox hanc Iuuenalis turgidam recordaris, ut utrique sint inductae ad excitandos cachinnos personae, uino nimis inflatus Silenus, et uentriosa Lyde, quae mihi ... etiam (si diis placet) tantum ob risum.

Iuue. Satyra
Cacoëthes
Iuue. Sat.
Lyde.
Dolium.

QVAE PLINIVS SVPER TITVLIS VEterum artificum pendentibus prodiderit, ita de inscriptionibus etiam ueteribus apud Romam, sic caliginosis Vergilianae aegidos.

CAPVT

CAPVT XLVII.

Romae nuper in atrio Mellinae domus, marmoream quandam vidimus basim effossam, in qua Graece scriptum erat. βασιλεὺς Σέλευκος, Λύσιππος ἐποίει. Id Latine valet, Seleucus rex, Lysippus faciebat. Erat ibi tum nobiscum Ioannes Laurentius Venetus, summi pontificis a secretis, homo linguae utriusque doctissimus, omnisque illius modi quasi lautitiarum studiosissimus. Is igitur nos submonuit, quod et statim arripuimus, agnovimusque, non temere illic ἐποίει

Faciebat.

potius quam ἐποίησε, hoc est faciebat, quam fecit. Siquidem, ut ait Plinius in praefatione librorum naturalis historiae, Summi illi artifices, etiam absoluta opera pendenti titulo inscripsere, ut Apelles faciebat, et Polycletus, tanquam inchoata semper arte, et imperfecta, ut contra iudiciorum varietates superesset artifici regressus ad veniam, velut emendaturo quicquid desideraretur, si non esset interceptus. Quare, inquit, plenum verecundiae est illud, quod omnia opera tanquam novissima inscripsere, et tanquam singulis fato sit ademptum. Tria autem non (ut ille opinatur) amplius absolute traduntur inscripta. Ille fecit, quae suis locis reddam. Quo apparuit summam artis securitatem auctori placuisse. Et ob id magna invidia fuere omnia ea. Caeterum etiam alibi Romae similiter annotari titulos, idem Ioannes Laurentius Venetus asseverabat. Vidimus autem, quod etiam his Miscellaneis nostris putavimus inserendum, marmoreum quoddam in urbe eadem palladis simulachrum gestans Aegida squamoso draconum corio contextam, sicut extremum ipsius ambitum dracunculi item ad limbi, aut fimbriae morem circumcluderent. Erat illic tum nobiscum Iulianus Bononiensis, cui nunc ex re cognomen Antiquario factum, simulque Georgius Iulianus Genuensis, homo

Aegis palladis.

Antiquarius.

rerum

verum abditarum intelligator experientissimus, cum illos Vergilianos versus recordabitur, quibus cum domum Palladis clypei celaturam mire expressisse poeta incomparabilis videbitur, ita in octavo Aeneidos libro scribens:

Aegidaq; horrificam turbatae Palladis arma
Certatim squamis serpentum, auroq; polibant,
Connexosq; angues, ipsamq; in pectore divae
Gorgona desecto vertentem lumina collo.

DE MEGABYZO SCRIPSISSE ALIOS, quod Plinius de Alexandro, sermitare in Apellis officinam solito.

CAPVT XLVIII.

PLinius Secundus in volumine historiae naturalis quinto et trigesimo, sermitare in Apellis excellentissimi pictoris officinam solitum ait Alexandrum Macedonē, nō artificio solum, sed comitate etiam hominis delectatū. Qui & in officina, inquit, imperite multa disserenti, silentium comiter suadebat, rideri eum dicens à pueris, qui colores tererent. Hoc quod de Alexandro Plinius scribit, Plutarchus ad Megabyzum retulit, in eo volumine, quo disputat, quae sint adulatoris, & amici discrimina. Cuius si verba Latine interpretemur, haec ferè sunt. Apelles, inquit, pictor assidenti sibi Megabyzo, superq; lineis, & umbris disserere nescio quid tentanti, vidēn, inquit, ut pueri melida (coloris id genus) terentes nuper tibi animos adhibebant, purpuramq; tuam obstupebant, & aurum? Sed idem te nunc derident, loqui super iis, quae haud didiceris, incipientem. Quam Aelianus quoque in libris historiae multijugae ad Megabyzū & ipse non ad Alexandrum retulit. Plin. lib. 35. Megabyzus.

CONTENTIO EPIGRAMMATVM Graeci Posidippi, & Latini Ausonii, super Occasionis imagine, tum pulcherrima ecphrasis Graeci Callistrati.

CAPVT XLIX.

Ausonius. AVsonii poëtae celebre est epigramma, quo simulachrum describitur Occasionis. Nam sic ille deum, καιρός. quem Graeci καιρόν appellant, interpretatus est. Sed enim longe miror, quid ita Phidiae tribuerit, quod erat Lysippi. Extat adhuc enim Posidippi Graecum compari argumenti, de quo fuit imitatus Ausonius, quanquam in Graeco Lysippus Sicyonius artifex, in Latino Phidias perhibetur. Porrò autem summis digitis Graecus auctor ingredi, Latinus insistere dicit rotulae. Talaria utrique attribuit, utrique faciem crinibus tegit, utrique occipitium denudat. Non eadem tamen dextra gerit Graecus ille καιρός, & Poenitentia comes non gignitur Latinae occasioni. Figurae sunt apud utrunque poëtam pariles, plus tamen aliquanto arridere Graecae, nam in illis coloribus (ut ita dixerim) magis [illegible], nescio quo pacto Antigraphon. Apographon. Graeci belliores, quàm Romani nostri, tametsi ab antigrapho deducere apographon erat necesse. Sed & Callistrati legimus ecphrasin simulachri eiusdem uere festiuã, qua confirmatur à Lysippo id opus factum, publice Sicyone spectabile. Porrò autem ex aere hunc ait esse deum Callistratus, puerum adhuc primae pubis à capite florentem ad pedes. Tum formosum candentem, sparsisque fauonio crinibus, & nudata frontis gratia, genarumque adeo, & corporis totius pulchritudine, Dionysio maxime similem, quin & insistere pilae suspenso gradu, pinnatis pedibus. Sed & capillos idem Callistratus in oculos pueri, genasque defluxisse occi-

pitium

pitiam crinibus liberat. Caetera denique scriptoris huius commenta, et lemniscos, delicias, festivitates, argutiasque transferentias, ex ipso utique petendas autore arbitror. Fit autem, nescio quo pacto, lasciviolas ut illas, et elucubratiunculas, quasi textam Mileti chlamydem, cum pedes et ungues, Romana respirabunt gravitas. Romana gravitas. Illud haudquaquam praeterierim, Nicephorum quoque non indegantem scriptorem Nicephorus. Graecum, sic enim, quod de virgine deipara composuit orationem, ut cum super imagine ista nescio temporis dixerim, an Occasionis loquatur, referat eam ad temporis illud, qui sit Graece chronos, fugacissimam celeritatem.

LOCVS IN PLINIANIS EXEMPLARIBVS emendatus super nomine Proetidum, atque inibi de ipsarum furore relata historia.

CAPVT I.

IN quinto et vigesimo naturalis historiae libro ubi Plinius. Plinii Secundi, quo capite de helleboro tractatur, ita in vulgatissimis codicibus reperitur. Melampodis fama divinationis artibus nota est, ab hoc appellatur unum hellebori genus Melampodion. Aliqui pastorem eodem nomine invenisse tradunt, capras purgari pastore illo animadvertente, datoque lacte earum sanasse paroetidas furentes. Caeterum non pastore, sed pasto, nec paroetidas, sed Proetidas in codice uno vetustissimo, ex nobilissima illa Medicae gentis bibliotheca invenimus. Sed de pastore et pasto facile est. Sic Proetidas non paroetidas legendum manifesta fides, eamque vel indubitatissimam, verissimamque esse scripturam, praeterquam quod ratio docet in primis efficax (quid enim sint paroetides furentes? aut quid parotidibus aurium vitio, cum veratro?) Proetides.

Lenitra & Dioscorides bonus autor apertissime declarat, hoc scribens, Veratrum nigrum, id alij Melampodiũ, alij ectomum, quidam polyrrhizon appellant. Melampodium vero quoniam eo Melampus quidam pastor Proeti furentes filias purgasse uideatur, atq; curasse. Sic ille. Sed Atheniensis Apollodorus in bibliotheca (nam ita libri eius appellantur) purgationem Proeti filiarũ potius ad uatem Melampoda, quam ad pastorem refert, narratq; ait ex Proeto & Sthenoboea filias Lysippen, Iphinoen, & Iphianassam, quae ubi primum adoleuerint, acutae insania fuere, seu quoniam (ut scribit Hesiodus) Liberi patris ceremonias non acceperint, siue (quod est apud Acusilaum) quoniam Iunonis contempsissent simulachrum. Postea autem quibus furere occoeperint, toto Argiuorum agro prius errabundas, deinde uero etiam per Arcadiam Peloponnesumq; uniuersum, sui decoris oblitas, lucis solis excucurrisse, donec Melampus Amythaonis filius, Abantis Idomeneae natus, uates insolens, & qui primus medicamentis sanare, ac purgationibus inuenerat, curaturum se uirgines spopondit, si precium sibi pars regni tertia transferretur. Cui cum Proetus minime assentiret, adduci non orde tam immani deterritus, magis magisq; in dies glisscere furore illas Argiuorum coegisse, contagione etiam ad mulieres ceteras demigrante, sic ut uulgo suam quaeq; domum relinquerent, filios occiderent, ac per solitudines uagarentur. Quare propagante se etiam atq; etiã calamitate, cum demum Proetus postulatam mercedem pacisceretur, iam uero non prius curaturum Melampus ait, quam cum alteram tertiã agri fratri quoq; suo Bianti adiudicaretur. Hic uero metuentem Proetum, ne si praesentẽ cõditionem respueret, plus etiam subinde postularetur, cõsen-

Veratrum Melampodium.

Proetidum furor.

Excogita. Melāpus

sisse

fuisse in eam mercedem. Ac tum demum Melampoda ualentissimum quemq; iuuenum comitem sibi asciuisse, clamoribusq; eas atq; enthea quadam (sic enim interpreti) chorea Sicyonia usq; de montibus compulisse. Caeterum in persequendo, maximam natu Iphinoē extinctam, reliquas purgatione usas resipuisse. Tum Melampodi eas, & Bianti fratri traditas, ipsumq; deinde filium genuisse Megapenthen. Haec ferme scribit Apollodorus. Nomina autem Proetidibus in commentariis historia Elegen facit, & Celenen. Sextus porro Empiricus Pyrrhoniorum quarto, Polyanthū Cyrenaeum dicere scribit in libro de Asclepiadarum genitura, Proeti filias ab Aesculapio fuisse insania liberatas, in quam Iunone irata incidissent. Adicit Ouidius purgamina mentis earum Bianta misisse in Clitorium fontem, cuius potus abstemios faciat. Sed enim qui Probus uulgo putatur, haud improbus omnino Maronis enarrator, & ipse testē citat Hesiodum, fabulamq; pene sicut haec est Apollodori, quanquā breuissime perstringit. Hanc autem in eum errorem fuisse missas, animiq; boues ut se crederent, quod Vergilius quoq; in Bucolicis significat, nec tamen id uideri fabulosum debet, siquidem Paulus Aegineta medicus Graecus auctor in tertio Periodeutico de atra bile, deq; insania ipsa narrat, usu quoq; uenire ait, uti quidam sibi bruta animalia esse, uocesq; imitari illorum uideantur. Praetereaq; nonnullos arbitrari se uasa esse testacea fictilia, nam ideo ob id metuere, ne cōfringantur.

Enthea chorea.

Proetidum purgatio.

Proetidum nomina.

Probus Maronis enarrator.

Paulus Aegineta.

CVR IN EPHESIAE DIANAE TEMplo molles appellati honores a Martiale.

CAPVT LI.

CVr molles dixerit honores in Triuiae templo Martialis, hoc est in Dianae Ephesiae, etiam haec afferri

Martialis

possent, scita (ni fallor) et arguta satis, sed quae tamen interpretes confuderunt. Ac primo quidẽ de multimammia possumus dictum existimare. Nam ut divus Hiero. in epistolam Pauli ad Ephesios scribit, Erat Ephesi templum Dianae, et eiusdem in ipso multimammia, id est multarum mammarum effigies, quia cultores eius decepti putabant eam omnium viventium nutricem. Possumus item ad pompam referre, de qua Xenophon Ephesius in primo Ephesiacorũ libro scribit ad hanc sententiam. Agebatur autem, inquit, solenne iis locis Dianae festum, ab urbe ad templũ, quae sunt stadia omnino septem. Celebrare pompam virgines omnes indigenas oportebat, splendide in primis ornatas, praetereaq; ephebos, Abrocomi aequales, qui tum annum circiter decimum septimum agebat, et cum ephebis aderat, adeoq; primas in ea pompa ferebat. Magna autem vis hominum spectaculo intererat, tum popularium tum hospitum, siquidẽ mos habebat, ut in ea celebritate, et sponsi virginibus, et ephebis uxores invenirentur. Procedebat ergo ordinatim pompa, primo scilicet sacra, faces, canistra, et suffimenta, tum autem equi, canesq;, et venatoria arma, nonnullorũ quoq; bellica, sed pleraq; tamen pacalia. Formarum se quaeq; velati ad amatoris oculos composuerat, virginumq; ordinem ducebat Anthia. Sic utiq; Xenophon scribit, nõ quidẽ Atheniensis ille, sed alter eo non insulsior Ephesius, qui paulo post etiam ita subdit. Ut igitur peracta pompa, venere in tẽplum sacrificaturi multitudo omnis, atq; ibi ornatus pompae solutus omnis. Et cõvenere eodem viri, foeminaeq;, ephebi, et virgines. Non absurdum est autem propter Dianae quoq; sacerdotes vestiles honores audire, de quo etiam non nihil Donatus ex Strabone. Caeterum Heracliti Ephesij summi

Multimammia.

Festum Dianae.

Poeta Xenophõ Ephesius.

Heraclitus.

Ephesii philosophi, scilicet illius, qui ex obscuritate librorũ Scotinos, hoc est tenebricosus appellabatur, quiq; omnibus humanis actibus illachrymabat, illius inquam Heracliti ad Hermodorum inscripta epistola, quae sic fertur in Ephesios cauillatur. Quanto Ephesijs meliores lupi, atq; leones. Non se inuicem mancipant, nec aquila aquilam emptitat, nec leoni leo ministrat pocula. Sed neq; canẽ canis exsecat, at uos deae sacerdotem exsecuistis Megabyzũ, metu ne uirgini uir consecretur, & quo pacto impij aduersus naturam, pij sitis aduersus simulachrum. Principio enim id agitis, ut di- priuas imprecetur sacerdos aruspex iudicetur. Quis deam quoque impudicitiae uobis insimulabit, metuentes ne illi ministretur a uiro. Scotinos. Sacerdos castratus.

QVAE SIT APVD MARTIALEM Cornibus ara frequens. Cap. LII.

IN superiori epigrammate locatus est hic alter, uestigatus à Domitio, ut et ab alijs, quantum iudicant coniectura. Situs loci

Dissimuletque deum cornibus ara frequens.

Quod enim Domitius Hammonis templũ in Libya accipit, nullo pacto procedit. Nã cũ hic magnificẽtissima orbis terrarũ aedificia memorentur, quaeq; inter miracula referuntur, ut ex eorũ comparatione, amphitheatri praeconiũ crescat, ridiculum profecto fuerit de templo hic Hammonis audire, pauperrimo scilicet, ut Lucanus ait his uersibus. Hammonis templũ pauperrimum.

Ventum erat ad templum, Libycis quod gentibus unum
Inculti Garamantes habent. stat corniger illic
Iuppiter, ut memorant, sed non aut fulmina uibrans,
Aut similis nostro, sed tortis cornibus Hammon.
Non illic Libycae posuerunt ditia gentes
Templa, nec Eois splendent donaria gemmis.

Quamuis Aethiopum populis, Arabumque beatis
Gentibus, atque Indis unus sit Iuppiter Hammon,
Pauper adhuc deus est, nullis uiolata per aeuum
Diuitijs delubra tenens, morumque priorum
Numen, Romano templum defendit ab auro.

Neque autem aut ex Plinii, aut ex Maronis dictis colliges templum Hammonis apud Nasamonas insigne uel aedificijs, uel opibus fuisse, si uerba ipsa diligenter utriusque pensitabis. Et quidem mentior nisi ara potius Apollinis in Delo accipienda, quod Ceratinon bomon dicunt, inter septem orbis spectacula, sicuti Plutarchus ait, celebrata, quae tantum ex dextris cornibus sine glutino ullo, aut uinculo, coagmentata, compactaque sit. Hoc autem Plutarchus in eo scribit opusculo, quo tractat, utra prudentiora sint, aquatilia, an terrigena animalia. De qua ara eadem sic Ouidius in epistola Cydippes ad Acontium meminit hoc uersiculo

κερατινὸς βωμός.

Miror et innumeris structam de cornibus aram.

Plutarchus etiam in Theseo de ara in Delo scribit, non quidem ex dextris, sed ex sinistris tantum cornibus compacta, quam Ἀσδέτωνα βωμὸν appellat, nisi mendum sit exemplarium. Laertius quoque Diogenes Ceratinae arae, hoc est e cornibus factae mentionem nonnullam facit in Pythagorae uita. Quin et Callimachus poeta in Apollinis hymno, Quadrimum adhuc Apollinem scribit ex cornibus cynthiadum caprearum, quas soror Diana in uenatu occiderat, aram compegisse, fundamentaque item, et parietem e solis struxisse cornibus, ipsius autem sunt haec uerba.

l. Ceratonem aram.

Τετραετὴς τὰ πρῶτα θεμείλια Φοῖβος ἔπηξε
καλῇ ἐν Ὀρτυγίῃ, περιηγέος ἐγγύθι λίμνης.
Ἄρτεμις ἀγρώσσουσα καρήατα συνεχὲς αἰγῶν

Κυνθιάδων φορέεσκεν, ὁ δ᾽ ἔπλεκε βωμὸν Ἀπόλλων.
δείματο μὲν κεράεσσιν ἐδέθλια, πῆξε δὲ βωμὸν
ἐκ κεράων, κεραοὺς δὲ πέριξ ὑπεβάλλετο τοίχους.

Quadrimus primum fundamenta Phoebus iecit,
Pulchra in Ortygia rotundum iuxta lacum.
Diana venans capita assidue caprarum
Cynthiadum ferebat, ipse vero connectebat Apollo
Extruxit quidem cornibus fundamenta, compegit autem aram
Ex cornibus, cornutos autem circumdedit parietes.

Ob id ergo, inquit Martialis, Dissimulet deum, quasi non tam dei esse id opus videri queat, quo alterum longe praestitit, hoc est amphitheatrum mortalium manu factum. Sane & per totum epigramma figuratis usus est verbis argutissimus poeta, qui Memphin silere iubet, quia barbara, nec iactari vult Babylona labore assiduo, quoniam ipsa quoque iactatio intellectum laboris habeat. Et negat laudandos ob id honores Triviae, quia molles, neque enim mollibus praeconia debentur. Negat etiam quae aere pendeant Mausolea, supra aera [illegible], hoc est ad astra usque ferri oportere, ut sit hoc epigrammate nihil unquam pensiculatius. Martialis argutia.

QVOD POSITVM NOMEN AGAMEMnonis in M. Tullii diuinationibus, pro Vlysse est, tametsi transcriptis locis in epistola ad Atticum, nos intelligant, super imitata de cera, correctus & enarratus.

CAPVT LIII.

AVlus Gellius in noctibus Atticis suis, mentitur candidis, errorem vocat Ciceronis manifestissimum, non ita gnarus rei, neque errasse Ciceronem miratur, sed errorem non esse posse, vel ab ipso animaduersum, vel a Tirone suo. Nam cum Homeri versus Cicero quospiam verteret in Latinum, dicere illos Aiacem scribit apud eum poetam, cum reuera dicantur ab Ciceronis erratum.

Gellii liber tas.

Nestore. Facit haec Aul. Gellii libertas, ut ne ipse quidem uerear referre in his libris pusillum quiddam compar huic eiusdem Ciceronis, peneque illi superiori germanum, & geminū, nisi forte (quod audius crediderim tanto interuallo) mendum fuerit exemplarium. Quoniam etiam in antiquissimo quoque libro non dissimiliter scriptum inuenimus, nec sane liberius ex literarum uicinitate sit in alterutrum nomen lapsus. Verba sunt Ciceronis in libro diuinationum secundo. Nam illud mirarer si crederem, quod apud Homerū Calchantem dixisse ex passerum numero belli Troiani annos auguratum, de cuius coniectura sic apud Homerum, ut nos ociosi uertimus, loquitur Agamemnon.

Geminū uitiū.

Iliad. B.

Ferte uiri, & duros animo tolerate labores,
Auguris ut nostri Calchantis fata queamus
Scire, ratos ne habeant, an uanos pectoris orsus.

At deinceps uersus quoque caeteros Homericos, à se conuersos exponit. Quod igitur haec Agamemnonē loqui apud Homerum Cicero tradit, si modo ita scriptum Cicero reliquit, hoc nequaquam uerum probatur, cum apud Homerū ipsum in secunda Iliados Rapsodia, non Agamemnon, sed Vlysses istius sententiae uersus pronunciet. Neque est quod quisquam aut stomachetur, haec apud Ciceronem quoque deprehendi, aut miretur, cum appareat ex ipsius epistolis, nō nunquam huiusmodi errata memoriae fuisse in Ciceronis libris, uel ab Attico, uel à Bruto animaduersa, atque curata. Sicut illud in oratione Ligariana de L. Corfidio, quod erratum fatetur esse suum. Sed (ut aiunt) inquit, μνημονικὸν ἁμάρτημα. Sicuti quod in oratore arbitror, Eupolim pro Aristophane Cicero posuerat. Deinde Atticus Aristophanem pro Eupolide reposuit. Itaque etiam uereri se Cicero dicit ali

L. Memoriae uitium.

quando,

quando, ne sua syntaxis miniata illius cerula pluribus locis notanda sint. Quod autem incidit, ut de miniata cerula meminerimus, corrigendus obiter, & interpretandus nobis his ex epistola ad Atticum libro penultimo locus est, in quo ita scriptum perperam inuenitur. His literis scriptis me ad syntaxis dedi, quae quidem uereor, ne minia tua pluribus locis notanda sint, ita sum metcoros, & magnis cogitationibus impeditus. Ego legendum puto, ne miniatula cera tua pluribus locis notanda sint, ut sit intellectus, ad libros componendos, id enim Graece syntaxis, Ciceronem se dedisse. Sed uereri tamen ne miniatula cera ipsius ad quem scribit Attici, quo saepe utebatur emendatore, pluribus locis notanda sint, quoniam metcoros, hoc est suspensi animi foret Cicero, & magnis cogitationibus (ut ait) impeditus. Consueuerat autem opinor Atticus, siqui parum absolute locus a Cicerone tractaretur, eo loco rubellas ceras affigere, quod nunc quoque solemus. In codice autem, quem fuisse aiunt Francisci Petrarchae primum, certe Coluccii Saluiati deinde fuit, & post hunc Leonardi Aretini, mox & Donati Acciaioli, uirorum suae cuiusque aetatis eruditissimorum, sic adhuc extat, ne miniata cerula tua. Quod si penultimae dictionis penultimam literam paululum a summo produxeris, hoc est de r litera l feceris, omne procul dubio mendum sustuleris. Sed & peruulgatis codicibus sic in extremo uersum uolumine epistolarum adhuc euidentius legitur, Cerulas enim tuas miniatulas illas extimescebam, ut iam omnis hoc testimonio superior ambiguitas aboleatur.

Miniata cerula.

Locus epistolae ad Atticum.

σύνταξις

μετέωρος.

CERATINAE QVI SINT apud Quintilianum.

CAPVT LIIII.

Ceratinae

Quid. sit. Ceratine.

CEratinae qui sint apud Quintilianum libro primo, non temere qui tibi explicet inuenias. Qui aût Graeca uolutarint, Latinaque commentaria, plane intelligunt ratiocinationis inexplicabilis esse eã speciem, quae nescio quas ansas atque uncos arte dialecticae perplexitatis inferret. Sic arbitror appellatam a materia ipsa, qua uterentur uerborum, sicuti est apud Senecam libro epistolarũ quinto ad Lucilium, Soleremus, inquit, ociosas, et eiusmodi quaestiunculas ponere. Quod non perdidisti habes. Cornua nõ perdidisti, cornua ergo habes, aliaque ad exemplum huius acutae delirationis concinnata. Sed de hoc item in Atticis noctibus inuenias. Cerata autem Graece dici Cornua quis nesciat? Meminit huius etiam Lucianus in philosophorum Symposio, sicuti de Sorite atque Therizonte. Sed et in dialogo itẽ mortuorum Castoris et Pollucis, ita ferme inquiẽs. Et cornua inter se producunt, et crocodilos faciunt, et eiusmodi perplexa docent interrogare, ut ex cornibus scilicet, hanc quã dicimus Ceratinen ratiocinationem, nec ratiocinationẽ uerius quàm tendiculam accipias. Quin etiam in dialogo altero, cui uel Somnium, uel Gallus est nomẽ. Et docens, inquit, duabus negationibus, unam confici assertionem, noctemque non esse, si dies sit. Interdum etiam cornua mihi esse dicebat, aliaque id genus. Huiuscemodi autem dialecticis in perdiscendo quaestiunculis, quales frequenter ingeniorũ acumen excogitat, etiam Milesius Eubulides plurimum usus, sicut à Laertio Diogene in Euclidae Megarensis uita ponuntur, ac Latine conemur interpretari, Mentiens, fallens, electra cõuelata, aceruale, et ceratine, uel cornuta, et item calua. Ex quo in hanc sententiam est apud Comicum nescio quẽ, ut idem prodit Laertius. Contentiosus autem Eubulides

Κέρατα

Ceratinas

Ceratinas interrogans, et mendacibus gloriosisque sermonibus oratorem urgens, dixit Demosthenes habere solubilitatem. Quem etiam locū Suidas citavit. Sed et Zenon ille Citieus inter cavilla caetera dialecticorum, Ceratinas item et nudas numerabat, sicuti idem in libro septimo de vitis philosophorum prodidit Laërtius. Quin hoc ipsum postremo nobis insinuat Martianus Capella libro quarto, cum inquit:

Perdita nequaquam cornua fronte ferunt.

QVI SINT CROCODILITAE apud eundem.

CAPVT LV.

Apud Quintilianum eundem libro item primo etiam de Crocodilinis mentio fit, obscuro et ipso plerisque ignotoque vocabulo. Caeterū de hoc invenimus apud Aphthonii Graecum enarratorem Doxapatrem, qui eius apud eum Crocodilites potius quam Crocodilinae, quod et verbis paucis. Verba ipsius ita Latine interpretamur. Serra, inquit, et Crocodilites sicuti est in Aegyptiaca fabula. Mulier quaepiam cum filio secundum fluminis ripas ambulabat, et Crocodilus filium abstulit, redditurum dicens, si verum matri responderet. Negavit illa fore ut redderetur, atque ob id aequum aiebat reddi. Hactenus ille. Moreque id est, Crocodiliten, inquit, hanc propositionē vocant, Crocodili huius gratia, quam etiam σωρίτην, id est Serram vocari à Graecis indicat. Adsumit Lucianus in dialogo cui titulus, Vitarum venditiones, ita ferme Chrysippum loquentem inducens, eique respondentem quempiam, qui se profiteatur empturum. Cōsidera igitur ita. Est ne tibi filius? Quorsum istud? Si forte illum iuxta flumen errantem Crocodilus invenerit, rapiatque,

Crocodilites. σωρίτης.

piatque, deinde redditurum pollicetur eum uerũ dixerit, utrũ reddendus ei uideatur necne. Quid eum sentire dicet? Rem sane perplexam interrogas. Ex his ut arbitror, liquet etiã Crocodilitem sicuti supra ceratinem, sophismatos esse pene explicabilis speciem, quo dialectici ueteres, potissimumque Stoici uterentur. Quod genus eleganter Quintilianus exquisitas ambiguitates appellauit.

Rogationes ambiguæ quæsitæ.

CUR GEMINO CORNU MARTIAlis dixerit in spectaculis, ubi de Rhinocerote, deque tauris Aethiopicis.

CAPUT LVI.

Martial. locus

Martialis epigramma est in spectaculis, de Rhinocerote, cuius extremi uersus hi sunt.

Namque grauem cornu gemino sic extulit ursum
Iactat ut impositas taurus in astra pilas.

Domitius ita enarrat, Gemino, inquit, cornu forti, et uehementi. Vergilius, Gemino dentalia dorso. Vel quoniã Rhinoceros habet duo cornua, ut apud Pausaniam solum legi, quorum alterum insigni magnitudine ex naribus extat, alterum superne exurgit, exiguum, sed ualidissimum. Patitur sane Domitius apud unum se Pausaniam legisse Rhinocerotem duo habere cornua. Quid autem Plinium, quid Solinum, quid alios credimus unum Rhinoceroti cornu tribuẽtis characterem uidelicet ignorasse omnis, quod solus animaduerterit Pausanias? Quid porro Septimio Florenti Tertulliano respondebimus Christianorum omnium, quorum quidem Latine opera extent, et antiquissimo, sic ausim dicere in omni pene literatura diligentissimo, qui libro aduersus Praxeam tertio, uerba illa enarrãs de ueteri instrumento. Tauri decor eius, Cornua unicornis, cornua eius, in eis nationes

Tertulliani locus.

pariter ventilabit ad summum usque terrae. Non utique inquit, Rhinoceros destinabatur unicornis, nec Minotaurus bicornis, et quae sequuntur. Caeterum de eo Pausanias in Boeoticis meminit, neque autem omnino Rhinocerotas duo habere cornua, nam hoc manifesto refelli poterat, sed tauros dicit esse in Aethiopia, qui rhinocerotes vocentur, ὅτι σφίσιν ἐπ' ἄκρᾳ τῇ ῥινί. Sic enim illius verba sunt, ἓν ἑκάστῳ κέρας καὶ ἄλλο ὑπὲρ αὐτὸ οὐ μέγα, ἐπὶ δὲ τῆς κεφαλῆς οὐδ' ἀρχὴν κεράτων. Quoniam, inquit, illis in summa nare singulis unicum cornu, nam aliud supra non magnum, verum in capite, ne initio quidem cornua. Non igitur Pausanias aut insigni magnitudine alterum cornu, aut alterum ait esse validissimum, quod ob id enim sentiat fortasse Domitius, ut hoc facilius versus intelligeretur. Neque autem de Rhinocerote ipso Pausanias, sed ut diximus de aethiopico tauro, qui similitudine quapiam et ipse Rhinoceros a quibusdam vocabatur. Quare nos ita potius exponendum Martialem, ut versus sint videlicet a Rhinocerote cornu illo unico elatum, ventilatumque fuisse, gravem gemino cornu hoc est gravem tauro futurum, cui sunt cornua gemina, ut cornu sit dativi non ablativi casus. Nam cum tauri pilas cornibus ad astra ventilent, extollere ursum tamen non poterant gravem gemino cornu, propterea quod cum mirabilius quamlibet uno cornu Rhinoceros extulit.

Rhinoceros.

Tauri Aethiopici.

QVAE SINT APVD SVETONIVM TEtraones, correctusque error Plinianis exemplaribus.

CAPVT LVII.

Tetraones in Caligula Suetoni, quae sint aves, omnino ignoratur. Verba ipsius haec. Hostiae erant phoenicopteri, pavones, tetraones Numidicae, meleagrides,

Tetraones

phasianorumque generatim per singulos dies immolarentur. Ceterum enarratu res erat haud difficilis, nisi Plinianos inemendatissimos haberemus codices. Nam quod apud illum legimus libro x. historiae naturalis, ubi de anseribus agit, Decet Erythrotaonas suus nitor, absolutaque nigrities. Hoc in illo antiquissimo Pliniano exemplari, de Medicae gentis bibliotheca publica, pene legitur emendate, videlicet una tantum commutata litera, qualia multa in vetustis omnibus notavimus interpolata vocabula. Nam cum ipsa quoque mendosissima plerisque sint locis, vestigia tamen adhuc servant haud obscura verae indagandae lectionis, quae de novis codicibus ab improbis librarijs prorsus obliterantur. In eo igitur sic est. Decet & traonas, ut si ordinem duarum primarum literarum inter se commutes, tetraonas desyderes, quare ita apud illum Politiano autore legas. Decet tetraonas suus nitor, absolutaque nigritia, in superciliis cocci rubor. Alterum eorum genus vulturum magnitudinem excedit, quorum & colorem reddit, nec ulla avis excepto struthocamelo, maiore corpore implens pondus, in tantum aucta, ut in terra quoque immobilis prehendatur. Gignunt eas Alpes, & septentrionalis regio. Hactenus ille de tetraonibus.

Plin. lib. x. Erythrotaonas.

Struthocamelus.

ORIGO ET RITUS LUDORUM SECULarium, praetereaque ad id alia, cum eisque Sibyllae oraculum mox & obiter explicatum quoddam, rursusque alia refutata non inutiliter

CAPUT LVIII.

Secularium ludorum origo.

ERit arbitror operaepretium colligere hic etiam secularium ludorum originem, causamque nominis, & item quot annorum intervallo spatio, quotiensque facti, quo ritu, quibusque

quibusq; deis celebrati. Nam & res est ipsa per se cognitu non indigna, cui scitum modo se illam aetas facit, & ad intelligendos poetarum locos nonnullos ingens attulerit adiumentum. Quum igitur bellum inter se Romani, Albaniq; gererent, & utraq; in procinctu iam staret acies, extitit repente quaedam monstrosa specie, pelle amictus nigra, vociferans iubere Ditem patrem, deamq; Proserpinam, sacra sibi prius quam praelium committeretur. Quo perterrefacti isto Romani, protinus aram sub terra aedificarunt, & statim sacrificio facto, pedum XX. aggere obruerunt, ut esset omnibus praeterquam Romanis ipsis ignorabilis. Sed enim contigit, ut Valesius Valesium, unde nomen & origo Valeriae familiae, clarissimus in gente Sabina, & locuples homo, rusticae vitae aram hanc quam diximus, ita divinitus invenerit. Erat ei nemus ante villam procerum maximae arboribus, quae subito fulmine ictae, conflagrarunt. Nec multo post filij duo & filia correpti pestilentiae morbo, ad desperationem usq; medicorum laborabant. Cum sese igitur laribus familiaribus advolveret pater, pro liberorum salute, focum, matrisq; paternum capita devoverit, vox e nemore, quod tactum de caelo, statim audita, salvos fore correspondens, si Tiberi ad Tarentum perductos, calefactam Ditis & Proserpinae foco de flumine ipso biberent aquam. Quoniam vero longissime abesse Tarentum, sciebat in extrema Iapygia, nec proxime ei urbem reperiri Tiberim illum flumine sciebat, spem sibi desperatam fingebat, etiam inde territus, quod in itinere possidenti nec illis periculum imminuisset. Sed superstites nihilo secius tu liberos filios, Hostilio peragens, mox ad campi Martij regionem devenit, ubi recreare sitientes, & astu febriq; laborantes desiderans, quae placidissime amnis labitur, exponit in ripa aegrotos, ac dum ita-

Daemonum prodigia.

Valesius Valesius

Origo Valeriae familiae.

Tegeti-cula. ministrariamque sibi tegeticulã cõcinnat, carinulo igniculo, ad-
monetur à gubernatore petendũ potius Terentũ (sic nã ita lo-
cus is proximo uocabulo) Terentum fumũ sese illic aspicere.

Terentum. Tum uero lætior audito Terenti nomine Valesius, deos ado-
rans, & salutẽ sibi liberisq; iam propemodum bona fide
spondens, agi prorsus iubet, & illic in terram exponi
pelli. Quò cũ peruenisset, haurit aquas festinato de flumine
feruentiq; [illegible] arrepto, [illegible] ibidẽ solũ statim
soluimus in flumen, calefactamq; mox aquã porrigit in cibis
& potu. Succedit autem potus somnus. Videre in quiete illi
spongia sibi à [illegible] quo deterget morbũ. Tum præcipi,
ut Diti patri, & Proserpinæ, furuæ ibidem mactarentur ho-
stiæ, trinoctiumq; perpetuũ choris & carminibus cõcele-
braretur. Surgunt igitur recuperata ualetudine, refertq; fi-
lius patri rem omnem. Is homo locuples, defossis tandem altè
fundamentis humũ iubet. Inuenta igitur sic ara est ea, quam
diximus, cũ titulo Ditis & Proserpinæ. Mactat ille (quod
erat iussus) furuas cõtinuo uictimas, & trinoctiũ sacris fre-
quentat, sui ut ipsi iam liberi sani de morte properant,

Manius Valerius Terentinus. ex eoq; Manius Valerius Terentinus appellatus, quod à
dis manibus in Terento liberũ suorũ ualetudinem impetra
uisset. Ad hunc igitur modum quidã tradiderunt. At enim
M. Varro libro de scenicis originibus primo, Cum multa,
inquit, portenta fierent, & murus ac turris quæ sunt inter
portam Collinã, & Esquilinã, de cælo tacta essent, & ideo
libros Sibyllinos Quindecimuiri adiissent, renunciauerunt

Ludi Tarẽtini. uti Diti patri, & Proserpinæ ludi Terentini in campo Mar-
tio fierent tribus noctibus, & hostiæ furuæ immolarentur.

Seculares cur dicti. Hactenus de origine. Seculares dicti, uel quia fierent anno
uel centesimo demum, uel etiam centesimo decimoq; ut [illegible]

pari,

piam, quod utrunque, sicut assertores habet, ita re ipsa penitus coarguitur. Sed ob id magis credi potest, quod plerunque simul Romanis armis fuerit, ut multa alia, quae nata sunt post secularis etiam loquendi consuetudo usurpat. Terentum autem à loco ipso qui Terentum ob id vocatur, aut quod ara ibi Ditis patris (quemadmodum supra diximus) in terra occultaretur, aut quod ripam Tiberis fluminis eo loco tereret, ex quo etiam Rumon dictus à veteribus, & in sacris Serra nominatus, quod ruminaret, hoc est manderet, & secaret ripas. Unde ait Maro. Terentum. Rumon. Serra.

Stringentem ripas, & pinguia culta secantem.

Caeterum de temporum intervallis, quibus isti ludi restituerentur, fides in ambiguo est. Siquidem in carmine seculari Horatius undenos denos per annos fieri declarat, quod & commentarii Quindecimvirorum, & divi Augusti edicta, & ipsius denique Sibyllae, quod adhuc extat oraculum, confirmare videntur. Contra vero centesimum redire post annum, tum Valerius Antias, tum Titus Livius, & item M. Varro testes perhibentur. Quod enim legitur apud Herodianum trium spatio aetatum solitos instaurari, vereor ut emendata sit illa lectio, nostramque ob id è Graeco interpretationem castigandam censeo. Nec autem (si tempora dicamus) aut quantis intervallis retro fuerint, aut quanta esse debeat, omnino colligam. Institutos autem primos seculares ludos post exactos reges à P. Valerio Publicola, qui primus consul fuit, existimatur. Etenim liber Dubus pestilentia civibus, apud hanc ipsam quam diximus aram, publice nuncupatis votis, atram bovem Diti pro maribus, convolcem pro feminis iuvencam Proserpinae mactavit, ludosque & lectisternia triduo fecit, & aram terra sicut ante fuerat exaggeratam occul- Secularia tempora. Secularia instituta.

bat, inscriptam titulo isto. P. Valerius Publicola frumentarium campũ Diti & Proserpinæ cõsecraui, & ludos Diti & Proserpinæ Romanorũ salutis ergo feci. Secũdos autem secundo & quinquagesimo post Romã conditã sæculi anno, admonitu Sybillinorũ carminum, tradit Græcus Zosimus, magis occupata morbo ciuitate, iussis ad hoc uiris, qui libros consulerent, ex quorũ responso, denuo repertã hanc apud aram hanc ipsam, in extremo campi Martij, de more sacra & ludi persoluti, restitutaq; Romanis iterum est incolumitas. Consulem uero scriptor hic, unum duntaxat eo tempore fuisse uendo, M. Publium Quintilium nominans, cũ Censorinus, M. Valeriũ, & Spuriũ Verginium consules prodat. Idemq; tertios, & item quartos consulũ temporibus, quos & nominatim citat auctoribus Antiate Valeri. T. Liui, Varrone, Pisonis, Gellij, & Hemina comprobat factos, etiamq; cõmentarios Quindecemuirũ sacris faciendis, in testimoniũ asciscit. At enim quoniã libri uix in proprijs nominibus, & item in numeris notis librariorũ lapsus, uitiata ista (ni fallor) in Censorini commentario reperiri. Cæterum diuus Augustus abolitos eos paulatim (sicuti quidam putant) atq; intermissos restaurauit, magno (ut Lãnius ait) apparatu, L. Censorino, & M. Manlio Puellio consulibus, Atteio aũt Capitone circumeunte, spatiumq; sollicite, & iussu uero sacrorũ librorum indicãtibus Sibyllinis. Porrò sextos, Claudius se consule iiij. & L. Vitellio quasi anticipatos ab Augusto, nec legitimo tempori reseruatos, quamuis ipse in historijs suis prodidisse memoretur, intermissos eos Augustum multo post diligentissime annorũ ratione subductã, in ordinem redegisse. Quare uox etiam tunc sua præconis tradita, inuitantis more solenni ad ludos, quos nec spectasset

uidisset quisquam, nec spectaturus esset, cũ superessent adhuc qui spectauerant, & quidã histriones producti olim, tunc quoq; producerentur. Scribit enim Stephanionem, qui primus togatus saltare instituit, utrisq; secularibus ludis, Augusti uidelicet, & Claudii, saltasse accepimus, qui bis non amplius annos interfuere, quibus & post hos ille dies minuit. Septimos Domitianus, se XIIII. & L. Minutio Rufo consulibus, non fecit ratione temporũ ad annũ, non quo Claudius proxime, sed quo olim Augustus ediderat. Denique in nomismatis aereis apud Laurentium nostrũ Medicem, stelographiam quoq; istam uidimus. LVD. SAEC. FEC. COS. XIIII. At de his Papinium sentire in Siluula ad urbis praefectũ Gallicum, cui titulus Soteria, iam tũ nostris auditoribus ostendebamus, cum nondum ipsum scilicet adhuc uolumen publice interpretabamur. Verba ita sunt. Stephanio Alias Annos. Stelographia.

Nec tantum induerit fatis noua secula crimen,
Aut instaurati peraget ara Tarenti.

Quo loco Domitius noster, quamquã de Terenti ara, aliisq; ipsius membris meminit, nihil omnino tamẽ super secularibus istis suspicatur. Iam uero apud Martialẽ, quidem pene eidem sua literatura, ne doctrina ingenii quoq; obliuiscitur, quem scilicet & tunc, & cũ Festus animo post mortem obierat, licet (ni fallor) coaeuum. Est autem Martialis epigramma de matrona, quae puto bonis ludis, Claudii scilicet, Domitianiq; interfuerat, in eoq; etiam hic uersiculus.

Bis mea Romano spectata est uita Tarento.

Quo loco parum cordatus homo hic, trigesimo quoq; anno celebrari sacra ad Tarentum dicit confessus, quod nec aliquis etiam fando audierit. Quin idem illos ex quarto eiusdem poetae libro uersiculos pertractans.

Hic colat ingenti redeuntia secula lustro,
Et quae Romuleus sacra Tarentos habet.

Vides quo posteriorē distinguit à priore, & ut in illo seculares ludos, ita in hoc centenaria ista tricenaria sacra poeta insinuari. Facit aūt Tarenti huius etiā Varro in Latinae linguae commentario, etiamq; uel iterum in Fastis Ouidius mentionem. Sed redeo unde digressus. Centesimo decimoq; post Domitiani ludos anno, instaurauit & eos Imperator ille Septimius Seuerus, cuius etiā nunc Romae pulcherrimus spectatur triumphalis arcus, cū filijs, Antonio & Geta, Chilone & Libone consulibus. Quos ludos & uidisse se meminerat Herodianus, & Dio etiam uterque sua fastos memoriae prodidit. Post Seuerū negat instauratos Zosimus, quonā hic autorem tenuit & diū penè receptas autoritate ambitus, in cōsulatum Constantini Christianorum principis tertium, & Licinij, quē deinde bello ipse uicit, incidisse. Nos enim apud Eusebium in chronicis, & Eutropiū in historiarū libro nono legimus, Philippo imperante (qui quanquam primus fuisse Christianus Imperator creditur) millesimū annum Romanae urbis ingenti ludorū apparatu, & spectaculorum fuisse celebratū, bestiasq; in circo innumeras ibi interfectas, & ludos in cāpo Martio theatrales tribus diebus ac noctibus, populo peruigilante cōcelebratos, quibus ludis secularibus, etiam dicitur Philippus Iunior, is qui nunquā risisse creditur, patrē Philippum seniorē petulantius cachinnantē, uultu auerso notasse. Restat nūc de ritu caeremoniaq; pauca perstringamus. Instantibus itaq; ludis totā Italia praecones missi mittebantur, conuocantes ad ludos, quos nec spectasset, nec spectaturus esset. Tum aestiuis temporis, paucis antequam spectacula ederentur diebus, Quindecemuiri sacris faciundis in

Septimij Seueri ludi.

Philippus Imperator christianus primus.

Philippus Iunior.

Secularium ritus.

dis in Capitolio & Palatino templo, pro suggestu considentes, piamina diuidebant populo, quae erant, taeda, sulphur, & bitumen. Nec tamen ad ea seruis quoque accipienda ius ullum. Coibat autem populus, cum in quae supra retulimus loca, tum praeterea in Dianae templum quod erat in Auentino, & cuique triticum, fabam, hordeumque dabant. Tum ad instar Cereris multorum peruigilia fiebant. Vbi uero iam aderant festi dies, triduum, trinoctiumque sacris iam initis in ripa ipsa maxime Tiberis agitabant. Sacrificia uero Ioui, Iunoni, Apollini, Latonae, Dianae, praetereaque Parcis, & quas uocant Ilithyias, tum Cereri, & Diti, & Proserpinae suscipiebantur. Igitur secunda primae noctis hora, princeps ipse tribus aris ad ripam fluminis extructis, totidem agnos & una Quindecemuiri immolabant, & sanguine imbutis aris, caesa iam uictimarum corpora concremabant. Constructa autem scena in theatri morem, lumina & ignes accendi, & hymni concini ad hoc assueti tum maxime compositi, & item spectacula alia solenniter fieri, data celebrantibus hac mercede, tritico, faba, hordeo, quae supra inter uniuersum populum diuidi ostendimus. Mane uero capitolium escendere, sacra ibi de more agitare, tum in theatrum conuenire ad ludos in honorem Apollinis & Dianae faciendos, consueuerunt. Sequenti die nobiles matronae qua hora praeceptum ab oraculo, conueniebant in capitolium, supplicare deo, frequentare lectisternia, canere hymnos ut uita, uti habebat. Tertio denique die in templo Apollinis Palatini, ter noueni pueri praestantissimi totidemque uirgines, patrimi omnes matrimique, Graeca Romanaque uoce carmina & Paeanes concinebant, quibus imperatorum salutem & incolumitatem populi diis immortalibus commendabant. Quod si quis sciuisse quis fuerit quid genus

Piamina.

Ad ludos.

tunc aut ludorum fieret, aut sacrificiorum, scias & ludos celebrari omnibus theatris, atque omne genus, & sacrificia templis omnibus confecisse, noctu pariter atque interdiu. Nā de scenicis & Circensibus magis dubitatur, cum Domitiani ludis bis triduum interfuisse meminerimus, praetereaque Circensium die, quo facilius centum missus peragerentur, singulos à septenis spatiis ad quina legeremus correptos. Illud atque in Augusto memorabile, quod ludis ipsis iuuenes utriusque sexus prohibuit ullū nocturnum spectaculū frequentare, nisi cum aliquo maiore natu propinquorū. Enimuero his prout in narratione de saeculo [illegible] expositis, iam nec ille uatis Ausonii uersiculus ambiguus relinquetur.

Trina Tarentino celebrata trinoctia ludo.

Iam nec obscura apud Horatium ratio erit illorū, cur Parcas, Ilithyiam, Dianamque et Apollinem, cur & pueros ... aete, & Quindecimuiros memorauerit, & item Sibyllinos uersus, qui nunc quoque apud eundem Zosimum ex Sibyllinis quibusdam codicibus extra illa fastigia, quibusq; de industria subiecimus, leguntur.

Ἀλλ' ὁπόταν μήκιστος ἵκῃ χρόνος ἀνθρώποισι
ζωῆς, ἐς ἐτέων ἑκατὸν δέκα κύκλον ὁδεύων,
μεμνῆσθαι, Ῥωμαῖε, καὶ εἰ μάλα λήθεαι αὐτός,
μεμνῆσθαι τάδε πάντα, θεοῖσι μὲν ἀθανάτοισι
ῥέζειν ἐν πεδίῳ παρὰ Θύμβριδος ἄπλετον ὕδωρ,
ὅππῃ στεινότατον, νὺξ ἡνίκα γαῖαν ἐπέλθῃ,
ἠελίου κρύψαντος ἑὸν φάος. ἔνθα δὲ ῥέζειν
ἱερὰ παντογόνοις Μοίραις ἄρνας τε καὶ αἶγας
κυανέας, ἐπὶ ταῖς δ' Εἰλειθυίας ἀρέσασθαι
παιδοτόκους θυέεσσιν, ὅπῃ θέμις. αὖθι δὲ γαίῃ

Πληθο

[illegible]

Cur autem non & Latinos eos tentemus reddere si non elegantur, atque extemporalis, ex fide tamen, servato etiam quantum licuit, incomptæ illius sed venerandæ vetustatis colore nativo, aut squalore potius. Igitur ita qui volet eos togatis illis adhuc quodammodo rusticanis adscribat.

Ast ubi iam hominum longissima tempora vitæ
Orbis agens annos referet centumq; decemq;,
Sis Romane memor (licet alta oblivia tentent)
Sis memor, ut quæ se vicinam Tiberina coarctat
Ripa, feras diis in campo solennia sacra,
Cum nox atra premit terras, inclinatq; latens sol,
Agnas, caprigenumq; pecus genitalibus parcis,
Hostia sacra utraq; cadant, tum munera placa
Læta puerperiis (quod sic sunt) Ilithyiæ,
Terra sacris ferat, & scrophamq; sibi fertilis atram,
Sed Iovis ante aras candenti corpore tauros
Luce sacri, nam hæc superis gratissima diis.
Iunonis templum nitida cervice iuvenca
Imbuat, atq; eadem Phœbus placetur Apollo,
Qui vocitatur etiam Solem, Latoia propago.
Pæanas pueriq; canant, puellæq; Latinorum
In templo. Sed enim pueri, puellæq; seorsum
Concelebranto choros, verum hæc sit patrima prolis
Matrimaq;, at nuptæ genibus Iunonis ad aram
Orando nixæ, divamq; in vota vocanto.
Februa quidem simul viri quisq; & fœmina, quemquam
Fortunæ præcipue, accipito, deinde addat omnes,
Primitias vitæ placidis placamina divis
(Quia sic est) & cælitibus placando beatis.
Ante domi tamen illa memor tibi habeto reposita,

Quæ dare

Quae dare non dubitat posceris, utrisque
Formarumque [illegible], nunc digna sodalia dixit,
Perque dies noctes & noctes [illegible] nerbe
Complexuo, & [illegible] nascente [illegible].
Quae tibi si [illegible] sint omnia condita mente,
Cuncta tuo Italiae tellus, cunctique Latini
Subdent colla iugo, & nostris sceptra timebunt.

NON VERGILIVM SED OVIDIVM VIderi Priapei carminis autorē. Tum versicula illa, qui sunt apud Martialem, Hic si sapis ô puella ride, Nasonis esse pro[illegible], sed ex epigrammatis potius quam aut ex orationibus aut ex tragoedia Medea sublata [illegible], mox[que] nouā quippiā & uerū de Medea Nasoni adscriptū. CAP. LIX.

QVae Priapeia uocantur epigrammata, Vergilio plerique tribuunt, inter quos nisi est (arbitror) Seruius. Caeterum ego in Senecae libris illis qui [illegible] declamatoriis [illegible] inscribuntur, quanquam non admodum sinceri prodeuntur in lucem, quod quaedam non adeo [illegible] et, quibus[que] oratorum & rhetorum sententias, diuisiones, colores suasoriarum complectitur (nisi forte mendosum ore [illegible] exemplar unicum) subditicia esse, [illegible] quod habetur exemplar unicum) subditicia esse, non Vergili, sed Ouidii deprehendo. Siquidem illius in [illegible] secundo uerba ita sunt. Hoc genus sensus memini quam [illegible] dicere, cum declamaret controuersiam de [illegible] quod uirgo esset ille, quae [illegible] tractationis, quod uirgo esset & damnata. Petitur periit sacerdotium. Nouimus inquit, & [illegible] differentiam, qui etiam si primum [illegible] [illegible] nouitis relinquere, [illegible] ludunt. Audiebat illum Scaurus, non tantum disertissimus homo, sed uenu-

Priapeia.

sed unum fuisse, qui nullius unquam ingenium impunitum iudicium transire passus est, libenter Ovidianum illud.

Dum cinet alterius vultus saepe loci.

Et ille excidit, nec adora dixit. Hucusque Seneca. Nouimus autem hunc esse versiculum in Priapeis epigrammatis, cuius principium est.

Obscure poteram tibi dicere.

Sed & suspicor ipse (ni fallor) & prorsus Ovidiana quaepiam in eis versibus germana lasciuia. Quatenus autem sit haec auctoritati fidendum, legentium sit iudicium. Nos ut non pro nostro scripsimus hoc, ita nec pro confesso. Certe sic Ovidio conuenit etiam in caeteris effictioni, sic Vergilium contra decebat, a virginea quoque verecundia Parthenian vocatum, titulos illius operis, ut quamlibet intimato tectis & suspecto, pudeat tamen professo non credere. Sane illud in confesso, scripsisse epigrammata quoque alia Nasonem, de quis versiculum citat hunc Priscianus.

Parthenia vocatum Vergilium

Larte ferox caeso Cossus opima tulit.

Et apud eundem laudatum legerat sane Quintilianus istud.

Cur ego non dicam Furia te Furiam?

Nec alibi certe crediderim, quam fuisse in epigrammatis, quem citat hendecasyllabum Phalecium Martialis.

Ride si sapis o puella ride.

Nam quod praeceptum respicit aliquod ex artibus Domitiae, Marius vel auctoritate refutatur Martiani Capellae, qui videlicet in Satyra pro versiculo Nasonis eum nō pro Martialis agnoscit. Audiui etiam qui crederet de tragoedia esse Medea, quam Tacitus, quam laudat Quintilianus, & qui fuisse (quod miror) paene Vergilianis confectam versibus, auctor Tertullianus est, & nos in Nutrice significauimus.

Medea Ovidii.

Sed hoc

Sed hoc mihi nõ fit uerisimile. Quis enim uel in Graeca scena, uel in tragoedia Latina probabiliter legit, aut quid omnino tragicum sapit hic uersiculus, à tetrica illa grauitate uestibus penitus atque abhorrens? An uero nõ & Martianus ipse narrat propemodum clare de tragoedia hunc esse, si uerba modo ipsius fideliter recitata, diligenter quoque expendantur? At nõ ille Saturam suam, quod austera & censoria, quodque nimium tragici supercilij lusus castigauerit, quasi repercusserit, & ad frontem (quod dicitur) pro portione rigida inuenit, Pelignus, inquit, decetro iuuenis uersiculo resipisce, & (ni tragicum corrugaris)
Ride si sapis ô puella ride.
Ni tragicum, inquit, corrugaris, id est nisi frontē caperat tragica seueritudine. Quod significat rugarum tristitia & squalore asperat. Igitur si de tragoedia sit ipse uersiculus, quo reuocare uno maxime Saturā suā poeta hic ab austeritate illa tragica meditatur, saue locus hic (ut arbitror) frigidus hybernaque cana niue cõspersa alpes. Iā si quis de synceritate lectionis istius ambigat, sibi eo uelim Martiani uetustissimos inspiciat è publica Medicae gentis Florentina bibliotheca, sic enim profecto fidem nostrā credo sua diligentia adiuuabit. *Caperare frontem.*

AGON VERBVM, QVO VICTIMARIVS UTI SOLITUS, DE QUO ETIAM IN FASTIS OVIDIUS.

CAPVT LX.

OVidius in primo Fastorum.

Nominis esse potest succinctus causa minister,
Hostia caelitibus quo feriente cadit,
Qui calido strictos tincturus sanguine cultros,
Semper agone rogat, nec nisi iussus agit.

De hoc mactandi ministro ritu, deque item uerbo quo sacer-
dotiū

dotis maiestas auctor, apud omnes dictitat at Senecam in libro de dictis oratorum, rhetorumq; tertio, sibilum reperio notationem per haec verba. Deinde cum scholasticorum summo fragore, et sic quisquis es carnifex, cum strictam subduxeris securim, antequam ferias patrem respice. Belle dicebat hoc Asinius Pollio. Video, inquit, cervicem porrigat. Carnifex manum porrigat, deinde respiciat ad patrem, et dicat, Agone? Quod fieri solet victimis. Sed ideo quoq; removendo, aiebat rem turpissimam, non posse carnificem scire, nisi eo tempore, quo iam exorari pater non possit. Haec Seneca. Quo colligitur, verbum quo victimarius identidem utebatur, Agō fuisse, hoc est agone. Quare belle Ovidius. Semper agat ne rogat, nec nisi iussus agit.

Agon.

ERRATVM IN CODICIBVS PLINIANIS super cicuta, vinoq;. Quodq; videtur apud Macrobium Aconitum pro Conio.

CAPVT LXI.

Plin. lib.

VErba ex epistola Androcidis ad Alexandrum Magnum, clari sapientia viri, vitiose posita in Plinianis hisce codicibus reperiuntur hoc modo. Vinum potaturus rex, memento te bibere sanguinem terrae. Sicuti venenum est homini cicuta, ita et vinum. Levis professio sententiae, vinoq; violenta et coacta, addo etiam insipida, falsoq;, vinum esse homini venenum, sicuti cicutam. Sed enim in vetustissimo illo Medicae familiae Pliniano codice, citato a nobis iam saepe, sic invenias. Cicuta homini venenum est, cicutae vinum. Nam ut hominem cicuta, sic cicutae vim vinum potatum extinguit. Ex eoq; persuadere Alexandro nititur Androcides, ut tanquam re potentissima parcat Marte vino, quod venenum sit. Unde non dispari sensu terrae, esse san-

Cicuta vini venenum. Vin. idem.

guinem

gustum docuerat. Quocirca de herbis etiam ita Plinius concludit, neque uiribus corporis utilius aliud, neque uoluptatibus periculosius, si modus absit. Consimiliter etiam idem in lib. x. & xx. de cicuta narrat ut hominis curiosi, Remedium esse, ait, priusquam perueniat ad uitalia, uini naturam excalfactoriam. Quod idem Dioscorides prodidit. Dicit igitur Amb. in libro quem de utilitate ieiunij composuit, Vinum, inquit, maior uis est, quam ueneni. Denique ueneratum uino excluditur, non uinum ueneno. Sed & Plutarchus in Symposiacis libris, eadem ferme quae Plinius de cicuta. Tum cum locum, sicuti & alios permultos, propè ad uerbum conatus exprimere est in Saturnalibus Macrobius, Quanquam in omnibus, quos quidem hactenus uiderim Macrobianos codices, Aconitum pro cicuta reperitur, sicut in uetustissimo etiam Bernardi Michelotij bene literati hominis, & amici nobis. Sed enim opinor uitiatum esse id exemplarium, nec enim grabi tam fuisse ineruditum Macrobium persuaserim, ut quod esset Graece Conion, ipse Aconitum uerteret. Librarius erat deciderint, Graecanicum uocabulo, sicuti quoque Amb. in hexahemero Conium dicit, quod ex Basiliano partis argumenti libro & titulo, etiam Rufinus transtulit. Labitur autem facile lapsus, in aconitum de conio. Conium & aconitum sed Cicuta lit. bene non Aconi.

QVI SINT ARIETINI TESTICV-
li, quid digitus medicus, apud Tullium.

CAPVT LXII.

Cicero ad Herennium libro tertio, de memoriae artificio tractans, ita imaginem quandam instituit. Et reum, inquit ad lectum eius statuemus, dextra poculum, sinistra tabulas, medico testiculos arietinos tenentem. Quo loco uideo haesitare literatores quospiam etiam haud extremae Cic. Heren.

sortis,

Medicus. Scortis, quid sit quod legimus, medico testiculos arietinos tenentem. Medicus autem unus e digitis quinque vocatur, hoc est, ut arbitror, minimo proximus. Porphyrio enim super Horatianum illud ex ultimo sermone.

Qui si quid forte lateret,
Indice monstraret digito.

Digitorum nomina. Sic ait. Hoc ideo, quia certis nominibus singuli digiti appellabantur, & sunt haec nomina. Pollex, index, famosus, medicus, minimus. Quidam vero e Graecis certo numeri nomina digitorum [illegible] sic esse scribit. [illegible] Pollex, index, medius, anularis, auricularis. Quod ego quidem nec affirmo nec refello. Tantum notandum, medicum ab eo dictum, qui sit medius, ac famosus, non qui minimo proximus. Apud ipsos autem leguntur haec nomina, [illegible]. De testiculis autem arietinis lege in vocabulo Scortea in Festi compendio sic. Scortea id est pelles testium arietinorum, ab iisdem pellibus dicti. Tantum apud Festum. Sed enim Pollux sportas, sportulas, sportellas, numerandas esse ait receptacula, & saccos, sacculos, sacculos, & crumenas, & [illegible], & scorteas, & manticas, & marsyppia. Ut nihil sit dubium quin e digito eo qui sit minimo proximus suspensas haberi velit scorteas hoc est e testibus arietinis pellicias crumenas.

Testiculorum arietinorum scortea. Sportae, Loculorum nomina. marsyppia.

ALITER CITARI A VARRONE
Terentii verba, quam ut in exemplaribus
habeantur, aut Donatus agnoverit.
CAPUT LXIII.

Teren. in. Marcus Varro in libris de lingua Latina sic ait. Apud Terentium, scortatur, potat, olet unguenta de meo.

ducto. Scortari est sæpius meretriculam ducere. Sic ille, ac deinceps alia in eam sententiam. Ceterum Terentiani omnes ad unum codices, non scortatur habent, ut Varro legit, sed obsonat. Locus autem in Adelphis est. Obsonat, potat, olet unguenta de meo. Quam lectionem etiam Donatus agnoscit. Quid hic igitur dicemus? standum ne esse in Terentianis omnibus codicibus, an (quod vix credere ausim) permirabile vacillasse Varronem quoque ipsum virum πολυγραφώτατον à Cicerone appellatum, sicuti eundem Ciceronem Gellius deprehendit? Ut fateamur etiam in eminentissimis quibusque ingeniis oscitare interdum nonnunquam, proclivissimasque quasque diligentiæ. Scortari. Diligentiæ natura.

DECLARATI VERSVS AVSONI.
sed & Ouidii super Choliambo, aut Scazonte.
CAPVT LXIIII.

Ausonii poetæ sunt trimetri versus hi. Auso. in
Cum subiugabo de molarum ambagibus,
Qui machinali saxa volvunt pondere
Tripedes caballos, terga raptos verbere.
Quid hic eum significare opinamur? Nempe, ut arbitror, versus illos, qui Choliambi vel Scazontes appellantur, ut si dixeris claudicantes, quales apud Persium in principio, quales item Martialis, ab ipso nominatim citatur. Choliambi. Scazontes.
Apollinarem conveni meum Scazon:
Est enim Scazon trimeter iambicus, senis & ipse constans pedibus, sicuti rectus iambicus, hoc uno dispar, ut etiam scribit Hephæstion, quod rectus postremam sedem, iambo, pyrrhichio ve occupat, in antepenultimis quoslibet accipit pedes, quorum modo id extremum sit caput, circa syllabarum quantitates indifferens. Sed claudus hic iambicas clausulas postu-

lat spondaicũ uel trochaicum pro ipso. Penultimum ubi pedem, non dissyllabum modo, sed iambum plane, uel spondeum. Quod uero ait Hephaestion, spondæũ recipi sola quinta choliambi, tamquam equidem apud Latinos inuenire me commemini, ipse uersiculum hunc adducit Græcum.

ὁ τὴν ἄμοργον [illegible] ἀπέτυ [illegible] φέρων.
In summum [illegible].

Et Quintilianus. Aristides Græcus autor in libro de Musica, super Iambico loquens trimetro, Claudum fieri ait quando in extremo spondæũ recipit. Denique Ouidius quoque in priore libro de amorum remediis de utroque Iambo sic scribit.

Liber in aduersos hostes stringatur Iambus,
Seu celer, extremum seu trahat ille pedem.

Sunt autem utroque ad maledicentiam, liberiorémque facti, truces, et crudeles. Quare ob id stringendos etiam ait Ouidius in aduersos hostes. Dionysius item Halicarnasseus in libro de interpretatione, uehementi aut acri sermone esse choliambos ait. Itémque inter Hipponactem, cum lacessere contumeliis inimicos uellet, infregisse ait de industria metrũ, ac pro recto claudum fecisse et abnormẽ, hoc est acrimoniæ cõsentaneum, contumeliæque. Nam sicuti dissoluta figura parat acrimoniam, sic (ut ille inquit) dissoluta compositio. Quare caballos atque choliambos eos Ausonius nominat, quorũ translationem duxerat ab essedo, et uehiculo, cui caballi adiunguntur, et ut tardos ostenderet, de maleratis [illegible] capitos dixit, praeterea [illegible] sermone, tum eosdem tripodes uocant, quia Græci trimetri, quamuis senos habeant pedes, nam bini quique pro singulis uidentur in iambica capi. Qui [illegible] uoluerunt pondere, propterea dixit, [illegible] describerent, quæ uersus ipsos indicarerat,

Choliambi.
Abnorme-ius.
Caballi.
Tripodes.

rat, uel ut eos uiolentos, feroces'q; ostenderet allegorice, quasi qui lapides ingentes torquerent & uoluerent in hostes. De trimetro item utroq; sic idem Ausonius ubi Graece uersificando.

[illegible]

Quod Latine sic uerto.

Lex ipsa donat scazonta, & non scazonta trimetrum.

De scazontibus eisdem sic in epistola quapiam ex libro quar- Scazon.
to apud iuniorem Plinium. Proinde aut rursus mittas, aut caue ne eosdem istos libellos, quos tibi hendecasyllabi nostri blanditiis elicere nō potuerunt, conuitio scazontes extorqueant.

QVI SIT HABITVS IN STAtuis pacificator, deq; eo sententiae Statium in prima silua.

CAPVT LXV.

STatius in Siluula prima, quae in equum maximum scri- Statij loc.
pta est, iuuat ora tueri
Mixta notis belli, placidamq; gerentia pacem.

Item idem.

Dextra uetat pugnas.

Quem locū Domitius sic enarrat. Dextra uetat pugnas, hoc est inermis est in statua, uel ad dextrā est templū Pacis, quod nō placet inquit. Ceterū sicut placet hic sensus. Dextra uetat pugnas, quia sit inermis, aut itē quod de templo ipso traditur Pacis, quanquam nec alterū quidē placet sed, tamē nō uideo sic scilicet hanc sententiam uerā non probari. Nam ego uetere habitū puto, qui pacificator in statuis dicerectur. De quo ita legimus apud Quintilianum. Fit & ille habitus qui esse in statuis pacificator solet, qui inclinato in humerum dextrum capite, brachioq; ab aure protenso,

Habitus pacificatoris. Quint. li.

manum infesto pollice protendit, qui gestus maxime placet iis qui se dicere sublata manu iactant. Hac forma Quintiliani. Erat autem adhuc pacificatore habitu (ut fallor) statua illa Romae, quae pro aede Lateranensi inter prima urbis spectacula consistit.

LOCVS IN PLAVTI MVSTELARIA, & item alter in Milite, uindicati à uitio.

CAPVT LXVI.

Plauti loc. IN Mustelaria Plauti locus est mendose scriptus plerisque codicibus ad hunc fere modum. Viden conniuentia in foribus? Video. Specta qua arte dormiūt. dormiunt. Illic quidem ut conniuent uolui dicere. Sed cum de his neque sensus elicatur ullus, & festiuum Plauti dictum uitio librariorum pereat, faciam, ut arbitror, operae pretium, si scripturā incolumem de Florentino codice citato à nobis, iterum reposuero. Est autem perorsus haec. Viden coagmenta in foribus? Video. Specta qua arte dormiunt. dormiunt. Illud quidem ut

Conniuere conniuent uolui dicere. Nam quia conniuere dicuntur, qui dormitant, ut apud Catullum lectus est uersiculus.

Iam grauis ingenti conniuere pupula somno.

Propterea cum in foribus uideret esse minime laxa id

Coagmenta est coagmenta sunt, Tranio seruus ostenderet dormire ea ridicule probat, deinde etiam cōniuere, iocularitur dicit, ex oculis dormientium ducta metaphora. Similiter corrigendū puto

Plauti loc. alter. locum alterum ex Plautino Milite, qui sic mendose legitur. Mirum oleo militare te cum sis tantico. Quid istuc quaeso lusciosus. Verbero edepol tu quidem caecus nō lusciosus. Nā cum

Mirum. nullus hinc elici sensus queat, legendum arbitror sic. Mirum solio militare te, cum sis tantico. Sapientem hoc ubique adeo apud Plautum, ubique, pro mirum est reperitur. Atque solio

militare

uitiari oculos etiam ait Ouidius Fastorum primo.

Et careant loliis oculos uitiantibus agri.

Notat id Fulgentius quoq; non contemnendus Grammaticus. Fulgentius
Quare cum Sceledrus seruum lusciosum, uitiosisq; oculis conseruum Palaestrionem uelit significare, mirum esse ait uictitare cum lolio, cum sit tam uili tritico annona. Lolio autem uictitare eum, colligere se uti inde affirmat, illudens quod sit luscio sus. Lusciosi porro sunt luscitiosi, qui uitium hoc habent oculorum, ut clarius uespertino quam meridie cernant. Lolio uicti tare. Lusciosi. Luscitij.

CORNICEM VIDERI APVD VETERES concordiae symbolum, non ut omnes apud Iuuenalem existimant, ciconiam.

CAPVT LXVII.

PRo comperto iam habetur, ciconiam denique esse quae concordiae repraesentaretur apud priscos effigies, atque in uersiculum Iuuenalis omnes interpretantur. Iuue. Saty. i

Quaeque salutato crepitat concordia nido.

De eo tamen nullum omnino afferunt testimonium, quod auctoritatis adminiculo fulciretur. Ego cornicem magis acceperim, ductus Heliani Graeci scriptoris testimonio, qui libro de animalibus tertio, de hac aue sic propemodum scribit: Cornices, inquit, inter se fidissimae sunt, et cum societatem coierint, maximo se opere diligunt. Neque id genus animalis uideas quispiam temere misceri, et temere. Quin hoc quoq; dictitant, qui res eiusmodi callent, altera extincta, comparem uiduam degere. Caeterum id quoq; audio, ueteres in nuptijs post hymenaeum, cornicem inuocare, signumq; id concordiae dare ijs consueuisse, qui liberorum quaerendorum gratia conuenissent. Tum qui sedes auium et uolatus obseruant, inauspicatum esse captantibus augurium dicunt, unius tantum Cornicum concordia.

corniculi obsequium. Sic ille. Sed & in numismatis aureis diuae Faustinae Augustae, manifestam prorsus imaginem Leo nuper mihi Laurentius Medices ostendit cum titulo ipso concordiae.

VERSVS EX CALLIMACHO SVper crinibus reginae Berenices, atque inde eundem ex Catulli corruptum uersiculo

CAPVT LXVIII.

ELegiam Callimachi de crinibus Berenices inter sidera receptis mira elegantia uersam in Latinam linguam nobilis poeta Catullus, [margin: Catullus.] sed quanquam pleraque sint in ea corrupta, mendosaque, & iniuria scriptorum librariorum confusa. Sed argumentum ipsius partim apud Hyginum Latinum autorem, partim etiam apud Theonem, neque non Achillem quoque Graecos Arati enarratores inuenias. Graeca sane ipsa Callimachi elegia non extat ad nos quantum comperimus, sed aetate intercidit. Apud Theonem tamen Arati eiusdem interpretem principium illius talem reperio.

ἥ με κόνων ἔβλεψεν ἐν ἠέρι τὸν Βερενίκης
βόστρυχον, ὃν κείνη πᾶσιν ἔθηκε θεοῖς.
Vidit me Conon aethere in aere Berenices
Crinem, quem illa cunctis posuit diis.

[margin: Apollonii commentaria.] Praetereaque in commentariis super Apollonium Rhodium ex Lucillo Tarrheo, Sophocleo, & Theone collectis, ubi de Chalybibus agitur libro secundo, sic adeo est inuenire, καὶ Καλλίμαχος· Χαλύβων ὡς ἀπόλοιτο γένος, γειόθεν ἀντέλλοντα κακὸν φυτὸν οἵ μιν ἔφηναν. [margin: L. emendatio [illegible] & Callimachus Calybum ut [illegible]] Ex quo uersiculum sic etiam legendum quis dubitet? Iupiter ut Chalybon omne genus pereat, Vt sit Chalybon [illegible]

Grae-

Graece dictum. Atque hoc insuper legunt quidem Teleram. Vulgatissimi codices [illegible] retinent contra etiam metri rationem. Sed hanc scio nostram observationem iam pridem esse pervulgatam, quam tamen a nobis ortam, vel ille ipse scit qui vulgavit, libenterque etiam fatetur vir doctissimus undecunque Picus.

OARION SYNCERITER ESSE apud Catullum, quod Aorion isti legunt, qui bonos violant libros.

CAPVT LXIX.

IN elegia eadem Catulli ex Callimacho, Oarion legitur pro eo quod sit Orion. Quam quoniam integram adhuc inviolatamque dictionem nonnulli temere attentare iam incipiunt, contra hanc sinistram imperitorum audaciam standum mihi est omni (quod aiunt) pede, ac Callimachi eiusdem autoritate, qui sic in hymno ipso in Dianam, etiam nunc extante, ait. Catullus.

οὐδὲ γὰρ Ὦτος, οὐδὲ μὲν Ὠαρίων ἀγαθὸν γάμον
ἐμνήστευσεν.

Nihil quidem Otus nihil quidem Oarion bonas nuptias ambiverunt.

Sed et Nicander Theriacῶn libro consentaneus.

Βοιωτῷ τεύχουσα κακὸν μόρον Ὠαρίωνι,

Hoc ego paravi malum fatum Oarioni.

Et Pindarus in Isthmiis.

οὐ γὰρ φύσιν Ὠαριωνείαν ἔλαχεν,

Non enim naturam Oarioneam sortitus olim fuit.

ὀρειᾶν πελειάδων μὴ τηλόθεν Ὠαρίωνα νεῖσθαι.

Montanam a columbis non longe Oariona incedere.

Quare putat Eustathius quinto in Odysseam commentario, παρὰ τὸ ὀαρίζειν appellatum. Non igitur Aorion, sed Oarion vera lectio. [illegible]

CVIVS IN BRVTI NOMISMATE symbolum sint pileus & pugiunculi.

CAPVT LXX.

Bruti nummus, pileo & duobus pugiunculis.

SI quis nomisma Bruti reperiat ipsius caelatum imagine, praetereaque pileo, & duobus pugiunculis, ne dubitet in explicanda ratione, causasque liberet, legat historiarum Dionis librum xlvij. Nam ex his requirit, Brutus signis signabat, ob se, & Cassio patriam libertatem. Sed enim pileum gestari ab his solitum, qui libertatem nacti, indicatum, pugiunculisque, quibus id sit autoritate confirmandum.

QVAEPIAM VVLGO LEGI ADHVC apud Maronem contra regulam, contraque rationem metri.

CAPVT LXXI.

Vulg. locus. PVtant referre quidam manifestum, sed nondum tamen a quopiam (quod sciam) nisi nobis indicibus animadversum, varietatem Vergilianis codicibus irrepsisse lib. Aeneid. octavo.

Quod fieri ferro, liquidove potest electro.

Caeterum in volumine illo, quod est in intima Vaticana bibliotheca, mire vetusto, & grandibus characteribus perscripto, non potest fere offendas, sed potest absque aspiratione verbum. Quae etiam verior esse lectio, vel inde probatur, quod electrum ubique, Electrum primis syllaba longa, tam apud Graecos ponitur, quam apud Potis. nostros. Neque quisquam interpretum super verbo potest fieri aliquo novo, insolitoque loquuntur. Haud tamen praeterierit me veteres hoc quoque protulisse, sicut Pacuvium in Chryse, sicut etiam Lucretium, quorum dum sunt & potuerant lecta a Nonio Marcello est in Caecilianis annalibus. Sed & alios locos Vergilii alii loca. eius in idem mutua consimili laborare, apud eundem poetam.

Sceptra

Sceptra Palatini, sedemque petiuit Euandri.

Cum in uetustiore codice non petiuit trissyllabum, sed petiit dissyllabum scriptum inuenitur. Quod & metri ratio cogit, alioqui prima syllaba Euandri, contra omnem uel rationem, uel consuetudinem breuis fieret. Est uero in arrogatur syllabarum quinta sede. In uerbo autem petiit syllaba ipsa posterior, uel quia sit in fine, uel quia coaluerit una ex duabus, iure producta est. Martianus autem Capella syllabam docet ubique esse communem, quae desinat in T literam, sicut in illo carmine Vergilii. Euandri. T litera ubi com.

Nam tibi Thymbre caput Euandrius abstulit ensis.

DE PHILYRA ET lemniscatis coronis.

CAPVT LXXII.

Philyra quid sit uideo nesciri a plerisque, perperamque etiam a nonnullis interpretibus accipi. Philyra.

Nam uocabulo eo sic utitur Horatius in primo carminum,

Displicent nexae philyra coronae. Horatius.

Et Ouidius item quinto Fastorum.

Ebrius incinctus philyra conuiua capillos Saltat.

Quo apparet usum ipsius apud ueteres in coronamentis fuisse percelebrem. Iam primum igitur si consideres quae super philyra Theophrastus in tertio de plantis, quaeque item Plinius in decimosexto natur. historiae narrant, facile animorum cognoscas, eandem apud nos esse tiliam, quae philyra sit apud Graecos. Ac sic etiam Theodorus Gaza quantumuis homo doctus & diligens interpretatur. Porro autem nominis etiam quaedam ex libro ipso tiliae arboris, uel ad eum similitudinem factae, quibus aut lemnisci fierent. Lemnisci de coronis pendulae ut libelli, Graeco uocabulo peculiariter appellatae philyrae. Tilia. Lemnisci.

Testatur partem ex his eodem libro Plinius his verbis. Inter corticē & lignū tenues tunicas, multiplici membrana, ē quibus vincula tiliae vocātur, tenuissimae earū philyrae coronarū lemniscis celebres, antiquorū honore. Rursusq; idē libro primo atq; xx. de lemniscis & philyris ita meminit. Crassus diues primus argento, auroq; folia imitatus ludis suis coronas dedit. Accessere quoq; & lemnisci, quos adijci ipsarū coronarū honos erat propter Hetruscas, quibus iungi nisi aurei, nō debebāt. Puri diu fuere hi, caelare eos primus instituit P. Claudius pulcher, bracteasq; etiā philyrae dedit. Porrò lemniscatas coronas, etiam (ni fallor) in nomismatis Laurētij Medicis identidem uidemus, deq; his mentio quoq; apud Suetoniū, sicut idē à Pompeio Festo lemniscatarū uocabulum diligenter exponitur, deq; lemniscis itidem nonnihil Tertullianus quoq; in libro de corona militis. Nicas autē in cōmentario, quē per ordinē literarū composuit, Graece ille quidē, sed in hunc ferme intellectū philyrā interpretatur, philyra, inquit, planta librū papyro similē habens, ex quo etiā serta cōplicant. Esse autē dactylum philyrā lemnisci modo, ad pectus poni, innuit & Tertullianus idē in libello eo, qui de pallio inscribitur. Quin Herodianus etiā Graecus autor olim à nobis in Latinū cōuersus, & Innocētio octauo pōtifici maximo dedicatus, libro ipso historiae primo uictoriam librum facit è philyra tenuissima, utroq; uersum replicabili. Sed & Capella Martianus libro de Philologiae nuptijs secundo, Cernere erat, inquit, qui libri, quantaq; uolumina, quot linguarū opera ex ore uirginis defluebāt. Alia ex papyro, quae cedro perlita fuerat uidebantur. Alij carbasinis uoluminibus implicati libri, ex ouillis multi quoq; tergoribus. Rari uero in philyrae cortice subnotati. Testis quoq;

Vlpian9

Caelare. Lemnisci. Coronae lemniscatae.

Nicae commentarij. Philyra.

Vlpiani uerba reperies in titulo Digestorum, de legatis, et fideicommissis. Librorum appellatione continentur omnia uolumina, siue in charta, siue in membrana sint, siue in quauis alia materia. Sed et si in philyra, aut tilia, ut nonnulli conficiunt, aut in alio corio, idem erit dicendum. Denique etiam Eusthatius in commentario secundo Homericae Odysseae, sicubi prius de nauticis rudentibus mentione, corticem illic dicit, quam Graeci philyram nominant, plurimum in id genus funium suppeditare materiam. Receptum autem uidetur ex eo uel coria quoque singula, uel tunicas, aut membranulas etiam materiae dispares a tilia, philyras uocari, aut philuras, ut Graecis in ea consuetudine, uetere et peruulgata Latinorum consuetudine. Sicuti de papyro agens Plinius libro xiii. Praeparantur ex eo, inquit, chartae diuisae acu in praetenues, sed quam latissimas philuras. Nec illud atque ad haec enarranda, omnino pertinet, quod idem ait Plinius lib. xxiiii. Philyra coctos, et polline mixtam salem cibis eximere. Philuras. Salis exemptio.

VOCABVLVM QVOD EST expernata, Catullianis uideri exemplaribus reponendum.

CAPVT LXXIII.

QVod nunc tradituri sumus, fortasse a nonnullis, ut incertum et nouellum, parumque adhuc exploratum deridebitur, et exsibilabitur. Sed ego mihi de eo dicendum putaui, ne uestigium illud antiquitatis pene iam abolitum, qualecunque sit, extingueretur. Ostendit mihi Romae abhinc quadriennium Manilius Rallus Graecus homo, sed Latinis literis adprime excultus, fragmentum quoddam Sexti Pompei Festi (nam ita erat in titulo) sane quam uetustum, sed pleraque mutilatum, praerosumque a muribus. Quod me Festi Pompei opus.

magnope

magnopere tenuit, siquidem reliquiae illae qualescunque ex integro ipso volumine superabant, quod autor Festus composuerat, non ex hoc autem compendiario, quod nunc in manibus conclusum, insulsiter, & decurtatum, scilicet ab ignobili, & indocto quodam, nec isto quoque nomine, satis bene de literis merito. Nonnullas quoque ex eodem fragmento Pomponius Laetus vir antiquitatis & literarum bonarum consultissimus, sibi pagellas retinuerat, quas itidem legendas mihi, describendasque dedit. Ex hisce igitur ea subsidicans nunc sane, verbum nec Catullianum, quasi postliminio in suas sedes revocabimus. Siquidem ubi exponitur in hoc compendiario, vocabulum Supernati, quod eos significare ostendit, quibus femina sunt succisa in modum suillarum pernarum, atque ex Ennio versus allegatur.

Pom. Lae.

Catul. lo.

Supernati.

Hos pernas succidit iniqua superbia Poeni.

Hoc utique loco vetus codex circumrosam plane habet expositionem, sed ita tamen, ut appareat ex reliquiis literarum male cohaerentibus, Catullum quoque post Ennium adduci, cuius utique carmen sit illud, qui nunc vitiose sic legitur.

In fossa Liguri iacet superata securi.

Nam ut de carminis residuo nihil mihi arrogem temere, videbar sane tam syllabas vitae quoque elisas, etiam pro explorato asserere posse, supernata legendum in eo, non superata, quantum ex paucis illis potueram vestigiis adhuc, aut ratiocinatione colligere, quanquam etiam velut ex oblitterantis penitus tam vestigiis videbam. Quod si cui pendere adhuc veri fides videtur, at pendeat equidem malo, quam aut cadat, aut iaceat. Nec aliquod in eo certe, nec arbitror iniuria, ponemus firmamentum.

Supernata

HISTORIA NON ILLEPIDA super Zeuxi pictore, & Helena.

CAPVT LXXIIII.

ZEuxis ille pictor Heracleotes adprime nobilis etiam Helenae pinxit imaginem Crotoniatibus, atque quidem laudatam, de qua Cicero in rhetoricis contra Hermagoram, locupletissime scripsit. Sed quod obiter in Heliani libris commemoratur historiae, superioribus annis apud Ioannem Laurentium Venetum, magnae quidem in pontificia curia auctoritatis, nec minoris tamen in litteris eruditionis, sed & emunctae naris hominem, Romae legimus. Id nobis antiquitatis non indignum visum, quod hic etiam legeretur. Neminem ait spectatum Zeuxis admittebat, nisi qui nummum precium dedisset. Ex quo vulgo etiam tunc Helena meretrix vocitata, quoniam quaestuaria.

Zeuxis. Helenae imago.

Io. Lau. Venetus.

Helena cognominata.

EMENDATA VOX IN IBIDE, simul explicatae sententiae contiguae nota habentur.

CAPVT LXXV.

ENarravit Domitius libellum Nasonis in Ibin, praefatus ex Apollodoro se Lycophroneque Pausania, Strabone, Apollonio, aliisque Graecis, etiamque Latinis accepta scribere. Multa in eo commentario nova ridiculaque confingit, & comminiscitur ex tempore, commodoque suo, quibus fidem facit, aut se frontem penitus amisisse, aut tam magnum sibi fuisse intervallum inter frontem & linguam (sicut ait quidam) ut frons comprimere linguam non potuerit. Furor est adhuc aliquos tam caecos istius hominis invenire amatores, ut ad illa nondum, saltem quodcunque oculos adaperiant. Furor est profecto, furor, dare occasionem impudentiae caeteris fiunt

Domitius Cald.

Inter frontem & linguam intervallum.

errore

do errores etiam alienat, quoniam facit interdum senten-
tiae non poenitendae. Sed quid istis facias literatoribus, nam
literatorum magistris, qui nullo magis, quam nobis magis

Literatorum magistri.

supercilia tollunt, ut cochleae cornua, quorumque plerumque
prae sui ingenii, quam magis excoluntur, tam magis obdure-
scunt. At cum ne penitus hilaritas operam, dissimulatis
his quos sua sibi aetas contemnendos, exequemur reliqua
propositi. Mihi igitur ille unus locus inter caeteros mouere
stomachum solet, qui sic vetustissime nunc legitur.

Utque loquax in equo est elisus guttur Agenor,
Sic tibi claudatur pollice vocis iter.

Ubi sic ait Domitius, Agenor lapsus regni historia cui manu
extinctus est. Ita ne tandem vir doctissime? Sed oro te mi
Domiti, Graecam profer si potes, aut Latinum modo identicum
fabulae illius autorem, nec enim dico iam, qui me non doctrina
Graecales, aut admiratores tui, sed vel quosque literati, qui-
bus hic labor exsudat, pro indoctissimo iam, atque etiam im-
pudentissimo damnent, et quidem consilio suffragium, quo-
niam a te dissentiam. Mihi sane recta esse et emendata scri-
ptura uidetur, si ratione libera considerata sit, non Agenor,

Ouid. in Ibin locus. Anticlus. Helenae co-mites.

sed Acron, ut de Anticlo dictum accipiamus. De quo est etiam
apud Homerum lib. quarto Odysseae. Nam cum ad equum
illum Troianum, trabibus contextum, grauidumque militi-
bus impulsu numinis accessisset Helena, atque imitari uocem
cuiusque coepit, ut illi deinde formam desiderio cuperent,
resiccaret memoriam, responsa iterum edere. Sed cum reli-
qui patientiam, silentiumque praestitissent, cum solus Anticlus
in respondendo lubrico, articuloque iam foret, statim est ab
Ulysse prehensus, et manibus impressis suffocatus, itaque in-
tercepto, ut monstratio potius iudicio percepti depulsum.

Caeterum

Caeterum Tryphiodorus quoque Graecus autor in poemate, quo de Ilio capto scribit, Anticlum hunc Ortygiden appellat, uxoremque eius nominat Laodamian, ita inquiens. Laodamia

ὀρτυγίδης δ' ἄντικλος ὃν αὐτόθι τεθνειῶτα
ἵππου δουρατέης ἔντοσθ' ἔθαψαν ἀχαιοί.
Ortygides autem Anticlus quem sic mortuum
Equo in ligneo sepelierunt Achivi.

Et item alibi sic.

ἄντικλος δ' ὅτε μῦθον ἐπέκλυε λαοδαμείης
μοῦνος ἀμειβέσθαι ἐπεβάλλετο γῆρυν ἀνοίξας
ἀλλ' ὁ μὲν ὀδυσσεὺς κατέπαυσε.
Anticlus vero cum sermonem accepisset Laodamiae
Solus respondere incipiebat ostium aperire.
Sed Vlysses hunc.

Et alia deinceps addit, per quae fabula omnis similiter ab Homero versibus perstrictis explicatur. Sed et nos in Ambra sic attigimus. Ambra Politiani.

Indicique meta praeclusum pollice fauces
Anticlon Ortygiden.

Consimilia vero istis apud Domitianum tradita, quae facile arguunt, quo fuerit illius processura licentia, praesertim sic irritata, fluxionibus imperatorum nisi mors eum apud superos adhuc quidem iuvenis desisset. Domitiani licentia.

NON ANTILOCHVM AB HECTORE
sed aliter adhuc legendum in prima heroidum.

CAPVT LXXVI.

IN prima heroidum Nasonis epistola, sic legitur. Ovid. in heroi. locus.
Sive quis Antilochum narrabat ab Hectore victum.
Sed victum, necatumque ab Hectore Antilochum, profecto nusquam reperimus. Quare aut Amphimachum credidero legendum, aut non ab Hectore, sed Memnone. Constat enim

ex iiij.

Amphimachi cædes. ex xiij. Homeri Rhapsodia, occisum ab Hectore Amphimachum Cteati filium, qui de Græcis ductor unus etiam in catalogo numeratur. Constat item interfectum à Memnone filium Nestoris Antilochum. Quamobrem erratum in eo quod existimarat Antilochi cædes. hactenus ueteribus deprehendisse manifestarium, sic hæc à nobis in pro tempore sufficiunt, quæ lector æqui boni consulas, atque ni fallor gratia si non ueritatis, at certe ueri similitudinis asseruntur.

QVO ARGVMENTO DICENdum Vergilius, non Virgilius.

CAPVT LXXVII.

Vergilius. Vergilius dicendum ne sit, an Virgilius, ut nunc uulgo loquuntur, hoc est cum media ne scribi, an cum tertia potius in prima syllaba, iandiu adhuc inter eruditos ambigi. Cæterum ut ego Vergilium dicam magis per e, quod iam placere quibusdam per nos etiam doctis incipit, quam Virgilium per i, quod uulgo tamen obtinet, in causa sunt antiquitatis aliquot monumenta, nostræ obseruationi patrocinantia, quæ libens equidem subijciam propter propudiosos nescio quos, et cuiuslibet plenos, odio omni fastidioque dignissimos: qui quanquam semper obtrectatores sunt, ... tamen inter indoctos ... audent sibi censuram literarum. Sic ut istam quoque qualemcunque nostram sententiam deprehendendam, ac remouendam (si possunt) diligentia, studioque non ... modo, sed et in reprehendendo acerbe, quasi flagitium facere putant, quod hi ocium oblectantur, ... ipsi magis contempserint, quod ob hæc ocio nostro insidiantur, dum iacebat adeo ..., et ... operam sumimus, quasique tempus, rem preciosissimam, in superuacuis erogamus. Qui tamen si legissent, aliquando magnos uiros de singulis quoque literis

propudiosi

Ennius. Virgilius.

literis integra uolumina compensauisse, ac te Caesarem quidem ipsum nonnunquam in hanc sententiam descendere, dicentem fortasse mihi ueniam, non recompensationem bonam, siquando inter altiora studia, etiam rei literariae tractatione, paruas quidem, sed quasdam etiam magis minutias. Neque enim reprehendendum iure puto, si haec etiam, sed haec sola conscripsi, ad quae non ut ab otio ad studium, sed ut a studio ad otium me refero, et in quae non tam fere ex professo, quam casu incido, cum si literis ex commodo incumbam, omnibus interim colligam seruarim. Neque tamen in id ego supercilium subduco, nec inde me censeri, facile paterer, ut qui non Apinas modo haec esse et tricas, ut in prouerbijs iactitatum est, uerum etiam pene nihil et nosse, et scire. Sed tamen hoc ipsum tam nihil, praestat agere, quam longas ad ipsorum fortasse exemplum trahere oscitationes, et grauiore in ocio torpere, aut quam contra nihil agere, ne nihil prorsus agendo, male discamus agere. Reddenda igitur testimonia sunt nobis, ne ubi fides claudicet, ac ne quid non in expedito sit noscere uolentibus. Inuenimus igitur Volsinijs uetustam quampiam inscriptionem, uetustissimis, penéque exolescentibus characteribus intra aedem Christinae uirginis, quae pro ara est Apostoli Petri, ubi VERGILI legitur. Inuenimus etiam Romae nomen hoc Vergilius ita notatum in marmorea item lapidea, quam uidebit et ipsa intra aedem uirginis nunc [illegible] altaris. Idque nos utrunque non sine aliquot arbitris etiam de proximo inspeximus. Neque enim antiquarij dictatis inspectionem modo testes, sed et oculati esse concupiuimus. Quin in Pandectis quoque istis, quae nunc Florentiae publice asseruantur, libro ipso Iustiniani principis archetypo, non aliter quam per e notatur id nomen. Sicuti etiam in uolumine Marcia-

[illegible] (margin note)

Apinae. Tricae.

antiquo literis maiusculis perscripto, qui Romae in intima Vaticana bibliotheca, etiam unus ostenditur. Praetereaq; commentarii Tiberii Donati nũc in manibus habet Landinus homo & eloquens & eruditus, & Florentiae iam diu doctor bonarum literarum celeberrimus, cui se praeceptori adolescentiae meae rudimenta magnopere debere, & qui nũc in professione quasi adiutore me collega, hoc etiam in tanto sua sibi fama nobis adhuc in studio literario sitienter decertantibus, impartit ut quicquid ipsi laudis acquirimus, quasi suũ sibi amplecti atq; agnoscere uideatur. Is igitur (ut dicebam) commentariũ Tiberii Donati habet in manibus, & ipsum grandioribus notatum uetustis characteribus, cuius antiquitas hoc haud dubium reliquerit. Quod itẽ in codice diui August. de ciuitate dei ex publica Medicae familiae bibliotheca, neq; nõ in Colenello ex priuata eius sibi gratia, literis utroq; Longobardis exarato. Tũ in Senecae epistolarũ libro peruetere, cuius nobis copiã fecit Nicolaus Michelotius Laurentii Medicis a secretis, elegãtis homo ingenii, multisq; itẽ aliis uenerãdis antiquitatis uoluminibus, sicuti nũc Iacobo Modesto Pratensi familiari nostro, & studiorũ adiutori, nunc aliis item nostris auditoribus, utrãq; aut recte scriptam aut castigatam ostendimus. In collectaneis autẽ quae superiore ad Laurentium Medicem Iucundus misit, uir unus, opinor, studiorũ, monumentorumq; antiquorũ supra nos tales ceteros nõ diligentissimus solũ, sed etiã siue cõtrouersiã peritissimus, relatum quoq; inuenio elogium hoc, quod Romae (sicut ille ascribit) in marmoribus inuenitur. TI. VERGILIVS DONATVS. Et item C. PAPIRIVS CESTVS VERGILIAE OPTATAE VXORI SVAE BENE MERENTI DE SE. Quibus autẽ monumentis ista ab-

Christoph. Landinus.

Iucundus Veronensis.

ex sent

ta ſeculorũ uetuſtate roborata, mihi ſatis ad præſidiũ ſint, attamẽ rei ipſi quoq; aſſipulatur & ratio. Nã ſicuti à uere dictæ uergiliæ ſtellæ, ſic à uergiliis ipſis, uel etiã à uere proe priũ hoc nomẽ crediderim inclinatũ, potius hercle quàm à uirgine, qđ quidã nugantur, lucere. Nã id eſt apud autorẽ minus idoneũ inuenitur, cũ reſpiciatur hoc ipſo, qđ multi ante hũc æditũ poetã, eodẽ ſunt appellati nomine. Quãdo igitur aut nõ teſtimoniũ grauius, aut nõ ratio ualẽtior exhibetur, atq; à uetuſta magis conſuetudine, quàm à noua inſcitia ſtandũ eſt, unde hæc ſorte ego loquẽdi uenerit in linguas. Etenim magna pars uniuerſũ caligantes ad ueri cõſpectum. Quis ut vulgus conqueratur, Vergilius quoq; nomẽ hoc ſinistimũ, nõ Virginiũ in marmoreo nuper libro pro æde ipſa diuæ Mariæ Maioris inſcriptũ Romæ animaduertimus.

ADDITAM FALSO NEGATIONEM PRImo Digeſtorũ uolumine, quo capite de officio procõſulis agitur & legati. Cap. LXXVIII.

PAulus iuriſcõſultus libro ſecũdo ad edictũ ita ſcribit. Legatus mãdata ſibi iuriſdictione iudicis dandi ius habet. Sed hæc uerba in primo Digeſtorũ uolumine, quo capite de officio procõſulis & legati tractatur, addita perperã negatione in pleriſq; codicibus inuenias, ſic uidelicet. Legatus mãdata ſibi iuriſdictione iudicis dãdi ius nõ habet. Cæterũ in Pandectis iſtis Florẽtinis, quas etiã archetypas opinamur, negatio prorſus eſt nulla. Quo fit, ut interpres legũ Florentinus Accurſius, ut de ſuo & ipſe nactus codicẽ, pene diuerſa noſtra ſibiliter ſe torqueat. Digeſtor. Archetypæ Pandectæ.

CVR LYSIMACHI REGIS FACIES IN numiſmatis cornigera. Cap. LXXIX.

LYſimachi regis facies in numiſmatis cornigera. Cauſa ria apud Appianum in Syriacis. Nãq; ait ab eo ſerũ Lyſimachi facies cornigera.

taurum de sacrificio Alexandri Magni abscedentis elapsum, referunt autem manibus ambabus, et occisum. Atque ob id inquit [illegible], Quod significat, ob id eum statuit demum apponi cornua.

FABVLA IGNOTIOR DE TIRESIA et Pallade, qua sensus aperitur Propertianus.

CAPVT LXXX.

Propertij locus. PRopertius in libro elegiarum quarto sic ait:

Magnum Tiresias aspexit Pallada vatem,
Fortia dum posita Gorgone membra lavat.

Extat adhuc hymnus Callimachi poetae, cui titulus εἰς λουτρὰ τῆς Παλλάδος. In quo fabulam Tiresiae multis elegiacis versibus in hanc ferme sententiam tractatur: fuisse Nympham quampiam Thebis, cui nomen Chariclo, Palladi prae caeteris gratam, matrem Tiresiae. Sed quum se Pallas aliquando et Chariclo item in Heliconio Hippocrene, unde per aestum lavarent, ac tum casu venator Tiresias ad eundem fontem sitiens accessisset, Minervam scilicet imprudens nudam conspicatus, luminibus oculis est captus. Nam ita Saturnij leges cantant, inquit, ut qui deum invitum cernat, ingenti mercede cernat. Cui simile quippiam de deorum conspectu scribit Abammon Aegyptius in epistola scripta ad Porphyrium philosophum, quam tamen censuit Proclus Iamblichi potius esse quam Abammonis, ex quo Vergilius. Tectaque capite [illegible], ne respiceris. Quod et Leucothea Homerica monuit Vlyssem. Sed et illuc unde abij redeam. Cum in hanc Tiresias calamitatem incidisset, mota lachrymis Charicli Nymphae Pallas, et vaticinium, et longaevitatem, et post obitum quoque prudentem, sapientemque praestitit, et baculo insuper donavit, quo veluti duce, vestigijs inoffensis

Margin notes: Hymnus in lavacra Minervae. — Chariclo. Tiresias oculis captus. — Saturnie leges. — Abammon. — Verg. in Aen. — Baculus Tiresiae.

inoffensis gradiretur. Quod et nos in Ambra sic attigimus, cum de poeta loqueremur Homero: Ambra.

Baculum dat deinde potentem
Tiresiae magni, qui quondam Palladis undam
Vidit, et hoc raptum pensauit munere lumen,
Surdas inoffensos baculo duce tendere gressus.

Et ibi sic in Nutricia Tiresiam periphrasticos insinuauimus: Nutr. locus

Quid cui post uisos nudae Palladis artus
Cernere nil licuit?

Quin hoc apud Nonnum lib. v. Dionysiacōn, ita conclamans inducitur Actaeon, ut felicem Tiresiam dicat, qui citra mortem tantum amisit oculos Mineruam aspexerit nudā, quae etiam lumen ademptum in animum ipsius transfuderit. Atq; adeo sic ait:

ὄλβιε Τειρεσία, σὺ μὲν ἔδρακες ἐκτὸς ὀλέθρου
γυμνὸν ἀθηναίης δέμας ... ἀθλίον.
Felix Tiresia qui citra uidisti ... mortem
Nudam ... Mineruam.

Et paulo post.

ζωὸς ἐὼν βλεφάρων ὀλέσας φάος, ὀφθαλμῶν δὲ
δεξιτερῶν ἀμάρυγμα νοήμονι μήτιδ' ἄμειψεν Ἀθήνη.
Viuus tuorum oculorum perdito lumine, dextrorum uero oculorum splendorem cum mente commutauit Pallas.

Hactenus autē super hoc poetae loco scripseramus, cū nobis Picus noster Mirandula, quasi Cynthius alter, in illo ipso quo iam haec imprimēda fuerāt articulo, aurē uellit, et admonuit, ut elegiam quoq; ipsam Callimachi, quae uidelicet una extat apud Graecos (quantū equidē sciā) sed et rarissima est inuētu, subiiceremus, et quāquā spatiis iniquis exclusi tēporis, uertere eā quoq; tamē in Latinū reciperemus. Ego uero qui nec scribere alieno stomacho libēter soleo, nec exīs

R 3 per ali

pro alitati satis confido, non diffido tamen id etiam quoquo modo facere. Quoniam autem id quod à me Picus exegit, nec licet mihi nescire quod nesciui, nec nõ posse quod nequeo, vel quod honesti me charissimi sentio, vel quod plus etiam uideor in rebus meis quam ego ipse mihi persuadeo. Vertimus igitur penè ad verbum, & quod Graeci dicunt [illegible], nõ sensu modo, sed numeris etiam quod est difficillimum, coloribusque, figurisque. Tantumque nunc admonemus lectorem, pauca uidere nobis adhuc mendosa in Graecis exemplaribus, quae non erat pudoris nostri corrigere, sed & scriptum ipsum à fine versiculis reliquo uno distare ut uocabulo existimasse. Quem nos tamen Latinum pro coniectura suffecimus. Illud item sciro est opus, nostrum hoc esse interpretamentum, & à nobis denique factum esse, primum quidem in aliquo commentariolo, quod & Sylua per se ipse quasi ditaremus, tot ab hinc annos adhuc probauisse, quarum adiiceret alteram magno fauore olim consensu publice mallis excipientibus interpretati. Sit ergo nostri iuris, quod nostri fuit inuenerit, ut quarta etiam lama (sicuti prouerbium fertur) mitti credamur, ut alii tantummodo ad Herculis exemplum laboremus. Iam illud quoque miror, cur & Domitius, & alii quidam post illum, quocumque memini, quicunque excogitant scribere audeant, hoc, aut aliud imitatione Callimachi dictum fuisse à Propertio, cum praeter hymnos paucolos, nihil prorsus extaret ad nos poetae illius, nec ulla plane quidquam quod amoris argumenta contineat. Sed iam & ad Callimachi iam versiculos subscriptos uetere more sine aliis accentiunculis adiungamus.

[illegible] dio.

L. castigatio

Lamia quae in aula.

καλλιμαχου εις λουτρα της παλλαδος

οσσαι λωτροχοοι τας παλλαδος εξιτε πασαι
εξιτε. ταν ιππων αρτι φρυασσομεναν

ταν ιεραν

[illegible]

[illegible]

Πότνι' ἀθαναία σὺ μὲν ἔξιθι, μέσφα δ' ἐγώ τι
ταῖσδ' ἐρέω, μῦθος δ' οὐκ ἐμὸς, ἀλλ' ἑτέρων.
Παῖδες, ἀθαναία νύμφαν μίαν ἔν ποκα θήβαις
πουλύ τι καὶ περὶ δὴ φίλατο τᾶν ἑταρᾶν,
Ματέρα τειρεσίαο, καὶ οὔποκα χωρὶς ἔγεντο.
ἀλλὰ καὶ ἀρχαίων εὖτ' ἐπὶ θεσπιέων
Ἢ 'πὶ κορωνείας ἢ εἰς ἁλίαρτον ἐλαύνοι
ἵππως, βοιωτῶν ἔργα διερχομένα,
Ἢ 'πὶ κορωνείας, ἵνα οἱ τεθυωμένον ἄλσος
καὶ βωμοὶ ποταμῷ κεῖντ' ἐπὶ κουραλίῳ,
Πολλάκις ἁ δαίμων νιν ἑῷ ἐπεβάσατο δίφρῳ.
οὐδ' ὄαροι νυμφᾶν οὐδὲ χοροστασίαι
Ἁδεῖαι τελέθεσκον, ὅκ' οὐχ ἁγεῖτο χαρικλώ.
ἀλλ' ἔτι καὶ τήναν δάκρυα πόλλ' ἔμενε,
Καίπερ ἀθαναίᾳ καταθύμιον ἔσσαν ἑταίραν.
δή ποκα γὰρ πέπλων λυσαμένα περόνας
Ἵππω ἐπὶ κράνᾳ ἑλικωνίδι καλὰ ῥεοίσᾳ
λῶντο. μεσαμβρινὰ δ' εἶχ' ὄρος ἁσυχία.
Ἀμφότεραι λώοντο, μεσαμβριναὶ δ' ἔσαν ὧραι,
πολλὰ δ' ἁσυχία τῆνο κατεῖχεν ὄρος.
Τειρεσίας δ' ἔτι μῶνος ἁμᾶ κυσὶν ἄρτι γένεια
περκάζων ἱερὸν χῶρον ἀνεστρέφετο.
Διψάσας δ' ἄφατόν τι ποτὶ ῥόον ἤλυθε κράνας
σχέτλιος. οὐκ ἐθέλων δ' εἶδε τὰ μὴ θεμιτά.
Τὸν δὲ χολωσαμένα περ ὅμως προσέφασεν ἀθάνα.
τίς σε τὸν ὀφθαλμὼς οὐκέτ' ἀποισόμενον,

[illegible]

Πόσσα μὲν ἁ Καδμηὶς ἐς ὕστερον ἔμπυρα καυσεῖ,
Πόσσα δ᾽ Ἀρισταῖος, τὸν μόνον εὐχόμενοι
Παῖδα, τὸν ἁβατὰν Ἀκταίωνα τυφλὸν ἰδέσθαι.
Καὶ τῆνος μεγάλας σύνδρομος Ἀρτέμιδος
Ἐσσεῖται, ἀλλ᾽ οὐκ αὐτὸν ὅ τε δρόμος αἵ τ᾽ ἐν ὄρεσσι
Ῥυσεῦνται ξυναὶ τᾶμος ἑκαβολίαι.
Ὁππόταν οὐκ ἐθέλων περ ἴδῃ χαρίεντα λοετρὰ
Δαίμονος, ἀλλ᾽ αὐταὶ τὸν πρὶν ἄνακτα κύνες
Τουτάκι δειπνησεῦντι. τὰ δ᾽ υἱέος ὀστέα μάτηρ
Λεξεῖται δρυμὼς πάντας ἐπερχομένα.
Ὀλβίσταν δ᾽ ἐρέει σε καὶ εὐαίωνα γενέσθαι
Ἐξ ὀρέων ἀλαὸν παῖδ᾽ ὑποδεξαμέναν.
Ὦ ἑτάρα τὺ δὲ μή τι μινύρεο, τῷδε γὰρ ἄλλα
Τεῦ χάριν ἐξ ἐμέθεν πολλὰ μενεῦντι γέρα.
Μάντιν ἐπεὶ θησῶ νιν ἀοίδιμον ἐσσομένοισιν,
Ἦ μέγα τῶν ἄλλων δή τι περισσότερον.
Γνωσεῖται δ᾽ ὄρνιχας, ὃς αἴσιος, οἵ τε πέτονται
Ἤλιθα, καὶ ποίων οὐκ ἀγαθαὶ πτέρυγες.
Πολλὰ δὲ Βοιωτοῖσι θεοπρόπα, πολλὰ δὲ Κάδμῳ
Χρησεῖ, καὶ μεγάλοις ὕστερα Λαβδακίδαις.
Δωσῶ καὶ μέγα βάκτρον, ὅ οἱ πόδας ἐς δέον ἀξεῖ.
Δωσῶ καὶ βιότω τέρμα πολυχρόνιον,
Καὶ μόνος, εὖτε θάνῃ, πεπνυμένος ἐν νεκύεσσι
Φοιτασεῖ, μεγάλῳ τίμιος Ἁγεσίλᾳ.
Ὣς φαμένα κατένευσε, τὸ δ᾽ ἐντελὲς, ᾧ κ᾽ ἐπινεύσῃ
Παλλάς, ἐπεὶ μώνᾳ Ζεὺς τόγε θυγατέρων

Δῶκεν

Δῶκεν Ἀθηναίῃ πατρώια πάντα φέρεσθαι
  Λωτροχόοι, μάτηρ δ' οὔτις ἔτικτε θεάν,
Ἀλλὰ Διὸς κορυφά, κορυφὰ Διὸς οὐκ ἐπινεύει
                    ψεύδεα.
Ἔρχετ' Ἀθαναία νῦν ἀτρεκές, ἀλλὰ δέχεσθε
  Τὰν θεὸν ὦ κῶραι τὤργον ὅσαις μέλεται,
Σύν τ' εὐαγορίαις, σύν τ' εὔγμασι σύν τ' ὀλολυγαῖς.
  Χαῖρε θεά, κάδευ δ' Ἄργεος Ἰναχίω.
Χαῖρε καὶ ἐξελάοισα καὶ ἐς πάλιν αὖτις ἐλάσσαις
  Ἵππως καὶ Δαναῶν κλᾶρον ἅπαντα σάω.

Iam nostros quoq; legito, qui male collocare bonas horas soles, attamē cū venia quaeso, & cōniventibus oculis,

POLITIANI EX CALLIMACHO
in Palladis Lavacra.

Ite foras agedum, quaecunq; lavantibus undis
  Membra lavatrices Palladis, ite foras.
Ipsa venit, fremitus sacrorum audivimus equorum,
  Ite agedum flavae, o ite Pelasgiades.
Non prius ingentes lavit sibi diva lacertos,
  Illa quam abstersit pulvere cornipedum,
Nec tum quando armis multa iam caede cruentis
  Venit ab iniustis horrida terrigenis,
Tum quoq; equum subduxit iugo spumantia colla
  Perfudit largis fontibus Oceani,
Dum sudor, guttaeq; fluunt, dumq; omnis abiret
  Spuma oris circum mansa lupata rigens.
Ite o Achivae, sed non unguenta, nec alabastros,
  Audio certe ipsum stridula ab axe sonum,

Palladi lotrices non unguenta, aut alabastros,
Nulla etenim dixit haec unguina mista placent,
Ferte nec huic speculum, uultus est pulcherrimus semper,
Nam nec in Ida olim iudice sub Phrygio,
Seu uel orichalco, magna haec dea, uel Simoentis
Spectauit, quanquam uertice perspicuo.
Nec Iuno, sed sola Venus, se splendido in aere
Vidit, eandem iterum disposuitque comam.
Bis sexaginta spatiis uerum emensa cursu,
Stellae apud Eurotan ceu Lacedaemoniae,
Perfricuit tantum pingui se diua liquore,
De baccis, arbor quem sua progenerat.
O pueri erubuit rubor illico, matutina
Quem rosa, quem grano punica mala ferunt.
Ergo marem nunc tantum olei quoque ferte liquorem
Quo se ungit Castor, quo Amphitryoniades.
Ferte etiam solido ex auro, quo pectine crines
Explicet, & pinguem caesariem dirimat.
Exi age iam o Pallas, praesto tibi uirgineus grex
Nata magnorum charus Arestoridum.
O Pallas, quin iam clypeus Diomedis & ipse
Fertur, ut Argiuum mos uetus obtinuit.
Eumedes docuit, meditans tibi grata sacerdos,
Cum in se composito cerneret interitu
Ire malam sortem, fugit quippe ille, tuumque
Ad montem Creion sustulit effigiem.
Ad montem Creion, tum abruptis imposuit te
Cautibus, hasque uocant nunc quoque Pallatidas.
Exi age quae expugnas urbes, cuique aurea condit
Cassis, equumque fremor, cum sonitu clypeum.

Vos hodie

Vos hodie undiferæ ne tingite, nos hodie Argei
    Fontibus ex ipsis, non fluuijs bibite.
Vos hodie ancillæ ferte urnas ad Physadeam,
    Aut ad Amymonem progeniem Danai.
Namq; auro & multis permistas floribus undas
    Diffluet è lætis Inachus ipse iugis,
Ut pulchrum ferat huc lauacrum, caue tu ergo Pelasge,
    Ne uideas imprudens aspectu dominam.
Aspiciet nudam qui Pallada, quæ tenet urbem,
    Vltra iam hoc Argos cernere non poterit.
Iam ueneranda exi Pallas, dum quiddam ego istis
    Dicam, nec meus hic sermo, sed aliorum.
Vnam olim ò pueri Thebis dea Pallas amabat
    Nympharum, præ cunctis quas habuit comites,
Matrem Tiresiæ, nunquamq; fuere seorsum,
    Sed siue ad ueteres ageret Thespiadas,
Siue Coroneas, seu tenderet illa Haliarton
    Bœotum ascendens rura uel ad populos,
Siue Coroneas, ubi pulcher odoribus halat
    Lucus, ubi ara ipsi Curalium ad fluuium,
Sæpe illam curru secum dea uexit eodem,
    Nullaq; Nympharum colloquia, aut Thyasi
Grata fuere satis, nisi præesset ipsa Chariclo.
    Verum & ei multæ debitæ erant lachrymæ,
Quamuis chara comes magnæ foret usq; Mineruæ.
    Nam se olim peplis utraq; depositis
Dum lauat in lymphis Heliconiados Hippocrenes,
    Vsq; dies uacuus montem haberet in medio,
Dum lauat ergo utraq;, & mediæ sunt tempora lucis,
    Dumq; est in toto plurima monte quies,

Tiresias

Tiresias unus canibus comitantibus ibat
Per loca sacra, noui flore genas tumidus,
Immensamque sitim cupiens releuare, perenni
Fonte, uidet quae non cernere fas hominis,
Hic irata licet sic illum affata Minerua est,
Quis te non ullis iam rediturum oculis,
O Eurida malus hac duxit in loca daemon?
Sic ait: at pueri lumina nox rapuit.
Astitit, obticuit, dolor illi ut glutine uinxit
Genua, sonum tenuit uocis inops animus.
At Nympha exclamans, quid nato ait o dea factum est?
Numquid uestra deae talis amicitia?
Lumina tu pueri rapuisti, pessime nate
Vidisti infelix Pallados iliaque,
At non et solem cernes iterum, heu misera o mons
O Helicon rursum non peragrande mihi.
Magna nimis paruis multas, qui lumina nati
Pro ceruis paucis dorcadibusque habeas.
Sic puerum ambobus charum complexa lacertis
Mater, flebilium carmen Aedonidon
Tristi gemens iterat, sed enim miserata Minerua
Tunc sociam uerbis talibus alloquitur.
Dia, inquit, mulier, reuoca haec quae protulit ira;
Non per me captus luminibus puer est,
Nam pueris auferre oculos haud dulce Mineruae,
Verum Saturni legibus haec rata sunt,
Vt quicunque deum aspiciat, nisi iusserit ipse,
Mercede ingenti scilicet aspiciat.
Dia igitur mulier fieri haec infecta nequit res,
Quippe ita Parcarum fila notata manu,

Aedidit

Ablatus ut primum puer est, sed tu accipe contra
    O Charicla quod maneat pretium.
Mater a Cadmeis pro quantis adolebit in ignes
    Quanta & Aristaeus, unicumq; suscipient,
Natus ut impubes Actaeon, omnia illi
    Tantum oculis careat, namq; erit & Triviae
Comes ipse, sed non cursus, non arcus ad illum
    Tela atque iaculis montibus eripiet,
Cum divam (licet invitus) se fonte lavantem
    Viderit. At sui qui modo erat dominus,
Esca suis canibus. Sed enim nemora omnia lustrans
    Dum genitrix nati colliget ossa sui,
Tunc te felicem, tunc dixerit esse beatam,
    Cui montes vel caecum reddiderit puerum.
Parce queri mea grata comes, nam plurima contra
    Huic ego te propter praemia contribuam,
Esse dabo egregium vatem, quem proximus omnis
    Perpetuo celebret nomine posteritas,
Cognoscet volucrum quae prospera, quaeq; volatu
    Irrita, quae licet triste sit augurium.
Plurima Boeotis oracula, plurima Cadmo
    Hic canet, & magnis plurima Labdacidis.
Huic ingens baculum dabo, quod vestigia ducat
    Qua velit, huic vitae tempora longa dabo,
Mox & honoratus Diti, colet infera regna,
    Inter & exanimes unicus hic sapiet.
Adnuit his Pallas dictis, quaecunq; adnuit illa
    Perficitur, soli Iuppiter hoc tribuit
Natarum e turba, quae sint patris omnia ferre
    Loricas, mater nulla deam peperit.

Lauit

Iuno Iouis uxor, potior Iouis omnia nata
    Perficit, & natae prorsus idem licitum est.
En uere nunc Pallas adest. Eia ergo puellae
    Quis Argos curae est, iam deam accipite,
Cumq; bonis uerbis, & cum prece, cumq; ululatu
    Salue ô diua, urbem protege, & Inachiam,
Salue hinc abscedens, iterumq; huc flecte iugales,
    Ac rebus Danaum sis precor auxilio.

DE OCNO, ET ASELLO, QVODq; apud Propertium mendose legitur ocno.

CAPVT LXXXXI.

Apud Propertium eodem quarto elegiarum libello, ita duo uersiculi leguntur. Propertij locus.

Dignior obliquo funem qui torqueat ocno,
Aeternusq; tuam pascat aselle famem.

Diu sane animum meum sollicitauerat, ac pupugerat quidam quasi scrupulus, donec eum codex uetustissimus euulsit, quem mihi Bernardinus Valla celeber iureconsultus, & primae Bern. Val. homo nobilitatis Romae abhinc ferme quinquennium commodauit, ubi nõ ocno, sed ocno legi, legissemq; me statim duobus eruditissimis iuuenibus ostendi, qui me domi cõmodum [illegible] salutauerant. Liquet autem significari à Propertio Socratis illius pictoris argumentum, de quo sic Plinius libro naturalis historiae quinto & trigesimo narrat. Nec piger, inquit, qui appellatur Ocnus spartum torquens, quod asellus Ocnus [illegible] erodit. At enim piger hic Ocnus (ut audio) [illegible] tametsi negat reponere solitus, & dissolutor, cottidie iam sedet mutat. Quapropter ut certo in suo quasi reo conquiescat aliquando, petenda fides est ab eo maxime codice, quem diximus, hoc est (ut uere dixerim) à stirpe, de qua illum con-

inscitiae palliandae occasio. Sic enim quiuis intelliget, nullis quaerere me ambitiose asserere aliena, sed vera dumtaxat, inq; meis libris nil prius esse fide.

QVOD IN DIGESTIS TITVLO DE edendo legatur ad alium, legi ad album conuenire,

CAPVT LXXXII.

Digest. lo. IN titulo de edendo, qui secundo Digestorum volumine legitur, verba Vlpiani sunt ita libro quarto ad edictum. Eum quoq; edere Labeo ait, qui producat aduersariũ suũ ad albũ, & demõstret qđ dictaturus est. Sic etenim scriptũ in Pandectis ipsis Florẽtinis. At qui codices oẽs, qui sunt in manibus, nõ ad albũ, sed ad aliũ habent. Vnde multa videlicet Accursij haesitatio. De albo aũt praetoris intelliges.

DE HARPOCRATE.

CAPVT LXXXIII.

Catull. lo. EPigramma est Catulli.

Lelius audierat patruum obiurgare solere,
Si quis delicias diceret, aut faceret.
Hoc ne ipsi accideret, patrui perdepsuit ipsam
Vxorem, & patruum reddidit Harpocratem.
Quod voluit fecit, nam quamuis irrumet ipsum
Nunc patruum, verbum non faciet patruus.

Quaesitum diu quisnam is foret Harpocrates, de quo mentionem & hoc loco faciat Catullus, & item in altero epigrammate, sic inquiens,

Si quicquam tacito commissum est fido ab amico,
Cuius sit penitus nota fides animi,
Me vnum esse inuenies illorum iure sacratum
Corneli, & factum me esse puta Harpocratem.

Nos tamen & Venetijs, & illic Veronae (quod diximus) ab

hinc

hinc annos octo ferme de eo studiosis aliquot publice respõsitauimus, quorũ nũc testor fidẽ, cõscientiãq́;, si cui forte aliena adscribere, ac nõ mea potius mihi audeo uindicare. Plutarchus igitur in libro quem de Iside fecit & Osiride, Harpocratẽ scribit ex Iside ipsa natũ & Osiride, quæ cum illo iã mortuo rẽ habuerit, sed natũ tamẽ præmaturo partu, debilitatumq́; cruribus. Porrò addit eũdẽ circa brumæ tẽpus mensi absolutũ & rudẽ, præflorẽtibus puta, præuertẽtibusq́; terræ fœtibus, quocirca etiã lẽtis primitias illi offerri. Neq́; tamẽ, inquit, aut imperfectũ esse deũ, aut infantẽ, aut denique leguminẽ aliqđ existimandũ, sed rudis inperfectiq́; sermonis, mutimq́; articulati præsidẽ quẽdã potius ac moderatorẽ. Ex quo etiã digito labra cõprimit, argumentũ taciturnitatis & silẽtij. Quin mẽse eo, quẽ uocãt Mesorem, primitias leguminũ efferẽtes, ita dictitãt, lingua fortuna, lingua dæmon. Deq́; ægyptiacis arboribus, Persicã in primis ei sacratã ferũt, qđ fructus cordi, frons linguæ persimilis. Hæc ferme ex Plutarcho de Harpocrate, carptim, uellicatimq́;, & per interualla. Meminit eiusdẽ Lucilius quoq́; poeta Græcus in epigrãmate ad Dionysiũ, monẽs ut siquẽ habeat inimicũ, nec Isiaci, nec Harpocratẽ, aut qui cæcos deus facit iratus precetur, cogitaturũ quid deus, quid Simo ualeat. Sed & Tertullianus in Apologetico sic ait. Serapidẽ, & Isidẽ, & Harpocratem, cũ suo cynocephalo, capitolio prohibitos inferri, id est curia deorum pulsos, Piso & Gabinius cõsules, non utiq́; Christiani, euersis etiam aris eorum abdicauerunt, turpium & ociosarum superstitionum uitia cohibẽtes, his uos restitutis summã maiestatem contulistis. M. autẽ Varro in libro de Latina lingua ita scribit: Cælũ & Terra, hi dei idẽ qui Aegypti Serapis, & Isis, & si Harpocrates

Harpocrates. Illius significatio.

Persica arbor ...

Serapis & Isis.

cratem digito significat ut taceas. De hoc igitur intellexit Ouidius libro Metamorphoseon nono.

Ouid. 9. Met. *Sanctaque Bubastis, uariisque coloribus Apis,*
Quique premit uocem, digitoque silentia suadet.

Aug. 18. ciu. Et item Augustinus libro de ciuitate dei undeuigesimo. Et quoniam, inquiens, ferè in omnibus templis ubi colebantur Isis & Serapis, erat etiam simulacrum, quod digito labijs impresso, admonere uideretur, ut silentium fieret: hoc significare idem Varro existimat, ut homines eos fuisse taceretur. Hactenus Augustinus. Sed in epistola Abammonis Aegyptij ad Porphyrium, quam aut in Graecam uertisse orationem, aut certe composuisse Platonicus Iamblichus existimatur, de deo quodam uelut secundo fit mentio, cui nomen Aegyptiaca lingua fuerit Ichton, hunc ostendit silentio coli oportere. Quod idem etiam de summi dei cultu prodidit Porphyrius [illegible]. Quin Dauid item propheta psalmum ita quempiam inchoat.

Ichton. i. In libro de abstinentia ab animalibus. Dauid. 64.

לך דומיה תהלה אלהים בציון

Lecha dumia tehila elohim bezion.

Id Latine significat, Tibi silentium laus, deus in Sion. Quod aliter tamen interpretes septuaginta uerterunt, hoc est, Te decet hymnus deus in Sion.

Quare Harpocratem puto Aegyptij suis adhibebant sacris, qui silentio colendum ostenderet summum deorum. Plinius quoque de Harpocrate in libro naturalis historiae xxxiij. habuit memoriam. Iam uero etiam Harpocratem, statuasque Aegyptiorum numinum, in digitis uiri quoque portare incipiunt. Ut ergo ad Catullianam Lesbiam redeamus, scite ille quidem, ne obiurgaretur à patruo, posthabitis illis quas comperiebat uxore, ipsum iam coepit irrumare patruum, eoque pa-

cto tacere

ſlo tacere coegit, quoniam loqui ſolutior non potuit.

DE LIBERTINIS QVI VOCENTVR Dediticij. CAP. LXXXIIII.

IN Inſtitutionibus hæ quæ uocantur in iure ciuili, Iuſtiniani principis nomine editæ, ſed à Triboniano tamen, Dorotheoq; aliis uiris compoſitæ, etiam Græce ſcriptæ ſub eodē prorſus intellectu reperiuntur. Niſi quia ritus quidam, conſuetudineſq; Romanorum ueteres, apertius aliquanto, & latius in Græco ipſo, quàm in Latino codice referuntur, ut peregrinis hominibus atq; à Romanorū more, cōſuetudineq; alienis, res tota penitus innoteſceret. Sed quod de libertinis iis, qui dediticij uocabantur, ſtrictius, breuiusq; in noſtris inſtitutionibus, non alienū uiſum eſt ex Græci uoluminis ſententia, proferre hic, atq; ob idcirco dilucidius explicare. Qui igitur apud antiquos manumittebantur, modo maiorem, & iuſtam libertatem conſequebantur, & fiebāt ciues Romani, modo minorem, & Latini Iuniani ex lege Iunij Norbani fiebant, qui illorum quaſi ſoliæ fuerit inuentor, atq; autor. Modo etiam inferiorem, & fiebant ex lege Aelia Sentia dediticij. Nam ſi quiſquam dū ſeruitutem ſeruiret, ſupplicium ex delicto dediſſet, ut aut inſcriptus fuiſſet, hoc eſt, ut notas & ſtigmata inuſta fronti accepiſſet, aut in publicam carcerem coniectus, aut ex delicto uerberatus, & ſe deliquiſſe confeſſus fuiſſet, dein gratia inita à domino manumitteretur, Libertinus dediticius uocabatur, ad exemplum uidelicet peregrinorum dediticiorum. Nam cum aliquando peregrini quidam Romanorum ſtipendiarii, elatis animis bellum repente aduerſus eoſdem ſuſcepiſſent, tum uicti, abiectis armis, ſe uictoribus dediderunt, iniquius rebelles tractati ſunt à Romanis, ut tamen quidem impetrarent,

Inſtit. Græca

Libertini Dediticij.

Latini. Iuniani. Dediticij. Libertini Dediticii

sed hac uelut ignominia notarentur, ut deditícij deditiæ uocati sint, quia se dedidissent. Quare etiam liberti eorum hoc genus deditícij sunt ab Aelio Sentio nuncupati, ut qui in admittendo crimine uelut ijdem fuissent, eodem quoque nomine appellarentur.

CUIUSMODI APUD IUUENALEM Cereris ludi accipiantur, deque Cerialibus autore Memmio.

CAPUT LXXXV.

Iuue. locus IUuenalis in Satyra quartadecima sic ait:

Ergo omnia Floræ,
Et Cereris licet, & Cybeles aulæa relinquas.

Nemo ex ijs poetæ huius interpretibus, super ludis Cereris quippiam locutus, non quo nomine appellarentur, non quæ fierent in eis, non item à quo primùm celebrati, nec ulla de his facta mentio. Quæ singula tamen, à boni, doctiq; interpretis officio non abhorrebant. Quo circa totum id nobis sarciendum, ne cura istiusc nostræ scrupulositas in paruulis etiam rerum recensitu desideretur. Ludi igitur Cereris, quorum

Cerialia. hic est memoria, Cerialia dicti, quibus equorum cursus in circo celebrabantur, primusq; eos C. Memmius ædilis curulis fecit. Cornelius Tacitus in libro historiarum sextodecimo, de Nerone principe loquens, Tandem, inquit, statuere

Circenses. Circensium ludorum die, qui Cereri celebratur, exequi destinata, quia Cæsar rarus egressu, domoq;, aut hortis clausus, ad ludicra Circi uentitabat. Et paulo post. Vtq; Circensium Cerialium ludicrum, pluribus equorum cursibus celebraretur. Ouidius in quarto Fastorum:

Ouid. locus Circus erit pompa celeber, numeroq; deorum,
Primaq; uentosis palma petetur equis.

Hic Cereris ludi, non est opus indice causa.

Dion quoq; historiae scriptor in libro secundo & quadragesimo narrat, posito iam rerũ Caesare, aediles tum primũ duos ex patricijs, quatuor ex plebe creatos. Sed duos illos superiores, à Cerere fuisse denominatos idq; ab illo initio scribit ad suamq; aetatẽ permansisse. Idemq; etiã Dion, libro septimo quadragesimoq;, ante actiacũ bellum curasse ait, ut aediles plebei gladiatorũ certamina pro equorũ cursibus Cereri exhiberent. Praeterea Laurentius Medices, uir omni laude praecellens, nomismata complura nobis ostendit, quae faciẽ uiri barbatã, & intonsam habeant, cũ duplici titulo, Quirinus & C. Memmi. Altrinsecus autẽ Cereris imago sedentis et accumbens urbemq;, cũ titulo huiusmodi. Memmius. Aed. Cer. Cerialia Preimus fecit. Vbi etiã preimus nõ primus cũ diphthongo in priore syllaba notandũ obseruandumq;. Hunc nos putamus autẽ C. ipsum Memmiũ fuisse, qui praetor cũ L. Domitio fuerit, quiq; Caesari obiecerit, etiam ad cyathum & uinum Nicomedi stetisse, cũ reliquis exoletis, quiq; eundem Caesarem asperrimis orationibus lacerauerit, Mox reconciliatus, etiam suffragatorem in petitione consulatus habuerit. De quo sic in epistola ad Atticum Cicero libro quarto. O uirum, ô ciuem Memmium. Caesaris omnes opes confirmatq;, cum eo Domitiũ consulẽ iunxerũt, qua pactione, epistolae cõmittere non audeo. Ad eũq; puto, uel certe ad filiũ liber poetae Lucretij de rerum natura scriptus. Siquidẽ & dignitas hominis, & tẽpora cõgruũt, nisi tamen arbitrari malumus, filiũ potius eiusdẽ C. Memmij, cognominem patri, aedilẽ Cerealẽ esse factum à Caesare.

Aediles.

Cereales.

Vrbem tenens dea coronata.

Preimus.

Memmius.

DE FLVCTV DECIMO SEV DECVMANO, cuius permulti poetae meminerunt.

CAPVT LXXXVI.

Decimus siue decumanus. Ouid. Trist.

OVidii poetae versiculi sunt in primo Trist. volumine,
Qui venit hic fluctus, fluctus supereminet omnes:
Posterior nono est, undecimoque prior.

Decumanum intelligit fluctum, qui fere maximus dicitur, sicuti oua quoque decumana dicuntur, quae maiora. Nam et ouum decimum maius nascitur. Ex hoc limita quoque decumana, quae essent amplissima, sunt appellata. Et decumanae in castris portae, ab hoste auersae. Sicuti decumanus in agro limes ab oriente ad occasum, non nihil propterea uidetur dictus, quoniam quasi duodecimanus, ut M. Iunius Nypsus opinatur, id enim nimis durum, et coactum, sed quoniam longissimus. Nam cardo ipse iam dimidium decumano solet anticipare, consideratur. Sed de fluctu decimo, siue decumano, etiam in undecimo Metamorphoseon poeta idem meminit his uerbis.

Vastius insurgens decimae ruit impetus undae.

Et Silius Italicus libro xiiii.

Non aliter Rhodopes Boreas a uertice praeceps,
Cum sese immisit, decimoque uolumine pontum
Expulit in terras.

Sed et Seneca in Tragoedia Agamemnone.

Haec onere sidit, illa conuulsum latus
Summittit undis, fluctus hanc decimus tegit.

Valerius etiam Flaccus Argonauticon secundo sic ait:

Quanta quoties et Palladis arte
Incassum decimae cecidit tremor arduus undae.

Lucanus quoque in quinto Pharsaliae.

Haec fatum decimus, dictu mirabile, fluctus
Inualida cum puppe leuat.

Vt ad

Vt uel hoc ipsum notabile sit, atque insigne, tantopere decantatum istum factum uel à conspirante poëtarum choro celebrari.

QVOD ERAT IN CICERONIS EPIstola uocabulum Philotheôron, corruptum deinde improbe in uitium, quod est Philocteten.

CAPVT LXXXVII.

IN Ciceronis epistola ad Trebatium, cuius initium, In equo Troiano scis esse, in extremo, sero sapiunt ita scriptum ferè cunctis exemplaribus inuenitur. Deinde quod in Britannia non nimis φιλοκτήτην te praebuisti, planè non reprehendo. Diu me torserat, maceraueratque eliciendo sensu de uerbis his, neque procedebat. Quorsum enim de Philoctete hic Cicero? Sed enim postea codicem illum uetustissimum, Laurentii Medicis opera sum nactus, quem & superius citaui, minus multo quam caeteri deformatum, inquinatum, peruersum, conturbatum. Nam in eo sic erat. Deinde quod in Britannia, non nimis philotheorum te praebuisti, planè non reprehendo. Nam philotheorus is est qui spectationum studiosus, qualem se Trebatius in Britannia praebuerat, dum praelium fugitans ocio se asserit, in armis medijs. Ex quo Ciceroni materia ioci, & cauilli. Cic. locus. Philotheoros.

VNDE ILLVD TRACTVM, FVIMVS Troes, quodque extent in literis, super Lacedaemoniorum choro, & cantico.

CAPVT LXXXVIII.

FVimus Troes, hic loquendi color tam efficax, de consuetudine chori illius Lacedaemonij ductus, quasique in adagium ascitus. Nam ut est scriptum apud Plutarchum in libello, cui sic est titulus, Quo pacto laudare se quispiam Fuimus Troes. Virg. locus.

ctis e similibus valeat, Chorus erat Laconum triplex, senum, puerorum, iuvenum. Canebant autem senes ita. ἄμμες πόκ' ἦμες ἄλκιμοι νεανίαι. Quo significabant fuisse quondam se robustos iuvenes. Pueri vero sic. ἄμμες δέ γ' ἐσσόμεθα πολλῷ κάρρονες. Ex quo se futuros longe his meliores profitebantur. Iuvenum autem cantio haec. ἄμμες δέ γ' εἰμέν· αἰ δὲ λῇς, αὐγάσδεο. Indicantes ipsos iam id esse, quod vel illi fuissent, vel hi futuros sperarent, cuiusq; rei paratos facere periculum. Quod item scriptum in Diogeniani collectaneis. Consimile proverbium de Milesiis ponit Aristophanes in comoedia Pluto. πάλαι ποτ' ἦσαν ἄλκιμοι Μιλήσιοι. Ut iam non esse eos viros fortes intelligamus, quos olim fuisse dicamus. Hoc intellecto Cicero de coniuratis egit, Vixerunt, inquit, ... ea voce ... quo pacto significantius declarat, minusq; multo invidiose quam si plane dixisset occisos.

Nos quondam fuimus robusti iuvenes.

Nos vero erimus longe meliores.

Nos autem sumus, si vero vis, inspice.

Fuere olim strenui Milesii.

QVOD SERVIVS GRAMMATICVS Bucolicos Maronis versus, ita vel dicat legit quam falso monet. Notatq; ibi et vitale quaedam super incidendis pueris, superq; Dei aliquot veterum, maximeq; Genijs et Iunonibus.

CAPVT LXXXIX.

Virg. loc. IN Bucolicis Vergilianis hi duo sic vulgo leguntur:

Incipe parve puer, cui non risere parentes,
Nec deus hunc mensa, dea nec dignata cubili est.

Servius notatur. Quos enarrans Servius haud incelebris grammaticus, et veram lectionem (quae tunc parum ...) contaminat, et fabulam sibi ex tempore, commodoq; suo confingit contra omnem veterum autoritatem. Neq; enim cui, sed qui legendum, hoc est non casu dativo, singularique numero, sed plurali nominativo, quanquam

utrobiq;

utrobiq; apud ueteres eadem uox, ijsdemq; notata literis, sicuti in primo Quintiliani de Institutione oratoria, non oscitans lector inueniet. Ex quo etiam nunc uersiculus in vij. Valerij Flacci Argonauticôn libro:

Curaq; cui profuga forsan tenet alta carina.

Emendandum, inquam, iste uersiculus, cui retinet, nõ qui tã scilicet in uetustissimo codice, de quo reliqui fluxere, quam in his quoq; peruulgatioribus. Quod aũt dicimus qui legẽdũ, nõ cui, docet idẽ Quintilianus in nono, figurã esse declarans hic in numero sic ut plurali singularis subiungatur. Ex illis enim, inquit, qui nõ risere, hũc nõ dignata. Quis aũt dubitet, quin de Vergilianae lectionis incolumitate Quintiliano credendum sit potius, quàm Seruio, praesertim qui memoriam quoq; Vergilij citet aliquãdo & Ciceronis? Quocirca manifestũ est qđ dicimus, mendosũ locũ à Seruio adduci. Falsũ iã aũt sibi etiam ex proposito, cõmodiq; finxisse quis nõ uideat? cũ nusquã ob id praecipitatũ fuisse Vulcanũ legamus, quoniã deformis natus, quoniamq; ei nõ Iuno arriserit. Et enim poeta Homerus ob id ait, qđ matri cõtra Iouẽ patrẽ suppetias tulerit. Natus enim ex Ioue & Iunone secundum Homerum Vulcanus, licet ex Iunone sola fingat Hesiodus in Theogonia, sicuti ex solo Ioue Minerua dicitur. Vnde ἀπάτωρ à Theocrito uocatur in aenigmatis, cui βωμὸς inscriptio. Quare parentes ad Iouem, Iunonemque uide satis etiã proprie referẽtur. Sed & illud sane quàm frigide Seruius ide, qđ neq; admissum ad epulas deorũ Vulcanũ dicit, neq; diuinos honores meruisse, quẽ Varro etiam inter selectos Deos numerat septimum. Tam ne processerit quidem ad isto pacto quod uoluit Seruius, quãdo nõ ob id ait praecipitatũ, quod haud riserit, sed qđ ipsi haud arriserit.

Vulcanus cur praecipitatus sit, & quod ex Ioue natus

Deus selectus Vulcanus.

Viderimus,

Videndum, vtrum ne ipse vox credibilior a scriptore, certe iam Seruius versiculus restituitur. Et quidē sic ego legēdum,

Loci castigatio.

sic enarrandum censeo. Parentes Saloninum puerum, de quo nunc agitur, vt sit parentes vocandi casus, hunc qui non risere, neq; deus mensa dignatus, neque dea cubili, hoc est nec Genius, nec Iuno natalibus eorum dignum putauere hunc, ex illis qui non risere, vt sit figurate dictum, Quintiliano teste, pro eo quod est hunc, qui non risit, vel qui e numero est eorum, qui non risere. Credebatur enim habere quisq; suum deū, suamq; deam, hoc est suum Genium, suamq; Iunonē vitae praesidem.

Genius. Iuno.

Hos igitur indicauit Maro Catachresi. Mensa enim Genio conuenit, vt

Funde merum Genio,

Iunoni lectus. Quod Seruius quoq; Philargyrius docet, hunc ipsum ita interpretatus locū. Factum, inquit, nobilibus natis, vt atrio Iunonis Lucinae lectus poneretur Herculi mensa strata. Sed & apud Varronē lectū est, initiari pueros Educae, Potinae, & Cubae, diuis edendi, potādi, & cubandi, vbi primū a lacte, & cunis transferunt. Quā Varronis autoritatē Donatus in Phormionem Terentianam adducens, etiā hūc ipsum citauit Maronis versiculum, atq; idem Probū quoq; videtur adnotasse. Mensa igitur & lectus argumenta natalitatis, quod vtrisque ipsis adhiberentur. Caeterum habet homo suam sibi risuū proprietatem. Qui vero non rideat, ei qui potest esse uita vitalis, vt ait Ennius. Diis vero, deamq; ad has referre Varronis Educam, Potinam, Cubamq; nequeas, quod hae foeminae omnes, vt Augustinus etiam in libro de ciuitate dei sexto declarauit. Sed ad Pilumnū ratione pari & Picumnum, coniugales deos, quibus vt ait Varronem scribere Marianus in secundo libro de vita patrū, nato si erat vitalis, simul ab obstetrice fuerat sublatus, &

Initiandi pueri in potibus.

Ridere homini peculiare.

in terra

in terra stratis ut esse vellent assignantur, sternere etiam in cubilibus lectum consueuerant. Restat igitur, ut quod de Genio et Iunone diximus, auctoritatem quoque idoneis fulciamus. Plinius itaque nat. historiae primo, Cum singuli, inquit, ex semetipsis totidem deos faciant Genios, Iunonesque adoptando sibi. Seneca epistolarum ad Lucilium undenonagesimo, Ita tamen, ait, hoc seponas uolo, ut memineris maiores nostros, qui crediderint Stoicos fuisse. Singulis enim et Genium et Iunonem dederunt. Vnde arbitror Iuuenalis:

Et per Iunonem (inquit) domini iurante ministro. Iuue. [illegible]

Hoc enim reprehendit Satyricus poeta, quod non per Genium, sed per Iunonẽ domini minister iuraret, uidelicet more muliebri. Quocirca sic illa apud Petronium Arbitrum Quartilla loquitur. Iunonem meam iratam habeam, si unquam meminerim me uirginem fuisse. Nam infans cum paribus inquinata sum, et subinde prodeuntibus annis, maioribus me pueris applicui, donec ad hanc aetatẽ perueni. Hinc etiã puto natum prouerbium illud, dicatur ut posse taurum tollere, qui uitulum sustulerit. Caeterum si detur modo, nõ iniquam plane à nobis peragi reprehensionem, labefactareque iam commentum istud Seruianum, quod antequã tantũ prodebamus, pro indubitato obtinuerat, reliqua in medium (ne nobis blandiamur) libera opinaturis relinquemus.

QVI VIR THEODORVS GAZA QVANtumque tamen lapsus in Aristotelis problemate uerso.

CAPVT XC.

NOn recuso, quin sub censuram, sub aleamque ueniat, quodcunque hoc erit, de quo scribam, dum ne sint in hoc albo due mihi maxime suspecte literarie pestes, inscitia, inuidiaque, dum ne quis mihi arcessitores (ut uerbo utar

quo

quo Symmachus) dum ne quis optaret, dum ne quis daret, & contineant, & in homines acerba, quibus in veri fide iurgatio, contingat iudex. Quod si iudices etiam nuncupandi, nō

Tarentini Consentini.

Tarentinos equidem, & Consentinos, & Siculos mea ista legere, sicuti suos quondā Lucilius, sed Latinos homines, Graecae literaturae non ignaros, non Iunium Congum modo, sed Scipionem, sed doctissimum omnium Persium ascio, Italicū, hoc est siqui sunt illis compares, vel animi prudentia, ingenio, doctrinaque; atque, ad quorum iudicium iure sit elaborandū, qualis puta, si licet, is ipse est, qui mihi instrumenta studiorū tam multa, ociumque dissimile suppeditat, qui etiamq;

Laurentij Medicis laus.

potens, Medices Laurentius, Florentinae reip. columen, cuius cum iudicium illud ceu perspicacissimum, & mirabile quandam mentis divinitatem tum haec quanq; in actu rerum, vel civitates experiuntur, vel principes, tum eandem in literis & humanitatis, ac sapientiae studiis, vel denique nos admiramur, qui non penitus ac ipsi, qui nō intercessit existimamus. Qua-

Pici Mirandulae laus.

lis est item Ioannes Picus hic noster e Mirandulanis principibus absolutissimum naturae opus, à quo philosophia Latine iam meditatur loqui, summum pene fastigiū accipiet. Quales praeterea duo illi, sed uno devincti amoris copula, Vene-

Her. Barb.

ti patricij sunt, Hermolaus Barbarus, barbariae hostis acerrimus, qui Latinae philosophiae velut arma, instrumentumq; verborum, sic ad arte diligentissime tergit, aut incude nova fabricatur, ut ob ipsam industriam iam nunc penè in isto quidem genere, vel nitore, vel copia vincamus experi-

Hiero. Donatus.

cam Graeciā. Et Hieronymus Donatus, vir nescio utrū gravior an doctior, an etiam humanior, certe omni lepore affluens, omni venustate, cuius tamen ob id vereor, ne laudes cuiquam censura videatur, quoniam ne pulcherrimo carmi-

ne, sed

re, sed & epistola una atque altera mire laudavit. Licet enim tantū bona de me ipso, qui multū à tolerabili, nedū à perfecto absum, pudeat credere, magis tamē tāto viro pudet nō credere, talia de me, sic (ut apparet) ex animo affirmāti, dū nostra haec qualiacūque sunt, arripiunt, sibi accipiē do iā nūc imaginē pendant, ambraeque larvarū, quibus natura cū dicatur (ut sancti viri verbis utar) timere parietes, & in angulis garrire tenebrosis. Theodorus igitur Gaza vir Graecus, & ut doctis etiā videtur eruditissimus, Aristotelis problemata vertit in Latinū. Sed in quo problemate quaeritur, cur homines, qui ingenio claruerūt, vel in studiis philosophiae, vel in rep. administrāda, vel in carmine pangēdo, vel in artibus exercēdis, melancholicos oēs fuisse videamus, & alios ita ut etiā vitiis atrae bilis infestarentur, in eo monstrosum atque (ni fallor) insignemque errorē interpretis erratū quidem ut excusari iā, dissimulari ne possit. Nam cū illic exēpla subiiciat Aristoteles heroū qui laborasse dicātur atra bile, primumque de Hercule agat, facile illū videri tali habitudine, signis, & quae ... colligit ... quod & Comitialis morbus sacer ab eo sit dictus, & filios occiderit furens, ut in Senecae tragoedia tractatur, & antequam obiret, scatentiū ulcerū eruptione laboraverit. Unde illa fortasse Nessea tunica venerit in fabulā, nā hoc quoque vitiū atrae bilis est. Ex quo etiā Lysandro Lacedaemonio proxime ante obitū, genus id, inquit, ulcerū eruperit. Theodorus itaque quod ad filios, & ad ulcera Herculis attinet, ita denique interpretatur. Puerorū quoque, inquit, motio mētis idē hoc explicat, & eruptio ulcerum, quae interitū ultimū antecessit. Cum sit ita Graece. καὶ ἡ περὶ τοὺς παῖδας ἔκστασις καὶ ἡ πρὸ τῆς ἀφανίσεως αὐτοῦ ἐν τῇ Οἴτῃ ἑλκῶν ἔκφυσις γενομένη.

Gaza notatum.

Atra bilis.

Her. furens. Comitialis morbus sacer.

Nessea tunica.

Ulcera Herculis.

Neque

Neq; autem dubitem ex usu esse, antequam ipsi locum uerbi-
mus, perpendere diligentius, quid sibi illud uelit τὸ τῆ, quod
ille dissimulat, quae ue de praepositione, articuloq; illo dubi-
cta sententia dici possit. Et quidem ego sic arbitror legen-
dum corrigendumq; [illegible], ut sit ad uerbum sensus, Et
in liberos suos pauor seu mania deinde mentis recessus, &
ante obitum ipsum in Oeta ulcerum eruptio. Quod autem
Ecstasis. pauorem reddiderim, aut mentis excessum uertere, quidem ut
ipse, motionem mentis, quae Graece sit ἔκστασις, autorem se-
Hilarius. quutus in priore, quem psalmorum probat interpretem Pi-
ctauiensem Hilarium in posteriore Hieronymum, qui etiam
alicubi solitarium quoq; illud excessus, Latine pro illo ἔκστα-
σις reddidit. Nam pauorem Cicero quoq;, metum definit esse
mentem loco mouentem. Sed de nomine satis. Nunc quod in-
stat. Profert exempla Aristoteles, per quae manifestum fiat,
Atra bile uexatus Hercules. Herculem quoq; atra bile uexatum, sicuti deinde Aiacem, Bel-
lerophontem, caeterosq; olim, ut sensu ordo, ratio, prae-
tereaq; uerbis incorrigibilis, & ante nescia, nostrae potius
sui interpretationi suffragantur. Quae sunt enim hic de pue-
ris mentis motu in medijs agitur herculeis? aut quae magis
atra a bile haec atra, quae furore dicimus, quam puerilis ab-
esse? Quid aliud generat hanc ulcerum ante obitum eruptionem
accipis, quod utraq; uerba significant Aristotelis, & plane
illius proposito, uidentur itaq; contraria? Nempe qui proba-
re nititur ex argumentis quibusdam, atq; exemplis, non pue-
ros, nec quoslibet atra bile, sed heroas, maximosq; uiros in-
quietari. Quin illud etiam diligentius cogitandum, sacer ne
tantum morbus, ut Aristoteles ait, an etiam Herculeus, quod
Petro Aponensi. de suo Theodorus addit, appellatur. Atqui locum eundem ma-
le uersum a Petro etiam Aponensi, cui cognomentum, et re

Conciliatori

Contulisseni factam, naturae rerum, ac medicinae consultissimo, sed ut tum ferre tempora, peritum linguae utriusque, perito homine minus equidem indigner. Is alio eruentem suo ipsum iudicio prodit, in commentario quodam super haec ipsa problemata composito. In eas enim se coniecerat angustias, ut explicare nil posset, ac stuporem, sive quod ait ipse, congelationem quae pueris accidat, denominari inde cogatur dicere, hoc est (ut arbitror) ab Heraclide. Quod ego alii tamen deridero cum denominationis istius vox quaepiam indiciis protrita sit. Sed enim Theodori causam facile iam quanvis impulsam, prostratam, constrictam sciat, nisi si nihil adiiciatur. Quam ipse credo, si vixisset, & de hoc admoneretur, nunquam pro recto defenderet, si plus aevo daret, quam studio potius, ut in duodecim scriptis assolet. Quoniam tanti semel posuisset, concedi sibi postularet, ut calculum reduceret. Nec autem nos haec de eo notaremus, si non plurimi faceremus. Non enim sic demens sit qui sanae, ut incolumi dignitate nostra, velimus eo abuti contra verum, nimiumque id tribui alicui magnae receptum provectam, contraque ista pene deierim vernaculanda & proponenda garrulorum, nescio risu ne explodenda magis, an silentio dissimulanda, quo perpetuo ignobiles, inter suas ineptias delitescant. Hoc aliis denunciatum volumus, non quidem obstrigillandi, quod dicitur, causa, sed admonendi potius studiosos, qui scribendi onus hoc laboriosissimum pariter, invidiosissimumque susceperint, ne quid temere de intentione remittant, neu parcant industriae, operaeque, ne ue indulgeant sibi, aut oneri cedant. Circumspiciant undique, librent, pensent, exigantque singula, nihilque non observent, non excutiant, non examinent, non castigent etiam atque etiam, ac sub incudem saepius revocent. Consulantque interim vel amicos eruditos,

Parrhesia bona.

dicet, & tenuiorē (ut in doctrina) auriculis nō aspernentur. Quādo in scribēdo cœpta res est, ut in alienis erratis Lyncei simus, in nostris lippi, cauēdū ne nō uideamus, ut Catullus ait Manticæ quod in tergo est.

Sed in primis caueant hoc uitium, qui scribunt, ne dum nimis ad nouā laudem properant, crude adhuc in publicū sua studia propellant. Illud in Theodoro mirari nec satis, quod his scripserit in præfatione librorum de animalibus Aristotelis, quibus unis præcipue commendatur, adiutum sese a nullo, nec errore adeo cum ceteris interpretibus, quos inquit ueterem nullum repertum est, cum libros eosdē sic Georgius Trapezuntius ante ipsum Theodorum uerterit, ut ad uerbū dicta quæ apud ueteres legerat, uel per se demum fallis, excogitatisque uocabulis, Latinā per se sui indolē referentibus, alio sibi tam nostro, priscos quoque uiderat, docuerit, cur ipsi nomina nostra, quā Græci nomē appellationem habeamus. Hos igitur si quis libros diligenter legerit, minus profecto Gazam laudabit, penē illius uestigiis insistentē, quam si homo erit ingenuus, credo sic cum subaliter, sic a Theodoro dissimulatum, per quem maxime profecerat, sic habitum penē contemptui, ludibrioque cum potissimū laboribus insidiabatur, nobis uero eum forasse habebit gratiā, quod illa reddere suis auctoribus contendamus. Nā quamuis sibi Georgius in eo placuerit opere, ut illa de præfatione uerba significant, quibus sese libros eos Latinos ait non minus elegātes, emendatosque, quam apud Græcos habeantur. Sed & hoc ad se trahere Theodorus conatur, ut item quæ de uitiis Græce prodidit, ex huius potissimū de quo loquimur interpretationis prooemio subleguntur. At enim fuere, sicut apparet, acerbissimæ inter hos Græcos simultates, sic ut in grammatico

Geor. Trapezuntius.

Li. quamo [illegible]

tico

Hoc quoq; suo commentario Theodorus Georgiũ notat hũc pornoboscon, quod alentem scorta significat, alludens arbitrans ad Georgium istum grãmaticum, cui cognomentum Graeci Choeroboscon dicunt. Caetera porrò, quae Theodorus hic addit, sic modo nõ repetundarũ sit accusandus, sicut eruditione, aliisq; nõ carent, ita sunt, ut mihi quidẽ videatur, Alexandri quoddã studium, curiosumq; reticuisse. Nos hoc loco ne doctorũ nimis nomina [illegible] apud [illegible] declarare induxi, nec tamen dissimulare, quid quoq; desideremus, aut [illegible] volumus, cuĩ venia patrocinetur. Vt autem habere [illegible] quam maxime ingeniũ, gratiamq; volumus, ita quã minime accusationem, quam maxime [illegible] & amicitiam. Nec enim [illegible] scientiam profitemur, quam [illegible]. Quid autẽ nos olim de doctrina existimauerimus ingenioq; Theodori, Graecis aliquot & Latinis epigrammatis testati sumus, quorum unũ [illegible], idq; Graecũ subiiciemus. Sit quis tamẽ hoc quoq; si quis captus amore leget. Igitur sic est.

Κύπρι μόνῃ πρὸ τ' ἀγλαὸν [illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]
[illegible]

Propositum [illegible] olim certamen de Theodoro Gaza
Musis [illegible]
Hic [illegible]
Gratia [illegible]
[illegible]
Hoc [illegible]

 Sed &

Sed & in tota magna Graecia licere
Vt claret, ac gloria communis sit utrique.

QVO PACTO VIR IDEM GRAECE transtulerit, quod est apud Ciceronem, Suadaemedulla, postremo Eupolidis versus de Pericle, illi indicarim, quibus denique dea Pitho Latinis appellationibus censeatur.

CAPVT XCI.

Libellum Ciceronis attrectans de Senectute Theodorus ille Gaza non incommode profecto, nec insufficienter vertit in Graecam linguam. Sed est in eo quoque (ut quidam gravius dixerint) paulo negligentius indiligentiae. Illud interim pro argumento sit, quod ait sensisse Cicero, M. Cethegum ab Ennio Suadaemedullam dictum, vocabulum illud Suadaemedulla, πειθοῦς μυελὸν Theodorus, quasi persuadendi medullam interpretatur. Cum Cicero ille in Bruto locum hunc Ennii, verbisque sic apertius exponat, Suadaemedulla, inquit, Pitho quam vocant Graeci, cuius effector est orator, hanc Suadam appellavit Ennius, Eius autem Cethegum medullam fuisse vult, ut quam deam in Periclis labris scripsit Eupolis sessitavisse, huius hic medullam nostrum oratorem fuisse dixerit. Hactenus in Bruto Cicero. Quo apparet utique non intellectum a Theodoro locum. Neque enim πειθοῦς reddiderat, sed πειθοῦς μυελὸν interpretari. Neque id pluribus tamen arguemus, quia verborum disceptationis res non est arbitrio cum ex cognitione Marco Tullio. Quoniam autem Marcus Tullius mihi Eupolin citat, qui deam scripserit hanc persuadendi sessitavisse in Periclis labris, quam Pitho vocat ipse, Suadam vero Ennius, agedum (si placet) ipsos ex Eupolidis δήμοις (id enim comoediae nomen) versiculos subiiciamus, gratum poto futurum studiosis, si eum spicilegium

Suadaemedulla. Pitho.

i. Pithus medullam.

Ἐν Δήμοις.

faciemus

rum mutilatorumque, sed veteres, aut si videbar utili quasi tabulam ex hoc literarum naufragio collectam in corpus aliquod restituamus. Sunt autem quos memoravimus hi.

κράτιστος οὗτος ἐγένετ' ἀνθρώπων λέγειν
ὁπότε παρέλθοι, ὥσπερ ἀγαθοὶ δρομῆς
ἐκ δέκα ποδῶν ᾕρει λέγων τοὺς ῥήτορας.
ταχὺς λέγειν μὲν, πρὸς δέ γ' αὐτοῦ τῷ τάχει
πειθώ τις ἐπεκάθιζεν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν·
οὕτως ἐκήλει, καὶ μόνος τῶν ῥητόρων
τὸ κέντρον ἐγκατέλειπε τοῖς ἀκροωμένοις.

Praestantissimus hic fuit hominum ad dicendum
Quando ille ingressus, quemadmodum boni cursores,
Ex decem pedibus superabat oratores,
Velox ad dicendum quidem, verum ipsam velocitatem
Pitho quaedam insidebat in labris,
Ita demulcebat, & solus oratorum
Aculeum reliquit audientibus.

Neque autem istos Eupolidis poetae versus, ex ipsius fabulis fontibus hausimus, ut cuius opera aetate intercidere nostra, sed eorum partim ex interprete quopiam Aristidae rhetoris acerrimo, partim ex epistola Plinii Iunioris accepimus. Quin Aristides ipse oratione quae pro Pericle inscribitur, communi eiusdem testimonium adhibuit, ita loquitur, πειθώ δή τινα ἐπικαθίζειν ἐπὶ τοῖς χείλεσιν. Quam autem vocant Ennius Suadā, puto eandē Suadelā Horatius. Sed bene, inquit, nummis decorat Suadela, Venusque. Neque enim assentiam Porphyrioni, Veneris id epitheton existimanti. Nam Cicero in lib. de Oratore tertio, cū de Pericle loquitur, Lepôrem vocabat nuncupare, quam Suadā, sic inquiens, Cuius in labris veteres comici etiā cū illi maledicerent, quod tum Athenis fieri licebat, leporē habitasse dixerunt, tantāque in eo vim fuisse, ut in eorū mentibus qui audissent, quasi acu-

Suada et Pitho quasi sedebat in labris. Suadela. Horat. lib.

Lepos.

bos quos Zeuxis relinqueret. Contra etiam Quintilianus ut te conficiam quidem gloriam de Latinis casus novit, ita in Caelio sibi hic Oratoriarum institutionum. Et quod de Pericle veteris comoediae testimonium est, in hunc transferri iustissime posse, in labris eius sedisse quandam persuadendi deam. Porro Pithô modo Suadam, modo Pithôn nuncupant. Nos eandem in perfectis Marco, Ambrosioque, nostris, modo Suadam, modo Leporem, videlicet Ennium, Ciceronemque secuti.

QVI SINT APVD LIVIVM CAVSARII.

CAPVT XCII.

Qui sint Causarii.

Livius in septimo ab urbe condita, Tertium, inquit, exercitum, ex causariis senioribusque a T. Quinctio scribi placuit, qui urbi, moenibusque praesidio sit. Causarii qui sint, non temere qui tibi explicet invenias. Sed id ex verbis tamen Vlpiani iureconsulti lib. vi. ad edictum facile colliges. Ea sunt in tertio scripta digestorum volumine, quo titulo de his agitur, qui notantur infamia. Verba ita sunt. Ignominiae causa missum, hoc ideo adiectum est, quoniam multa genera sunt missionum. Est honesta, quae emeritis stipendiis, vel ante ab Imperatore indulgetur, et causaria quae propter valetudinem laboribus militiae solvit. Ex quibus verbis ratiocinari possumus, causarios proprie dici milites, valetudinis causa missos.

VINDICATA IVSTINIANI PRINCIPIS praefatio quaepiam a nimis, mendisque aliquot.

CAPVT XCIII.

Pudet me seculi nostri hominumque istius in quo sunt nati, tam doctis nimis, et arrogantis, versantem animo identidem, quae monstra verborum libros etiam ipsos legum, quibus regimur occupaverint. Sicuti quod nuper dubium video, ut stomacharer, advocandi in epistola Iustiniani, quae posita est

ante

ante Digestorum libros, Theophilo, Dorotheo, Theodoro, Isidoro, & Anatolio, & Thalelaeo & Cratino viris illustribus, antecessoribus, & Salaminio viro disertissimo scripta. Nam cum doceat illic Imperator anni quarti studiosos Graeco vocabulo lytas appellatos, & vel quinti prolytas, unum Pandectis erat illis archetypis, cuius nunc habent exempla vice hircos in priore, colonitas in posteriore loco, nihili nomenclatura, sed quae nunc ab Accursio pro maxime idoneis enarrantur. Qui primi anni auditores, non dispendij (quod vulgo) sed dupondij, sicut in Archetypo invenio, id est frivoli atque idem dicti, qui ridiculo cognomine appellabantur. Sed & in eadem epistola (ut in transcursu hoc quoque ostendam) desiderantur versus de fabulis Iliados Rhapsodia cum Glauci & Diomedis vetat Imperator inter se dissimilia permutantes. Etenim post id verbum, sequi statim debet hic Homeri versus, si Archetypo credimus. Lytae, prolytae. Dupondij.

χρύσεα χαλκείων ἑκατόμβοι᾽ ἐννεαβοίων.

Aurea pro aeneis, quae centum boum, pro quae novem boum.

LEPIDVM SEVERIANI COMMENTVM de lunae sideris & sole, deque menstruis diebus & annuis.

CAPVT XCIIII.

Percontremur aliquando ego & Picus hic Mirandula, numquam satis bonis laudatus, sublimissimi homini, antiquos enarratores instrumenti sacri veteris, Graecos videlicet Diodorum, Philonem, Gennadium, Aquilam, Origenem, Basilium, Didymum, Isidorum, Apollinarem, Severianum, alios id genus complures, quorum ille sententiis Latinorum sententias omnes, quas diligentissime cum Iudaeorum & Chaldaeorum interpretamentis conferre consueverat, nihil non ventilat, & perscrutatur, unde modo aut veritas elici, aut obscuritas tolli, aut robur addi fidei, aut refelli possit impietas. Sed quod apud Severianum Veteris testi. enarratores. Picus Mirandula.

superioribus diebus, autorē [illegible], [illegible] nos legere, nisi aut est haud indignū, quod in hūc acciperetur gregē. Solem factum à deo primitus, & lunā legisse Hebraeos prodit, quarta nocte ut orbē inchoauerat dies, qui tamē quoniā diurnum diei, noctis alteram praefecisse, etiā illā in oriētis credi potest, hāc in occidentis posuisse cōfinio. Nec autem debuit (quēadmodū quidā hic opinantur) sic à principio statim lunā fingere deus, ut detrimento affectā, ut decerpta, ut gracilescens, ut discriminata, ut inanis, ut diluta, ut exhausta foret luminis, quale nunc esse eā vel nascentē, vel inter menstruā, vel senescentem, vel in coitu, vel in ipso quoq; deliquio uidemus. Quin orbe pleno potius, integroq; circulata, nō gibbosa, non pyramidata, nō semata, nō corniculata, nō dividua, nō sinus. Etenim ista deus [illegible] temporū erat, & noctiū & dierū uelut intervallaris & discriminatrix futura. Quocirca absoluta rectè, & maturioris ingrediente carceres sole, luna prorsus e regione [illegible] occidua, [illegible] tum primū orbes, & in suo quasi [illegible] tirocinio. Sed ut ad occidentē sol ipse [illegible] est, etiā [illegible] perfecta luna suo curriculo est ad orientis collimitū. Sic igitur audientes dicto, diei pariter praefuerunt, noctiq;. Cur autē non se tum potius, quartae lunae facies exhibuerit, quota est aetas diei quotiā [illegible], luna quarta tenere occidentis limitē nequaquā sit. In rotūdam speciē, plenoq; prorsus orbe quindecima pro quarta exhibet, undecim sibi dies velut arrogauerat, ac totidē plane diebus luna soli natura praeuertitur. Ex quo fit ut soli etiā nunc dies illos xi. luna quasi bona fide restituat. Nā cū sit undetriginta & semissis dierum numerus lunae calculus, desidat hinc annorum duodecim [illegible] suum numerus ē diebus omnino [illegible]. Quae summa

undecim

Luna facta in occasu.

Luna quarta.

undecim sibi dies agglutinat, quos à primordio lunae sicut anteà erat praesumpserat, annum cõsummet hunc solarẽ ccc. et lx v. dierum. Tantũ scientiae, splendore tamẽ parum quam maiore cõmisso, quo etiã crescere in immẽsum potuit fabula illa de Arcadum antelunae superstitione, qui proselenoi, quod est antelunares appellati, si fuerit in cõsensu dictus esse undecim partium, nõ tã mũdo ipso, quam lunã quoque die mensis addita. Arcades proselenoi.

GRAECUM ELEGANS ADAGIUM
super xenijs, Digestorũ exemplaribus restitutum.
CAP. XCV.

Libet in gratiam iurecõsultorũ restituere Graecũ quoque prouerbiũ sublatũ planè de ipsorũ libris, sed integrum adhuc in Archetypo, sicut in epistola quapiã diui Seueri, et Imperatoris Antonini reperitur, quae citatur ab Vlpiano in primo de offi. procõsulis, eodẽq; titulo ponitur in digestorũ li. primo. Verba sunt haec epistolae. Quae quoniã elegãtissima et plena bonae frugis, ad formandũ consilio, quã reip. gesturi. Quantũ, inquit, ad xenia pertinet, audi quid sentimus. Graecũ prouerbiũ est, οὔτε πάντα, οὔτε πάντοτε, οὔτε παρὰ πάντων. Nam valdè inhumanũ est à nemine accipere, sed passim uilissimũ est, et per omnia auarissimum. Sic ille. Porrò Graeca uerba posuit ad hoc interpretamentum, ut reddant, Nec omnia, nec passim, nec ab omnibus. Prouerb. Graecum.

QUANTA IN MULIERIBUS SALACITAS,
et Aeliani uerborũ interpretamentũ, atq; unde locus apud Martialem correctus et enarratus.
CAP. XCVI.

In septimo epigrammatõ antiquis quibusdam codicibus ita est apud Martialem. Mart. lib.

Nam cum me uocas, cum me tua femina dicis

Sed enim uetusta [illegible] quoque sic habent;

Nam canit me marem, ne canit mea lumina dicis;

Quod tamen à nullo est hactenus animaduersum, aut emendatum. Quæri uero potest, quo intellectu puella blandiens amatori murem eum uocet. An eodem quo etiam passerculum solet, quia mures quoque per libidinem salacissimi, sicuti scriptum memini libro Aeliani duodecimo de animalium proprietate, uerbis ad hanc sententiam. Ferunt autem mures (inquit) salacissimos esse, testemque adducunt Cratinum scriptorem in Fugitiuis. Age nunc tibi describo aduersus mollitiam maris fulgurabo Xenophontis. Sed enim fœmineum quoque murem narrant ad uenerem esse procliuem, testemque apud Epicharmum trahere. Fabula enim hæc Epicharmi est. Postremo subijt me detestabilis lena, deierans per puellam, per Dianam per Persephonam, esse uitulam, esse uirginem, esse puellam indomitam. At illa cauus erat murinus. Superiorem enim salacissimam dicere uoluit, cum cauum prorsus murinum nominauit. Et Philemon, Mus albus, est quod eam. Sed pudet fari. Clamauit adeo statim. Detestanda lena, ut sepe latere non est. Hactenus Aelianus, ex cuius uerbis etiam magni momenti comicorum [illegible].

Mures salaci.

AVTOMATON LEGENDVM IN

Suetonio, quod nunc uulgo est ornatum,

quidq; ea uoce significetur.

CAP. XCVII.

Suet. in Cl.

I*Ocus apud Suetonium in Claudio ita peruersè legitur in plerisq; uoluminibus. Si aut ornatum, aut pegma, uel quid tale aliud parum cessisset. Cæteri, integris, sic habent codices. Si Automaton, uel pegma, legitur uel Bononiæ libris ex diui Dominici, uel item alterum Florentiæ ex diui Marci bibliotheca,*

Automaton

bibliotheca, quam gens Medica publicauit, seruetur utrunq;. Sed & utroq; uetustiorem, quem nunc ipsi domesticũ possidemus, ut taceam complures alios, ne forte ubiq; ambitiosior & nimius citandis testimonijs deprehendar, ubiq; hanc ueterum posteriorem scriptorem inuenies. Apparet ergo automata appellari solita, quae ita mechanici fabricabantur, ut sua sponte efficere quippiam, uisa ignota causa uiderentur. Qualia nunc aut horologia sunt, aut uersatiles quaepiã machinae, in quibus imagunculae, occulta ui consistentes, bullabundaeq; mirantur. Qualia etiam uel fontes, uel ignes ipsi, quodam artificioso temperamento, spectaculo nouo, certis interuallis, aquas, flammas ue iaculantur. Automaton enim uocat alterum, & spontaneum possumus Latine interpretari. Sic Homerus in II. Rapsodia, uenisse ad dapem Menelaum dicit automaton, sponte sua significans, non cuiusquam uocatu, quasi a semet impulsum. Sicut Eustathius quoq; exponit, qui deinde ait a iunioribus αὐτόματα uocari, quae forte quadam fiant, quasi μάτην, hoc temere, id est, ἐπὶ τύχης. Et paulò post idem sic addit propemodum. Tali autem sententia etiam illa mechanicorum nominantur automata. Caeterum philosophus Heron in Pneumaticis, Aquã exprimi ait in subdiuo automaton, id est spontanè, de sphaera concaua, quam describit, sicuti cornicem quoq; confingit, quae se ad auiculas uidens sibilat conuertat αὐτομάτως. Quin aediculam quoq; docet construere, cuius accenso igni fores dicit αὐτομάτως, id est sponte aperiantur, extincto claudantur, ut omnia quae diximus intellectu sint [illegible].

Automata

Lib. II in ma-
[illegible]

PERSII LOCVS, ET ITEM SENECAE declarati, deq; manumittendis festuca, stratis, & circumactu. CAPVT XCVIII.

Persij loc. Persius in satyra quinta sic ait:

Non in festuca, lictor quam iactat ineptus.

Ubi poeta aliquid festucam manumissum hominem ex servitute constituisse significavit. Est enim à Plutarcho traditu in libello de iis, qui sero puniuntur à deo, Morem fuisse Romanis, (Manumissionis mos.) ubi quempiam manumisissent, ut eius corpori tenuem festucam inicerent. Ex quo illud apud Plautum in Milite, Quid ea ingenua, an festuca facta, serva an libera est? Quoniam autem & circumagebantur, qui libertatem nanciscebantur, fieri esse ut ostenderetur hinc iam ipsis, pro suo arbitrio, quo sum vellent moveri, quod & supra dictum est versu.

Verterit hunc dominus, momento turbinis exit

Marcus Dama. Et à praetore plerunque vindicta liberabantur, propterea & iactat, inquit, & lictor. Nam lictores servi praetoribus apparebant. Circumagi autem solitos, qui manumitterentur, etiam Seneca docet in octava primi libri ad Lucilium epistola. Philosophiae, inquit, servias oportet, ut tibi contingat vera libertas. Non differtur in diem, qui se illi subiicit & tradidit, statim circumagitur. Hoc enim ipsum philosophiae servire, libertas est. Circumagitur hoc est manumittitur, liberaturque. (Circumagi quid ad libertatem.)

CUR MURI PARTEM DIIICERE, quod ait Suetonius, Hieronicae soliti.

CAPUT XCIX.

Suetonij locus. Suetonius in Nerone, Reversus, inquit, è Graecia Neapolim, quod in ea primum artem protulerat, albis equis introiit, disiecta parte muri, ut mos hieronicarum est. Ita ille. Nemini autem est dubium, sacrorum certaminum victores, (Hieronicae) hieronicas appellari. Sed enim istius causam tamen adhuc in ... apud Plutarchum, libro Symposiacon II. in hanc sententiam. Quid autem, inquit, victoribus extra vehentibus (Victorum moenia diruta.) permissum

permisissent partem mari dividere, atque deicere. hanc sane habet intellectam, non magnopere curat an muro opus esse, viros habenti, qui pugnare possint et vincere.

QVAE SINT APVD MARONEM SILENtia lunae, quae et tacita virgo apud Horatium, superque iis Serviana et Acroniana refutatae sententiae.

CAPVT C.

Vergilius. Vergilius Aeneidos secundo.

Tacitae, inquit, per amica silentia lunae.

Servius igitur, Secundum historiam est, ait, septima luna captam esse Troiam, cuius simulachrum apud Argos est constitutum. Hinc est quod dicit, Oblati per lunā. Et alibi. Per cecā noctem tacitae lunae, aut more poëtico noctem significat, aut physica ratione dixit. Nā circuli septē sunt, Saturni, Iovis, Martis, Solis, Veneris, Mercurii, Lunae. Et primus hic est Saturni, vehementius sonat, reliqui secundum ordinem minus. Sicut advertimus ī citharae, cuius ultima chorda minus sonat. Hactenus Servius. Libenter igitur ab eo quaesierim, cur arctica Luna, latere, ac fallere censeatur, aut cur Lunā quoque silentem apud M. Catonem, et itē apud Pliniū, ad causā referat Harmoniam planetarum. Quod autē citharae ultimam chordam sonare ait minus, hoc ita demū procedit, si ultimam nō ita pro ima, sed pro summa capiat, quae Graece hypate vocatur, unde gravior excitatur sonus. Sicut et contra altera, et tenuissima, quam quidē literatius ultimā dixerim, acuta vox profertur, quae plus sonare ob id videtur, quia proversum tenditur, ut in libro de Musica secundo scribere ait Theophrastum Porphyrius in commentariis illis, quos in harmonica Ptolemaei scripta reliquit. Sicut gravis ob id, inquit, minus auditur, quia circa diffunditur. Quod

Hypate. Chorda ultima.

autem

Macrob. in Somnio Scipio. autem & apud Macrobium legimus & tũ apud alios, Saturni orbẽ, cuius conuersio sit concitatior, ædeo acutissimũ sonum, minime hoc arbitror à Platone, uel in Timæo, uel in rep. probabitur, qui tardissimũ scribit esse Saturni orbem, quamquã hoc fortasse ad longiorẽ sui cursus ambitũ referretur. Sed Aristoteles certe in libro secũdo de cœlo, tardiores ob id ait esse superiores orbes, quod impetu sublimiori octaui orbis, magis retardatur. Ut ergo uel Alexandri, uel Simplicii, uel item aliorũ de eo opinionẽ prætermittã, si uerã planè Macrobij sententiã uis colligere, ad cursum refer ac durationẽ, qui sine dubio celerrimus in superiori, & concitatissimus inuenitur. Sed nos hæc ablegata cõmentitia (ut arbitror) Seruii, minimeq; necessaria subtilitate, potius accipiemus tacitæ lunæ silẽtia, lunã ipsam, quam uocãt silentẽ, hoc est maxime tũ quãdo latentẽ, ut latere insidiæ magis possent, pulchra metaphora, & elegãti translatione ab auribus ad oculos. Nam sicuti silentio nihil auditur, ita nihil tenebris cernitur.

Tacitæ lunæ silentia

Luna silens. Plinius igitur libro nat. historiæ xvi. Diem inquit, coitus lunæ ab aliis silenti lunæ, ab aliis interlunium appellari. Tum idem libro duodeuigesimo. Et hoc ait silente luna seri iubent. M. Cato etiã in lib. de re rustica. Nunc serẽtur cum luna silenti, nunc tunc silente luna, ficos, oleas, mala, pyros inseri. Postremo etiã prata primo uere iubet cadente luna silente stercorari. Ridiculũ aũt fuerit aut hæc Catoniana, Plinianaq; referre ad siderum musicẽ, aut ĩ uetustissimo, ad id; preceptissima lectione desiderare ĩ huiusmodi ambages. Equidem lunã hic silentem, ut dixi, pro maxime tum latente acceperim, quod fieri ut tempus Græcis obseruandum. Neq; ita etiam interpretor, ut ad unum referam, atq; ipsam denique hanc coitum planè intelligam, cum nox tota tenebricosa,

Mala.

nam

nam hoc usque resilitur, quoniam poeta noster ait. Oblati per lunam. Nec enim igitur luna lucebat, cum illi a Tenedo submiserant navigabant. Sed lucere tum coepit, cum iam urbem occupaverat. Non igitur, aut sera fuerit, aut peracta luna, tum nec luna quidem omnino cessat, sed tempus arbitror potius, quam diu illa non lucet. Etenim plura saepe quam explicatur, non apud poetas aliquos comprehenduntur. Ob hoc igitur illud in nostra Rustico. Lucis Ru.

Quaeque silens noctis, quaeque interlunia Phoebe. Amica silentia Lunae.

Nec dissimulamus tamen, praeter epitheti rationem temporariam, silentium in lunae acceperis amica silentia, quoniam in ea silentium quoque silentium vocari Cicero scribit, quod omni vitio caret. Iam apud Horatium quam pulchrum, quam ingeniosum, qui curam Horatii sic canit, libro carminum secundo. accipiat. Horatio.

Dum capitolium

Scandet cum tacita virgine pontifex.

Tacitam virginem intelligunt quasi claram sacerdotii nobilitate, et ad hoc inepti pseudologi, auctoritatem etiam adhibent Maronis, qui dixerit, Tacitae per amica silentia lunae. Consicta luna sit hic etiam pro clara accipienda. Videlicet non et apud Dionysium saltem Romanae historiae auctorem, et apud Plutarchum, aliosque permultos Acro legerat ignorari penitus ab eis quibus demum vel sacris vel simulachris Vestales virgines tacitis praeessent, et ob hoc ipsum quod praestabat silentium, Tacita vocetur virgo, Troianam soli cui fas vidisse Minervam. Tacita virgo.

SEd ne hic liber, quicunque sit quoque, nimis longus, aliquis omnino veluti Coronide claudatur, et nihil sit omnino perceptu difficilius, sane lectorem admonemus, postea quod de magno quasi pependo, iam tum anno superiore, Centuriam hanc unam, sicuti nunc est, nisi Cicero paucula subtexuimus (ut sit) iam

emisisse

interspersisse, sospitalis adornaveramus, et spectandum publice amicis aliquot exhibueramus, emanasse in vulgus sibilum, non satis certo auctore, quae sobrietis aures illius fere complevit. Nihil esse novum, si quaedam nova et insignia ad antea dictaverit Politianus, vel nunc referre in literas incipiat. Olim iam ista haec omnia diligentissime perscripta a Nicolao Perotto, qui fuerit Sipontinus pontifex, in eo magno libro, cui titulum fecisset Copiae cornu. Nam quoniam plurimum auctoritatis (sic enim quoque alii arbitrantur) apud Urbinatem ducem, cui dicatus is liber, Medices suus Laurentius et gratia valeret, per eum additionem operis istius, et quoddam archetypi facta est Politiano potestas. Ergo ille nunc rapinator, at hic semel inventum librum velut instar quoddam singulare divinae, publicam prius fore materiam primam veris sicut, et ut aliter Aesopi graculus aliena superbit pluma. Ibi hic usque per aliquot iam conciliabula iactatur, cumulatisque rumusculis, cum mihi nescio quid, ut est officiosissimus homo, Robertus noster Salviatus renunciasset, non literarum modo, sed literatorum quoque omnium, velut alba linea magnus amator, agnovi illico medicamentum, quem dicet cui nostre molitur in omnia sese vertit, et ut ille apud Licentium Proteus,

Spumeus aper, fluit unda, fremit leo, sibilat anguis.

At enim quod ad ipsum attinet occulere, non sum propterea stultis iratus viris, tamen habere illi mercede repensantibus, nec ipsi erunt damnati, quod non hanc interim pestem desidia magis placuissent, nec, ut nonnulli fortasse suspicabant, contempsi librum, sed cum potius seposui paululum, et omissa in praesens edendi cura, tantumque studiis velut intermissus, ita librum ... sicut hortum rigans, plerumque eum ... cogitatione velut a fingens ad panes, hoc est a ludicris ad

Philosophiae

Marginal notes: Fich. Artus. — Nicolaus Perottus. Cornucopia. — Rapinator — Vergula dicta, — Alba linea

Philosophiae fere transegi. Sic igitur ut sunt alia atque alia quispiam animo studia, et operae grauioris instituti, quae suo et ipsa tempore (si lecta poterunt esse iis) in publicam utilitatem, quo magis argumentatoribus istis oculi doleant, apparebunt. Etenim ego tenera adhuc aetate, sub duobus excellentissimis hominibus, Marsilio Ficino Florentino, cuius longe felicior quam Thraciensis Orphei cithara, veram (ni fallor) Eurydicen, hoc est amplissimi iudicij Platonicam sapientiam, reuocauit ab inferis, et Argyropylo Byzantio Peripateticorum sui temporis longe clarissimo, dabam quidem philosophiae utrique operam, sed non admodum assiduam, uidelicet ad Homeri poetae blandimenta natura et aetate proclivior, quem tum Latine quoque, miro ut adulescens ardore, miro studio uersibus interpretabar. Postea uero rebus aliis, ingenijque premitibus, sic ego nonnunquam de philosophia, quasi de Nilo canes, bibi, fugique, donec reuersus est in hanc urbem iterum Laurenti Medices cum beniuolentia, tum uirtutis et ingenij similitudine allectus, princeps hic nobilissimus Ioannes Picus Mirandula, uir unus, an heros potius omnibus fortunae, corporis, animique dotibus cumulatissimus, utpote forma pene diuina, iuuenis, et eminenti corporis maiestate, perspicacissimo ingenio, memoria singulari, studio infatigabili, tum luculenta, uberique facundia, dubium uero iudicio mirabilior, an moribus. Iam idem totius philosophiae consultissimus, etiamque uaria linguarum literatura et omnibus honestis artibus supra ueri fidem munitus, atque instructus. Denique ut semel complectar, nullo non praeconio maior. Is igitur continuo me, cum quo partiri curas dulcissimas, et nugari suauiter interdum solet, et quem sibi studiorum prope assiduum comitem (qui summus honor) adlegit,

Marsilius Ficinus.

Argyropylus.


Picus.

is me institit ad philosophiam, non ut antea somniculosis, sed uegetis uigilãtibusq; oculis explorandã, quasi quodam suæ uocis animare classico. Quocirca talẽ ego illũ, tantũq; uel autorem nactus, uel ducẽ, neutiquã occasioni defui, quin occurri potius & arripui, sic ut assiduo propémodũ summorum tractatu autorũ, uelut atrito crebrius silice pauculas saltem ueri scintillas uidear excudisse, tãtumq; flammæ Illunĩ noctे. *rapuisse fomitibus, ut in nocte cæca & illuni, iamiam mihi aliquid profecto fulgoris sublucescat. Sed ecce tibi interim,* Cornucopie. *dum totus in hoc ego, repente Cornu istud in uulgus. Fit cõcursus. Est in manibus. Effunditur. Excutitur. Quid multa? Calumnia me liberat. Vidisses cõtinuo nonnullorum uultus lugubre quiddã tacẽtes, & quod antea nunquam soliti, nescio tũ quo pacto (sicut ille apud Platonẽ Thrasymachus)* De rep. lib. α. *erubescentes. Sed isti quidẽ Cornu, quãquã certe nõ uacuo, quid inesse tamen uiderim, nõ est huius tẽporis iudiciũ. Tãtum cõstiterit impræsentiarum nõ idem spectasse me, quod eius uoluminis autorem, nec par utriq; destinatum præstitutumq; fastigium. Quod sicubi locos eosdẽ pro re nata forte uterq; tractauimus (id aũt incidere alicubi fuit necesse) crassior tamẽ inter nos quã inter Piramũ Thisbenq; paries. Argumento sit interim uel illa Iuue. Cotytto, quæ tamẽ apud ipsum Cocytos est, de qua tanquã de paupere regno cũ Domitio digladiatur, uel ara itẽ Martialis frequẽs cornibus, uel Philyra, uel siquid aliud istiusmodi qđ optes cũ meis ma-*Accensi. *nipularibus, accensisq; cõmittere. Quin illud euenit, ut hoc ipso quo Miscellanea cessabãt interuallo, cẽtũ quædã adnotationes doctæ me Hercules (quis enim neget?) & laboriosæ ab homine amicissimo nobis, nec huius ignaro propositi, tũ bene etiã literato, nõ sine beneuola, grataq; nostri mẽtione publicarẽtur.*

publicarentur. In quis unũ casu credo uel alterũ pari fermè atq; apud nos argumento, cõplusculа certe germana illorũ propémodum, quæ uel cũ Fastos Nasonis abhinc nouenniũ fermè, uel postea cũ Flacci satyras interpretabamur, quãta norũt omnes frequẽtia, publico auditorio dictaueramus. Per sancte (si sit opus) deierem, tenens arã, cogitasse me statim, si nõ de meo, certe de cõmuni iure cõcedere amico penitus, nec aliquid ex eis agnoscere, quorum sibi ille titulum, haud opinor iniuria uindicauisset. Non enim sic fastu turgeo, sic mihi ipse faueo, ut uideri uelim tam docti hominis in aliquo doctor, ne mihi illud in os iaciatur, sus Mineruã. Sed quoniam sic ea se principẽ demum reperisse narrabat, ut ignorata prorsus (ita credo putauit) & inenarrata ad eam diem cæteris asseueraret, coactus fateor sum, quod & ipse pro ea quam profitetur humanitate, facile patietur, simpliciter, ingenueq; professionem meam suspicionibus istis cõmunis ignorantiæ absoluere. Nam sicut haberi iure uel inciuilis poßim, uel arrogans, si nõ ei quoq; qui tam sit & diligens, & eruditus, domi & ista & meliora nasci putem (quandoquidem medio posuit deus omnia campo) sic è diuerso patrocinium famæ deserere, non solum dissoluti, sed etiam (ni fallor) in semetipsum penè crudelis uideri poßit. Et pereãt, Donatus aiebat, qui ante nos nostra dixerunt. Nos ei prospera, faustaq; præcamur & cupimus, qui nostra post nos aut inuenit, aut certe dixit. Tantum rogamus ne pigeat in eorum consortium, quæ tanto ante, tam multi sub nobis exceperunt, & in quibus pro uirili parte laborauimus, etiã nos, sicuti partiario admittere, ne nõ amicorum sint (quod ait Euripides) cuncta communia. Donati dictũ durum.

MISCELLANEORVM FINIS.

VIRTVTE DVCE,



COMITE FORTVNA.